IOANNIS STEPHANI PVTTERI

I. V. D. ET P. P. O. IN GEORGIA AVGVSTA

# ELEMENTA IVRIS PVBLICI GERMANICI.




GOETTINGAE

SVMTIBVS VICTORINI BOSSIEGEL

1754.

# PRAEFATIO.

Nunquam forte, aut certe adhuc non adſpectura fuiſſent haec iuris publici elementa, in quam ea nunc emitto, lucem, niſi tradere hanc diſciplinam praelectionibus academicis debuiſſem, iisque ducem meo cum ſenſu conuenientem libellum neſciuiſſem.

Non equidem, quod ſincere vereque profiteor, aut vituperandi aliena, aut obtrudendi mea pruritu haec ſcribo. Verum neſcio quae, ſecunda, an ſiniſtra, mentis meae ſin-

gularitas plane inhabilem me reddit tradendae aliis qualicumque doctrinae, ſi ordinem mihi praeſcripſeris, quocum mea quidem cogitandi ratio haud conuenit.

Non tam noua itaque proferendi animo, quam nouo ſaltem ordine, qui in deſcribenda iuris publici noſtri prudentia neceſſarius mihi videbatur, eam pertractandi periculum facere mecum conſtitui.

In eo nempe tantum non omnes huc vsque iuris publici ſcriptores conueniunt, vt praepoſita primum fontium iuris publici, iuſto extenſiore plerumque, notitia, deinde finibus Germaniae deſcriptis, mox ſingula imperii membra non enarrent modo, ſed & omnia & ſingula, quae de ſingulis notabilia in iure publico ſunt, ſimul, vbi primum quodque nominant, exhaurire adnitantur.

Sic vtplurimum Imperatorem, eiusque electionem, coronationem, titulos, inſignia, aulam

aulam, archiofficia, cet.; deinde regem Romanorum, Auguſtam, vicarios; porro electores, principes, comites, dynaſtas, vrbes imperii, reliq., vna cum ſuis cuiusque iuribus conſiderant; varioque poſt ea ordine (in hoc enim minime conueniunt, aut plane arbitrarium eum cenſent,) de comitiis, circulis, iudiciis imperii, & de ſingulis maieſtatis caeſareae, ſiue reſeruatis, ſiue aliis, non minus, quam de ſuperioritatis territorialis, iuribus, item de iure, quod vocant, principum priuato, & quae ſunt reliqua, agunt.

Me quidem iudice, ſalua omni reuerentia ſummaque laude, quae iure meritoque viris celeberrimis debetur, qui mea depraedicatione longe maiores, ante me manum huic ſtudio admouerunt, hoc vnicum tamen in iis praeſertim libris, qui ad erudiendum alios praelectionibus academicis ſcribuntur, ſeruandi ordinis rationem ſuppeditat recte & legitimam reddit, vt ea, quae ad intelli-

telligendum alia conducunt, praeponantur, poſtpoſitis, quae ex illis deriuanda, neque aliter, quam ex illis percipienda ſunt; praeterquam quod generatim, quo accuratior ordo in pertractanda ſcientia obſeruatur, eo concinnius illa cogitationibus repraeſentari, facilius iudicio capi poteſt.

Quamobrem circa methodum iuris publici huc vsque vſitatam dudum iam ſubdubitare coepi, vtrum fas ſit e. g. de vicariis imperii ſub initium tractationis agere, quum necdum conſtet quidem, quaenam ſit rei iudiciariae imperii, comitiorum, iuris primariarum precum, ceterorumque iurium indoles, quae tamen an vicariis tribuenda ſint, ibi disquiri opus; item fasne ſit, electionem atque coronationem Imperatoris deſcribere, priusquam collegii electoralis notitia data; fasne, ſingula cuiusque generis ſtatuum iura proponere, antequam argumentum, ad quod pertinent, veluti res comitialis, iudiciaria

ciaria, cet., expoſitum fuit; vt taceam limites, qui ius publicum ab hiſtoria, ius publicum Germaniae generale a iuribus publicis territoriorum ſpecialibus, ius publicum a priuato & ſic porro, terminant, a pluribus haud obſeruatos, neglectos ab aliis fontes, fictas aliorum hypotheſes, partium ſtudia, &, quae ſunt plura, peritorum huius artis deſideria.

Ego vero hanc ante omnia legem mihi ſcripſi, vt, pro ea, qua hic diuina regisque gratia vtimur, ſentiendi, docendi ac ſcribendi libertate, remoto omni & partium & hypotheſium ſtudio, ſolum ex fontibus haurirem; tunc demum, vbi deficerent illi, aut luce adferenda indigerent, ad analogiam iuris publici & principia vniuerſalia confugerem; limites autem iuris publici vniuerſe ab omni alia diſciplina, quam fieri poſſet, ſtrenue obſeruarem.

Neque

Neque enim is quidem ego ſum, qui & hiſtoriae, & iuris priuati, & iurium publicorum ſpecialium cum iure publico noſtro generali Germanico arctiſſimum vinculum negarem; quod ſane tantum abeſt, vt potius, omnia haec ſtudia, quo magis a cultore iuris publici coniungantur, eo felicius hoc coli, ſtatuam.

At vero vti ſua cuiusque foederatarum ciuitatum ſingularis regio ſanctis finibus terminisque continetur; ita diuerſis quibusuis licet amiciſſime coniunctis, ſcientiis non minus ſancte ſuum cuique tribuendum eſſe cenſeo. Ideoque hiſtoriae, ſed omnino pragmatice, quod vocant, tractandae, aut, ſi mauis, iuri publico hiſtorico origines iuris publici omnes & qualescumque relinquo; iuri priuato omnia priuata ciuium iura; iuri publico cuiusque reipublicae ſpecialis, quidquid illam, tamquam ſingularem exſiſtentem, vti aiunt, indiuiduam concernit; illam

lam quidem neceſſario praeponendam iuri publico; iſtud cum hocce commode coniungendum; hoc merito poſtea demum tractandum.

In ipſa iuris publici methodo hunc adhibui ordinem, vt prima parte generali principia totius iuris publici praeſtruerem, ſine quibus amplum illum in primis noſtri Germanici iuris publici campum introiri difficilius, credidi. Sicuti enim nullius ciuitatis, praeſertim ordinibus imperii praeditae, ius publicum rite accipi reor, niſi primo loco diuerſa ciuitatis membra, de quorum iuribus agitur, cognoſcantur; ita maxime Germaniae in iure publico incaſſum laboraueris, niſi ciuium ante omnia varietatem perſpexeris. Qua quidem in re conueniunt mecum plurimi huius diſciplinae ſcriptores, niſi quod omnia, vti iam monui, exhaurire de ſingulis ſimul cupiunt, ego vero intra fines hiſtoricae notitiae me hoc loco conti-

neo, vt vel ordinem itaque chronologicum in ipſis ciuium ſtatuumque Germaniae diuiſionibus, quantum fieri poterat, ſequar. Quibus ſtatim addo non ſolum, quae de forma reipublicae legibusque noſtris, ſed & quae de nexu totius imperii ſingulorumque eius membrorum, ac de limitibus imperii dicenda erant.

Ex generalibus hisce totius iuris publici noſtri principiis inter alia mox intelligitur arctius, quam quod vulgo traditur, ſuperioritatis, quam vocamus, ſtatuum imperii noſtrorum territorialis, atque nexus totius imperii, vinculum. Etiamſi enim quaeque respublica Germaniae ſpecialis ſingularia iura habet, quae ad ius publicum cuiusque ſpeciale pertinent; attamen in iure publico noſtro generali vix ſine periculo ſeiunguntur ſtatuum, quibus in territoriis ſuis vtuntur, iura a ſubordinatione eorum ipſorum ſub ſuprema Imperatoris poteſtate, nexuque cum

reli-

reliquis Germaniae ciuibus; vti nec recte repraeſentantur Imperatoris iura, niſi ſimul ante oculos verſentur iura ſtatuum.

Hanc ob rem per vniuerſum ius publicum haud disiunxi ambo iſta Imperatoris ceu ſupremi, ſtatuumque ceu ſubordinatorum imperantium iura; nec certe ſine inſigni & commoditate & vtilitate, ne dicam neceſſitate, quum vel fieri in nonnullis nequeat, vt ſeiungantur, veluti in re iudiciaria, in iure belli, collectandi, vectigalium, monetae, ſacrorum, cet.

Neque vero & promiſcuo ordine percurrere iura maieſtatica iuuit; Sed, conſiderato primum modo exercendi iura maieſtatica, tum ex parte Imperatoris, tum ex parte ſtatuum, ipſa iſta iura hoc ordine collocaui, vt, praemiſſo iure maieſtatico generali ferendarum legum, primum recenſerem, quae ad finem ciuitatis primarium conducunt, ſecuritatem nempe ad internam pariter atque ad externam, rem iudi-

ciariam & ius belli, pacis cet. Quae quum principaliter in ciuitate neceſſaria ſint, & per ſe ſubſiſtant; ſubnexui, quae eorum cauſſa potiſſimum, nec minore iccirco ex neceſſitate, exercentur, regalia, quorum finis in ſumtibus ad vſum publicum conferendis conſiſtit.

Transii ab his, quae ob ſecuritatem, ad ea, quae ob ſalutem reipublicae penes principes ſunt, ſupremae inſpectionis & politiae iura, quibus ſpeciatim quoque res monetaria, iuriumque priuatorum & ſacrorum continetur inſpectio. Quibus addidi poſtremo loco, quae propria Germaniae ſunt, Imperatoris ſtatuumque feudalia, & nonnulla demum alia variorum imperii membrorum, veluti electorum nobiliumque immediatorum, ſingularia iura, ſine quibus adminiſtratio reipublicae noſtrae, vnaque & altera in eam influens controuerſia, haud intelligeretur.

Sic poſteaquam permeaui, quidquid ad cognitionem reipublicae noſtrae, vti ordina-

rie adminiſtratur, internam pertinere videbatur; conſideraui porro, quidquid ad Germaniam extra proprios eius fines ſpectat; vltimoque omnium loco ſtatum patriae extraordinarium, orbae nempe parentisque noui cupidae, deſcripſi, qui, niſi reliquis omnibus praecognitis, perſpici recte non poterat, quique ipſe ſimul perſonalibus Imperatoris iuribus deſcribendis anſam eo naturalius praebebat, quo magis ad ea ipſa intelligenda erat vtilis.

Cunctis & ſingulis in argumentis, quantum potui, non adiui modo & conſului, ſed & allegaui fontes, nec allegaui ſolum, ſed & ipſa eorum verba adpoſui, gnarus probe commoditatis, qua, qui ſtatim ante oculos ſunt, leguntur, periculi, quo ſecus negliguntur, fontes.

Et vel in ipſo hoc fontium vſu non me iuuit tantum, quem vniuerſe mirum in modum amo commendoque, chronologicus ordo; ſed in primis quoque in capitulationibus noſtris caeſareis allegandis hoc vix ſine damno

negligendae vtilitatis mihi viſum, vt legis, tam diuerſis temporibus, rationibus, auctoribus, compoſitae, ſinguli paſſus, & vel ſingula, ſi fieri poſſet, verba, quo tempore, qua occaſione, quo monente cet. ingreſſa fuerint, ſemper cognoſcatur. Quapropter, quem fere vtraque libri pagina monſtrat, modum hunc allegandi capitulationes iſtas adoptaui, vt in parentheſi vbiuis annum, & vel occaſionem, inſerti paſſus adnotarem.

Tantum in capite, quod de re iudiciaria agit, parcius aut fere nullos allegaui fontes, non quod inutiles eos cenſuerim, ſed vt moli operis parcerem, fretus indulgentia beneuoli lectoris, quem forte alio a me iam ſcripto libello, introductione puta in rem iudiciariam imperii, fontium plena, ea mente ſeorſum inſpicere haud piguerit.

Susceperam quoque, quam neceſſariam, ne dicam, vtilem iucundamque in omni, praeſertim iuris, diſciplina cenſeo, coniungendam cum iure publico notitiam eius littera-

terariam, cuius quidem ſub initium libelli generatim deſcribendae, & paſſim in ipſo libello ſingulis argumentis ſpecialius interſpergendae periculum feci. Hoc poſterius autem perficere adhuc plus vna ratione nondum potui, vel ſola temporis penuria, qua pagellas eodem tempore praelectionibus meis inſeruituras concipere oportebat; fretus, ſpe gratiae candidi lectoris non vana me ali.

Neque enim vniuerſe, niſi hanc ſpem concepiſſem, in publicum hisce elementis prodire auſerim, quandoquidem, etſi noua forte nonnulla iis tentata, tamen probe ſcio, impari tantae rei conatu a me id praeſtitum. Neque certe vmquam corrigendis & emendandis, quos detegam moneborue, erroribus naeuisque difficilis impigerue, dum Deus vitam viresque dabit, ero.

Hoc vnicum coronidis loco adhuc non poſſum non monere, ne quis aliam, quam hac mea praefatione praeditam, elementorum horum editionem meam cenſeat; ſiquidem ſin-

ſingulare hoc iniquitatis & iniuſtitiae ſpecimen mihi legitimoque huius libri venditori accidit, vt Francofurtenſi cuidam, hoc ſtudiorum genere iam pluribus ſpeciminibus claro, bibliopolae in mentem venerit, librum necdum prima vice typis euulgatum, immo quum nec mea opera quidem adhuc perfectus eſſet, alia typorum chartaeue forma deſcribendum curare. Quem inhoneſtae lucri cupidinis parſum equidem ipſe nondum vidi; non dubitabit tamen mecum beneuolus lector, vitiis vix cariturum libri inſcio auctore & inuito deſcriptum exemplum, cui ſemper aequus rerum aeſtimator praeferet, cuius ipſe meis oculis bis ſingulas pertractaui paginas; vt taceam hanc ſolam inter alia cauſſam fuiſſe, quae me impediuit, quo minus hocce opus, quod coeperam abhinc anni ſpatium, non prius euulgare potuerim.

Scrib. Goettingae d. 17. Apr. 1754.

CON-

# CONSPECTVS.

Prolegomena, pag. 1.

Cap. I. de *notione* & *methodo* iuris publici, p. 1.

Cap. II. *notitia* iuris publici *litteraria*, 5.

Ipſius iuris publici

Pars I. generalis, continens *principia* totius iuris publici, 19.

Cap. I. Lemmata *hiſtorica* ſeu principia iuris publici ex hiſtoria repetenda; ſpeciatim *notitia Germaniae*, quoad diuerſitatem *procerum & ciuium*, ex quibus conſiſtit, 19.

Sigillatim de diuiſionibus ciuium Germaniae

1) in nobiles, ingenuos, ſeruos, libertos, 20.

2) in clericos & laicos, 21.

3) in ciues Chriſtianos & incolas Iudaeos, 22.

4) in vaſallos vel non vaſallos, 22.

5) in miniſteriales & non miniſteriales, 23.

6) in illuſtres, nobiles, ciuicos, ruſticos, 24.

7) in immediatos, 26. (eosque a) ſtatus, 28. ſiue electores, ſiue principes, comites, dynaſtas, ſiue ciuitates, 30. b) non ſtatus 41.), & mediatos, 43.

8) in circulos, 44.

9) in catholicos & A. C. addictos, 47.

10) in ſtatus reges & non-reges, 50.

Cap. II. de *forma* reipublicae Germanicae eiusque *legibus*, 52.

1) de *forma* reipublicae a) totius *imperii*, 52. b) *rerumpublicarum* Germaniae *ſpecialium*, 53.

2) de *legibus* Germaniae, 53. A) de legibus *fundamentalibus* a) ſcriptis, 54. b) de *obſeruantia*, 58. c) de *analogia* iuris publ. 62. B) de legibus poſitiuis ſeu *priuatis*, 62.

Cap. III. de *nexu* totius *imperii* & ſingulorum eius membrorum, 65.

1) de nexu totius imperii, *qua vnius reipublicae*, 65. a) de *ſubiectione* omnium Germaniae ciuium ſub ſuprema Imperatoris poteſtate, 66. b) de *nexu* omnium Germaniae ciuium *inter ſe*, qua ciuium vnius reipublicae, 69.

2) de nexu *ſpecialium Germaniae rerumpublicarum*, 72. I) de *ſubiectione* territoriali, eiusque a) differentiis: α) a ſubordinatione feudali, 73. β) ab aduocatia, 74. γ) a ſubiectione patrimoniali, 74. b) de ſubiectione territoriali ipſa, in quo conſiſtat, & quo fundamento nitatur? 76. II) de *nexu* ciuium vnius reipublicae ſpecialis *inter ſe*, 79.

3) de

3) de *nexu* imperii & ſpecialium rerumpublicarum *commixto*, ſpeciatim I) de *perſonis partim mediatis*, *partim immediatis*, 79. II) de *ſeruitutibus iuris publici*, 81. III) de *territoriis clauſis & non clauſis*, 81. IV) de *exemtionibus partialibus*, 83.

4) de variis *nexibus particularibus* ciuium Germaniae inter ſe, 85. I) de *pactis* plurium *familiarum* illuſtrium & nobilium, 85. II) de *unionibus* electorum, principum, comitum, 86. III) de *aſſociationibus circulorum*, 87. IV) de *corpore Euangelicorum & Catholicorum*, 89.

Cap. IV. de *limitibus imperii* ex iure publico Germ. 91.

Pars II. ſpecialis, continens ipſum ius publicum Germanicum, 95.

Lib, I. de adminiſtratione reipublicae, 95.

Sect. I. de *modo exercendi iura maieſtatica* in genere, 95.

Cap. I. (A) de modo exercendi iura maieſtatica ex parte *Imperatoris* ſpeciatim (a) *reſeruata*, 95.

Cap. II. de modo exercendi iura maieſtatica (b) *non reſeruata*, ſeu de modo adhibendi conſilium & conſenſum ſtatuum

(1) in *comitiis imperii*, 100.

Cap. III. 2) de comitiis *corporis Euangelicorum* & *Catholicorum*, de amborum *iure eundi in partes*, & de *modo agendi de corpore ad corpus*, 112.

Sigillatim I) de *comitiis corporis Euangelicorum & Catholicorum*, 112. II) de *iure eundi in partes*, 115. III) de *modo agendi de corpore ad corpus*, 122.

Cap. IV. 3) de *deputationibus* imperii, ordinariis, 124. & extraordinariis, 126.

Cap. V. 4) de *conuentibus circularibus*, 128.

Cap. VI. 5) de particularibus ſtatuum *collegialibus conuentibus*, 130.

Cap. VII. (B) de modo exercendi iura maieſtatica *in rebuspublicis Germaniae ſpecialibus*, 132.

Sect. II. de *ſingulis iuribus maieſtaticis*, 135.

Cap. I. de *poteſtate legislatoria* & *priuilegiorum*, 135.

Cap. II. de *re iudiciaria*, 141.

1) *Hiſtorica* rei iudiciariae Germanicae *deſcriptio*, 141.

2) de *ſubordinatione inſtantiarum* I) ratione mediatorum, 145. II) ratione immediatorum, de *Auſtraegis*, 147. III) ratione mediatorum & immediatorum, de *iudiciis caeſareis prouincialibus*, 149.

3) de *iuriſdictione*, 149.

4) de *conſtitutione* iudiciorum *interna*, 154. I) de iudicio *camerae* imperialis, 155. II) de *conſilio imperiali aulico*,

*lico*, 161. III) de *iudiciis ſpecialium* Germaniae *rerumpublicarum*, 163.

5) de *proceſſu*, 164. I) de proceſſu principaliter praeſcripto camerae imperialis iudicio, 165. II) de proceſſu conſilii imperialis aulici, 169. III) de proceſſu iudiciorum territorialium, 170.

6) de *exſecutione*, 170.

7) de *remediis* contra iudicata I) in camerae imperialis iudicio, 172. II) in conſilio imp. aul. 176. III) de *recurſu* ab ambobus imperii tribunalibus *ad comitia* imperii vniuerſalia, 177. IV) de remediis ſuſpenſiuis iudiciorum inferiorum, 182.

Cap. III. de iure *belli*, *pacis*, *foederum* & *legationum*, 182.

I) ex parte Imperatoris & imperii, 182. II) ex parte ſingulorum ſtatuum, 191.

Cap. IV. de *domaniis*, *tributis* & *iure collectandi*, 193.

I) de oneribus imperii, 193. II) de iure collectandi in ſpecialibus Germ. rebuspublicis, 199.

Cap. V. de *regalibus vtilibus*, 203.

I) de *vectigalibus*, aliisque circumſcriptionibus commercii, 204. II) de iure *poſtarum*, 213. III) de regalibus vtilibus ex reſtricta libertate naturali ſubditorum circa occupationem, 220.

Cap. VI. de iure *ſupremae inſpectionis* & *politiae*,

indeque fluentibus regalibus *monetae*, & reliquis, 221.

I) de *politia in genere*, 222. II) de *re monetaria*, 225. III) de reliquis regalibus ex iure *ſupremae inſpectionis* & *politiae*, 242.

Cap. VII. de iuribus maieſtaticis circa *ſucceſſionem* aliaque *priuata* ciuium *iura*, 243.

I) de iuribus Imperatoris & ſtatuum circa *ſucceſſionem* in horum familiis, 244. II) de iuribus Imperatoris & ſtatuum circa diuerſos *ordines perſonarum*, item circa *honores & dignitates*, & quae inde pendent, 252. III) de reliquis ſtatuum *priuatis iuribus*, 264.

Cap. VIII. de habitu religionis ad rempublicam, ſiue *ius publicum eccleſiaſticum*, 266.

1) Principia iuris publici eccleſiaſtici *vniuerſalis*, 266.

2) de religionis Chriſtianae habitu ad rempubl. in genere, & ſpeciatim de *eccleſia Romano-Catholica* Germanica, 267.

3) de *mutationibus per reformationem Lutheri* inuectis, 278. I) de *eccleſia Euangelicorum* Germanica, 278. II) de mutationibus reformationis circa *fundationes eccleſiaſticas*, 282. III) de iuribus inter *dominos* territoriales *ſubditosque diuerſae religionis*, 288. IV) de *grauaminibus* religionis, 296. V) de iuribus *reformatorum* in ſpecie, 303.

Cap. IX. de iuribus Imperatoris & ſtatuum ex *nexu feudali*, 307.

Sect.

Sect. III. de *ſingularibus nonnullis* diuerſorum imperii membrorum *iuribus*, 321.

Cap. I. de iuribus *electorum* ſingularibus, 321.

Cap. II. de iuribus ſingularibus *nobilitatis imperii immediatae*, 326.

Lib. II. de iuribus & obligationibus Imperatoris & imperii ratione exterorum, ſiue *extra Germaniam*, 331.

1) de *dignitate Caeſarea*, 331.
2) de *regno Italiae*, 333.
3) de regni *Arelatenſis* & *Lotharingiae* reliquiis, 335.
4) de reliquo *exterorum* nexu, 337.

Lib. III. de *interregno*, & *electione noui Imperatoris*, eiusque *iuribus perſonalibus*, 340.

Cap. I. de *interregno* & *iuribus vicariorum* imperii, 340.

Cap. II. de *electione Imperatoris*, 347.

Cap. III. de *auſpicio regiminis*, *titulis*, *inſigni*, atque *exteris coronationibus* Imperatoris, 358.

Cap. IV. de *coronatione* Imperatoris *Germanica*,

vbi

vbi ſimul de inſignibus imperii agitur, & de archiofficiis electorum, eorumque ſubofficiis, item de iuribus papae circa elect. & coron. Imp., 361.

I) de *tempore* ac *loco coronationis*, & *a quo* peragatur, 361. II) de *inſignibus* imperii, 364. III) de *archiofficiis* electoralibus eorumque *ſubofficiis* hereditariis, 365. IV) de reliquis circa coronationem obſeruandis, 374. V) de *ordine*, qui in vniuerſa coronationis imperialis ſollennitate obſeruatur, 376. VI) de *iuribus papae* circa electionem & coronationem Imp. 381.

Cap. V. de *Imperatrice*, 382.

Cap. VI. de *Rege Romanorum*, 384.

PROLE-

# PROLEGOMENA

## CAP. I.

## DE NOTIONE ET METHODO IVRIS PVBLICI.

Joh. Jac. Moſers praecognita iuris publici generaliſſima. Frankf. und Leipz. 1732. 8.

§. 1.

Ius pvblicvm *in genere* eſt ſcientia iurium & obligationum inter imperantem & ſubditos vnius reipublicae.

I. Omnia nempe iura & obligationes concipiuntur *vel* citra reſpectum ciuitatis in ſtatu naturali, *vel* habito ciuitatis reſpectu. Ciuitatem quidquid *externe*, vnam erga aliam, conſideratam concernit, id ad ivs gentivm; quidquid *interne*, & quidem *ſubditos inter ſe*, citra reſpectum imperantis, id ad ivs privatvm; quidquid *ſubditos & imperantem* inter ſe concernit, ad ivs pvblicvm pertinet.

§. 2. IVS PVBLICVM aliud eſt VNIVERSALE, quod ex principiis iuris naturae & ex idea ciuitatis in genere eruitur; aliud PARTICVLARE ius publicum ſingulae cuiusque ciuitatis exſiſtentis.

I. Hoc ſuum cuique genti proprium; illud *vniuerſale* eſt tum ratione principiorum, ex quibus cognoſcitur, tum ratione vſus, quem in ſingulis quarumque ciuitatum iuribus publicis particularibus praebet.

§. 3. In ſingularum Europaearum ciuitatum iuribus publicis eminet IVS PVBLICVM GERMANICVM, quod eſt ius publicum ciuitatis Germanicae.

§. 4. Ius publicum Germanicum Germaniam ceu vnam rempublicam ſiue vnum *imperium* (ein Reich) conſiderat. Sed poteſt quoque Germania ceu complexus plurium rerumpublicarum ſpecialium conſiderari, quatenus ſingulus quisque ſtatus in territorio ſuo iura imperantis habet. Et eatenus aliud eſt ius publicum Germanicum GENERALE, quod complectitur iura & obligationes inter Imperatorem atque omnes & qualescumque Germaniae ciues; aliud SPECIALE, quod complectitur iura & obligationes inter ſingulum quemdam ſtatum imperii eiusque ſubditos.

I. Ius publicum Germaniae generale quidem etiam docet iura & obligationes inter ſtatus eorumque ſubditos; ſed in genere tantum, non habito reipublicae ſpecialis ſeu territorii indiuidui reſpectu. Qua ratione quatenus alia aliorum ſtatuum ſubditorumque iura eſſe poſſunt; eatenus differunt iura publica Germaniae ſpecialia tum inter ſe, tum a iure publico Germaniae generali.

§. 5.

§. 5. Hic tractabitur ius publicum Germaniae generale ſeu ius publicum Germanicum per excellentiam tale, & in genere ſic dictum. Quod *vnum* eſt, & principia iurium publicorum Germaniae ſpecialium continet, quorum *tot* ſunt, quot respublicae ſpeciales, ſiue quot territoria, vt aiunt, in imperio Germanico deprehenduntur.

§. 6. A iure publico proprie ſic dicto differunt *politica* & *notitia reipublicae*, eaeque ambae Germaniae adplicatae omnino ſingularia ſtudia efficere poſſunt (Teutſche Staatsklugheit und Staatskenntniß). Sed tum vſu loquendi tum ob commoditatem methodi non omnino ſeparari huc vsque ſolitae.

§. 7. *Ius priuatum*, quod vocant, *principum* ſeu perſonarum illuſtrium ex principiis iuris Germanici priuati aeſtimandum, qua ius priuatum ciuium imperii. Qua ſtatuum; in iure publico omitti nequit.

§. 8. Aliae quoque partes iuris publici dantur, quae ob dignitatem atque amplitudinem materiae ſeorſum tractari posſunt atque ſolent, nec in ſyſtemate iuris publici tamen omitti queunt, veluti in primis *res iudiciaria imperii*, ſeu, quod aliis a potiori vocatur, *ius camerale*.

§. 9. Ius publicum Germanicum non omnis aeui idem fuit, immo per plurium aetatum viciſſitudines diuerſiſſimum potius. Sed cuiuslibet aeui ius publicum non modo ſuas adhuc reliquias habet, verum ad intelligendum quoque ius publicum hodiernum neceſſarium eſt. Quamobrem praeſupponitur hic notitia iuris publici praeteritorum temporum, ſeu *iuris publici*

*hiſtorici*; tractabitur ſolum ius publicum Germanicum *hodiernum*.

§. 10. Praeter neceſſariam adeo iuris publici vniuerſalis (§. 2.) & hiſtorici (§. 9.) notitiam, aliis ex rationibus, in ipſa tractatione clarius conſtituris, opitulatur iuris publici Germanici ſtudium iuris *Romani*, iuris *Canonici*, iuris *Germanici* priuati & iuris *feudalis* notitia.

I. *Iuris Romani* vſus in iure publico noſtro hodierno quidem minimus, ob maiorem tamen olim, omitti nequit. *Reliquorum iurium* hic vſus, vel adfinitas aliquando, multo inſignior.

§. 11. In ipſa iuris publici tractatione hoc obſeruandum in primis, vt totum ſyſtema conſtruatur *ordine* maxime congruo, & in ſingulis argumentis vt adeantur *fontes*, iique tum ex *principiis vniuerſalibus*, tum ex *hiſtoria*, quantum opus, explicentur, & pro inſtituti ratione, quoad eius fieri poteſt, & quoad conducit, *notitia litteraria* illuſtrentur.

§. 12. Cauendum contra, partim ne extendantur iuſto latius iuris publici *limites*, veluti intermiſcendo, quae ad hiſtoriam ſeu ius publicum hiſtoricum, vel quae ad iura publica Germaniae ſpecialia aliasue ad diſciplinas pertinent; partim, in ſingulis argumentis, ne *hypotheſes* ſiue aulae ſiue ſcholae admittantur, neue *indeciſa* relinquantur, quae decidi, ad obtinenda firma iuris publici principia, oportet.

Gottl. Sam. TREVER diſſ. *de ſtudiis imperii Rom. Germ. ruinam procurantibus*. Helmſt. 1730. & *de cautione in tractando iure publ. R. G. adhibenda*. recuſ. Goetting. 1737.

Abr. Gottl. WINKLER diſſ. *de ſectae ſtudio in iure publ. imperii R. G.* Lipſ. 1747.

PRO-

# PROLEGOMENORVM CAP. II.

## NOTITIA IVRIS PVBLICI LITTERARIA.

Ioann. Ge. Svlpicivs (ſ. Kvlpis) *de ſtudio iuris publ. recte inſtituendo* & *de ſcriptoribus eo pertinentibus*, 1688.

C. L. Bilderbeck *bibliotheca iuris publ.* vor dem Teutſchen Reichsſtaat 1709. eaque multo auctior 1738.

Io. Iac. Moser *bibliotheca iuris publ.* Stutg. 1729. 8.

Chr. Gottfr. Hoffmann *bibliotheca iuris publ.* Francf. ad Viadr. 1734. 8.

Phil. Reinh. Vitriarivs *de adminiculis iuris publ.* praemiſſa Henr. Gottl. Franke *notitia ſubſidiorum iuris publ. maxime litterario.* Lipſ. 1740. 4.

§. 13.

Fuit quidem, ex quo Germania vnam ciuitatem conſtituit, *ius publicum* Germanicum eo ſenſu, quo complexus iurium & obligationum inter ſummum imperantem ac ſubditos ſub iure publico intelligitur, isque pariter atque eius ſcientia datur, vbicumque ciuitas eſt. Verum *cultura iuris publici* Germanici perquam ſero nata deprehenditur.

§. 14. Hiſtoria ipſius iuris publici Germanici, ſeu hiſtorica viciſſitudinum deſcriptio, quas iura & obligationes inter Imperantem Germaniae ſubditosque ſubierunt, quae hiſtoriam ſimul legum continet, quibus iura iſta & obligationes fundatae ac variatae ſunt, illa inquam hiſtoria, quae in aliis iurisprudentiae partibus HISTORIA IVRIS vocatur, hic ex iure publico hiſtorico (§. 9.), quod eamdem illam hiſtoriam tractat, ſupponitur.

§. 15. HISTORIAM IVRIS PVBLICI LITTERARIAM, quae culturam iuris publici noſtri, ſtudiique huius ortum ac progreſſum doceat, hic delineare, mens eſt.

§. 16. In cultura iuris publici tantum debetur HERMANNO CONRINGIO, vt principaliter diſtingui mereantur, qui ante & poſt eum colendo iuri publico operam dederunt.

§. 17. *Ante Conringium*, quae decimum ſeptimum praeceſſerunt, ſeculis fere incognitum videtur iuris publici ſtudium fuiſſe. Vnicus nominari meretur PETRVS DE ANDLO, Decretorum Doctor, Canonicus Colmarienſis, qui anno circiter 1460. ſcripſit *de imperio Romano* libros duo, quos primum typis imprimi curauit MARQVARDVS FREHERVS anno 1612.

§. 18. Nonnulli modo *ſeculi XVI.* ſcriptores ſingula quaedam iuris publici capita, in primis, quod tum quam maxime florebat, *ius camerale*, ſingulasque imperii quasdam conſtitutiones, aliaue ſingularia iuris publici argumenta ſibi tractanda praeſumſere.

I. Iu-

I. *Iuris cameralis auctores* eius aeui nominari praeſertim merentur:

Caſparus & Wernerus KOCH, (fratres, ambo aſſeſſores camerales a 1548. inde, quorum ille mortuus 1553., hic vixit adhuc 1570.) in *notis ad ordinationem cam.* ſcriptis.

Ioach. MYNSINGER A FRÜNDECK (n. 1514., Prof. Friburg. 1535., Aſſeſſ. cam 1548., Cancellarius Brunſv. 1555., † 1588.) in *obſeruationibus camerae imperialis* 1563. 1571. 1584. editis.

Andr. GAIL (n. 1525., Aſſ. cam. 1558., Conſil. imp. aul. 1569., Cancell. Colon., † 1587.) in *obſeruationibus practicis tam ad proceſſum iudiciarium imperialis camerae quam cauſſarum deciſiones pertinentibus*, & *de pace publica*, *de pignorationibus*, *& de arreſtis* libris. 1578.

Raph. SEILER (Aſſ. cam 1563.) in *ſententiis camerae a* 1495. *vsque* 1570. *publicatis.* Francof. 1572. fol.

Nic. CISNERVS (n. 1529., Prof. Heidelb., 1567. Aſſ. cam.) in *actis viſitationis cam.* aliisque ſcriptis.

Melch. WEISSENBERGER (Syndicus Geilhuſanus) in *tabulis ſuper ordinatione iudicii cam. imp.* Mogunt. 1577. fol.

Ioann. MEICHSNER (Aſſeſſ. cam. 1572.-1596.) in *deciſionibus cauſſarum in camera imp. iudicatarum*, tom. 4. Francof. 1603.-1606. fol.

Pet. DENAISIVS (n. 1561., Aſſ. cam. 1590., † 1610.) in *iure camerali.* Argent. 1600. 4. aliisque ſcriptis;

aliique plures, & ficta quoque nomina: Iulian. MAGENHORST, Herm. Eſ. ROSACORB, Adr. GYLMANN, Ioann. Tilem. de BENIGNIS.

II. In ſingulas conſtitutiones praeſertim de pace publica, de pignorationibus, & de arreſtis commentatus fuit laudatus GAILIVS, quem ſecuti mox plures, veluti THOMAS MAVLIVS, aliique.

§. 19. Integri iuris publici nomen & cultura demum *ſeculo XVII.* coepit, licet imperfectiori ante Conringium cona-

conatu. Ius camerale praeterea coli continuatum. Aliaque illuſtriora plura iuris publici capita illuſtrata. Et a nonnullis ſubſidia quoque iuris publici largiore manu ſuppeditare coeptum.

I. *Vniuerſum iuris publici campum* emetiri ſibi propoſuerunt, aut propoſuiſſe videntur:

Tob. PAVRMEISTER (n. 1553., Prof. Friburg., Conſil. Brunsv., † 1608.) in libr. 2. *de iurisdictione imperii Rom.* edit. 2. Francof. 1616. 4.

Dan. OTTO in diſſ. *de iure publico*, Ien. 1616. 8.

Quirinus KVBACH Roslauienſis Thuringus in *iurisprudentia Germano publica*. Erfurd. 1618.

Henr. Chriſtian. a GRIESHEIM in *iurisprudentiae publicae delineatione*. Roſt. 1620. 4.

Ge. BRAVTLACHT in *epitome iurisprudentiae publicae*. Ien. 1621. 12.

Theod. REINKING (n. 1590., Prof. Gieſſ., Cancellarius Mecklenb. dein Danicus, † 1664.) in tractatu *de regimine ſeculari & eccleſiaſtico* ſeu *breui & methodica iuris publici delineatione*, edit. 2. Baſil. 1622. 8.

Dominicus ARVMAEVS (n. 1579. Leuwardiae, Profeſſor Ienenſis, † 1637.) in *discurſibus academicis de iure publico*, Ien. 1616.-1623. 4. tomis 5. (Moſers bibl. iur. publ. p. 1012. ſq.)

Ioann. LIMNAEVS (n. 1592. Arumaei diſcipulus, Marchioni Brandenburgico Onoldino a conſiliis, † 1663.) in *iure publico*. Argent. 1628. 4. aliisque ſcriptis de ſtatibus imperii, ad A. B., cet. (Moſer *l. c.* p. 225., Allerneueſte Nachrichten von juriſtiſchen Büchern tom. 2. p. 40. ſq.)

Iac. LAMPADIVS (n. 1593., 1621. Prof. Helmſtad., dein a conſiliis duci Brunsv., legatus ad tractatus P. W., † 1649.) in diſſ. praeſide Reinero Bachouio Heidelbergae habita *de ſtatu imperii*; deinde aucto libello *de conſtitutione imperii*, Lugd. 1634. 16.; poſthaec iterum a Kulpiſio edito & inſcripto *de republ. Germ.* Argent. 1686. 8. (Moſer *l. c.* p. 212., Meiern Regiſter über die Weſtph. Friedens-Handl. in den Leben der Geſandten p. 61. ſq.)

Iuſt.

Iuſt. Sinold. SCHÜTZ (n. 1592., diſcipulus Arumaei, Prof Marburg. dein Gieſſenſis, † 1657.) in *collegio publico de ſtatu rei Romanae*. Marb. 1640. 4. (Moſer *l. c.* p. 293.).

Wilh. BECKER (ICtus cathol. Colon.) in diſſ. *de iure Imp. R. G.* ſeu *ſynopſi iuris publ.* 1648., quae dein cum notis Ioann. Henr. *Reuteri* ſexta editione prodiit Vienn. 1686. 12., impugnata quoque animaduerſionibus Henr. *Henniges*, Francof. 1680.

Ioann. WVRMSER in *exercitationibus iuris publici*. Tübing. 1649. 12. (Moſer *l. c.* p. 599. ſq.)

II. *Ius camerale* ſcriptis illuſtrare continuarunt:

Ioann. Emeric. a ROSBACH (Scabinus Lipſ., in *praxi ciuili ſiue proceſſu iudiciario ſecundum* O. C. &c. 1601. rec. Francof. 1618. 8.

Nic. WINEVS in *proceſſu methodico cam. Imp.* 1601.

Chriſtian. BARTH (Aſſ. cam. 1579. † 1607.) in repetita eaque continuata Seileri *ſententiarum cameralium collectione*. Spir. 1604. fol. 5. tom.

Rutger. RVLAND (n. 1568., Aduoc. cam., † 1630.) in tract. *de commiſſariis*. 1596. 4. &c. aliisque ſcriptis.

Pet. FRIDERVS, Mindanus, (Synd. Roſt., Prof. Gieſſ. † 1616.) *de proceſſibus, mandatis* &c.

Wilh. RODING. (Conſil. Palat. & Haſſ.) in *pandectis iuris cam.* 1598. ſq.

Frid. FABRICIVS in *corpore iuris cam.* Francof. 1613. ſeu, qui idem liber, Ioann. FORSTERI *proceſſ. iudiciar. cam.*

Ioann. Iac. BABE in *praxi iudiciaria cam. imp.* 1620.

Sim. GÜNTHER in *theſauro practicantium*. Spir. 1620.

Chph. SCHWANMANN in *obſerv. & proceſſu cam.*

Paul. Matth. WEHNER in *obſerv. iuris cam. practicis*.

Pet. OSTERMANN in *ſyntagmate iuris cam.* Colon. 1633. 4.

Caſp. KLOCK (n. 1583. Conſil. Brunſu., † 1655.) in *relationibus cameralibus*. Francof. 1653. fol.

III. Ad alia *illuſtriora iuris publici capita* hoc aeuo culta inprimis ea pertinent, quae de tutela electorali legitima & teſta-

mentaria, item de electoratu Palatino-Bauarico, eiusque vicariatu ab anno 1610. inde diſceptata fuerunt a Marquardo FREHERO, Dionyſ. GOTHOFREDO, Ioann. ZESCHLINO, Chriſtoph. GEWOLDO, aliisque, quos fuſius recenſet BVDER. in *bibl. iurid.* p. 623. ſq. Nec praetermittenda, quibus bellum tricennale anſam praebuit, ſcripta, & vel vnicus quidem maxime famoſus ille HIPPOLYTVS a LAPIDE *de ratione ſtatus imperii R. G.* 1640.

IV. Varias per *collectiones actorum publicorum* iuri publico ex clarioribus fontibus dilucidando viam hoc aequo pararunt Chriſtoph. LEHMANN, Fried. HORTLEDER, Mich. Caſp. LVNDORP, Melch. GOLDAST, quorum nomina ac ſcripta iam aliunde cognita hic ſupponuntur.

§. 20. *Praeeunte Conringio*, quumque ſimul pax Weſtphalica & receſſus imperii nouiſſimus ipſum ius publicum haud parum immutarent, noua quadam methodo, hiſtoriam minus negligente, multo plures inclaruerunt iuris publici conſulti. Neque defuerunt porro noui iuris cameralis auctores.

I. Ipſe quidem *Hermannus* CONRINGIVS (n. 1606. † 1681.) non vno ſyſtemate, ſed perquam variis ſcriptis de iure publico meritum ſe praebuit, veluti *de republ. antiqua veterum Germanorum*, *de Germanorum imperio Rom.*, *de finibus imperii Germ.*, *de vrbibus Germ.*, *de ducibus & comitibus imperii*, *de capitulatione Caeſarea*, *de iure coronandi*, *de iudiciis Germ.*, item *in notis ad Lampadium* &c.

II. *Coaeui, diſcipuli aut imitatores Conringii* de iure publico meriti ſunt in primis:

Ioann. Henr. BOECLER (n. 1611., Prof. Argent., † 1672.) in diſſ. *de ſacro Rom. imperio.* Arg. 1663. 4. & in *notitia S. R. I.* 1670. 8. (Moſers bibl. iur. publ. p. 517. 526.)

Ioann.

Ioann. STRAVCH (n. 1612., Prof. Ien. Lipſ. Gieſſ. † 1679.) in *diſſertationibus exotericis iuris publ.* aliisque ſcriptis.

Ioann. Theod. SPRENGER (Prof. Heidelb., dein Conſil. Haſſ. Magdeb. Bipont., 1663. legatus comitialis, demum Cancellarius Salisb.) in *ſynopſi iuris publ.* & *inſtitutionibus iurisprud. publ.* Francof. 1659. 4. aliisque opuſculis.

Eric. MAVRITIVS (n. 1631., 1660. Prof. Tübing., 1665. Prof. Kilon., 1672. Aſſ. cam., † 1691.) *de principiis iuris publ.* 1662., *de receſſibus imperii* 1664., *de matricula imp.* 1667. aliisque opuſculis, collectis poſthaec edente Io. Nic. Hertio, Francof. 1692. 4. (Moſer *l. c.* p. 466. ſq.)

Rud. HEIDEN (Conſil. Sax. Vinar.) ſub nomine Eitel Friedrich von Herden in des H. R. R. Grundfeſte ꝛc. 1663. (Moſer *l. c.* p. 855. ſq.)

Sam. PVFENDORF (n. 1631., 1661. Prof. Heidelb., 1670. Prof. Lund. in Suecia, 1688. Conſil. intim. Brandenb., † 1694.) praeſertim in libro ſub nomine *Seuerini de* MONZAMBANO *de ſtatu imperii Germanici* 1667. edito. (Moſer *l. c.* p. 536. ſq.)

Ioann. SCHILTER (n. 1632., 1671. Doctor Ien., 1686. Prof. Argent., † 1705.) tum in ſingulis ſcriptis *de libertate eccleſiae Germ.*, *de comitum iure & praerogatiua*, &c., tum in *inſtitutionibus iuris publici.* 1696. 8.

Ioann. Fried. RHETZ (1660. Prof. Viadrin.) in *diſputationibus* & *inſtitutionibus iuris publ.*

Ioann. Wolfg. TEXTOR (n. 1637., Prof. Altorf. dein Heidelb., † 1701.) in *iure publico caeſareo* & *ſtatuum.*

Adam CORTREIVS (n. 1637. Synd. Hal., dein Magdeb., † 1706.) in *repraeſentatione iuris primariarum precum*, & in *corpore iuris publ.* ſeu potius *obſeruatis ad ius publ.* Francof. 1707. ſq. fol.

Ioann. Nic. HERT (n. 1641., Prof. Gieſſ., † 1710.) in *notitia veteris Germ. populorum*, aliisque variis iuris publ. *diſſertationibus* & *reſponſis.*

Nic. Chph. de LYNKER (n. 1643., 1670. Prof. Gieſſ., 1677. Prof. Ien., demum conſil. imp. aul., † 1726.) in *conſpectu iuris publ.*, variisque *diſſ.* & *reſponſis.*

Gottfr. Wilh. de LEIBNITZ (n. 1646. † 1716.) ſub nomine CAESARINI FÜRSTENERII *de iure ſupremaſus ac legationis principum Germ.* 1678.

Ioann. Ge. KVLPIS (n. 1652., 1683. Prof. Argent., 1686. Conſil. Würtenb., † 1698.) in diſſ. *de legationibus ſtatuum imperii*, Gieſſ. 1679., in *notis ad Monzambanum & Lampadium*, aliisque ſcriptis coniunctim editis 1705. 4.

Gabr. SCHWEDER (n. 1648., Prof. Tübing., † 1735.) in *compendio iuris publ.* Tübing. 1681. 8.

Henr. COCCEII (n. 1644., 1672. Prof. Heidelb., 1688. Prof. Vltraiect., 1690. Prof. Viadr. † 1719.) in *iuris publici prudentia*. 1695. 8.

Henr. HENNIGES (1676. Doct., Prof. Viadr., dein legatus comitialis Brandenb., † 1711.) *de ſumma Imp. poteſtate circa ſacra* & *circa profana*, & in *meditationibus ad I. P. W.*

Phil. Reinh. VITRIARIVS (diſcipulus Boecleri, Prof. Lugd., † 1717.) in *inſtitutionibus iuris publ.*, primum 1683. ſub nomine *Nic. Dankwerth* aliena opera, dein 1686. a ſe ipſo editis.

III. *Ius camerale*, idque inſigniter per R. I. N. reformatum, porro ſcriptis illuſtrarunt:

Io. Theod. SPRENGER (vid. ſupr. p. 11.) in *compendio iuris cam. I. P. & R. I. N. conformato.*

Paul. GAMBSIVS (Aduoc. & procur. cam.) in comm. *ad R. I. N.*

Iac. BLVM (Aduoc. cam.) in *proceſſu cam.* aliisque ſcriptis.

Ioann. Andr. GERHARD (Conſil. Anhalt.) in diſcurſu *de ſupremis imp. iudiciis aul. & cam.* Ien. 1667.

I. W. TEXTOR (vid. ſupr. p. 11.) in diſſ. *ad R. I. N.* 1669.

Ioann. DECKHERR (Aduoc. & procur. cam.) in *introduct. in notitiam rei iurisque cam.* 1675. & in *vindiciis rei iurisque cam. ad Blumii proc. cam.* 1677. earumque *relectionibus* 1691. &c.

Ioann. Fried. HOFFMANN (Aduoc. & procur. cam.) in *praxi iuris & proceſſus cam.* 1690. &c.

§. 21. *Poſt Conringii aetatem* iuri publico nouam eamque inſigniter maiorem lucem accendit maior ſubſidiorum adparatus

paratus atque nouae Halenſis academiae. Praeter quam quidem aliorum quorumdam non contemnenda fuit opera, ſed praeſertim tamen in illa promouit hoc ſtudium par celebre diuerſae ſententiae doctorum, Ioannis Petri de LVDEWIG & Nicolai Hieronymi GVNDLINGII. Quorum tum ex ſchola, tum ex imitatione celeberrimi, partim adhuc ſuperſtites, prodierunt iure publico conſulti.

I. *Subſidiorum iuris publici adparatus* inſigniter auctus fuit nouis collectionibus, quas inchoarunt:

1697. Chph. Leonh. LEVCHT ſub nomine Ant. FABRI Staatscanzley.

1707. Ioann. Steph. BÜRGERMEISTER in *codice diplomatico* aliisque ſcriptis equeſtribus.

1709. G. M. de LVDOLF in *electis iuris publ.*

1710. Ioann. Chriſtian. LÜNIG im Teutſchen Reichsarchiv.

1716. Io. Iac. MOSER in der Reichs-Fama.

1740. Io. Car. KOENIG in *ſelectis iuris publ. nouiſſimis.*

1751. Io. Iac. MOSER im Teutſchen Staats-Archive.

II. In ipſo iure publico *praeter academiam Halenſem* iam ſub exitum ſuperioris initiumue huius ſeculi inclaruerunt:

Ioann. Phil. DATT (n. 1654., officiis Eſsling., dein Würtemb. functus, † 1722.) in *volumine rerum Germ. nouo de pace publ.* 1698. &c.

Imman. WEBER (n. 1659., 1684. ſecret. & archiuar. Schwarzburg., 1698. Prof. Gieſſ., † 1726.) permultis diſſertationibus iuris publ.

Ioann. WERLHOFF (n. 1660., 1686. Prof. Helmſt., † 1711.) in *notitia S. R. I.* 1695. & *iure publ. enucleato*, 1705.

Ge. Melch. de LVDOLF (n. 1667., 1691. ſecret. 1697. conſil. Iſenac., 1711. aſſeſſor cam., † 1740.) in *diſcurſu de comitiis* 1696., *de introduct. iuris primogeniturae* 1703., *de iur. fem. illuſtr.* 1711., & in primis in *delineatione* ſeu *commentatione ſy-*



*ſtema-*

*ſtematica* aliisque permultis ſcriptis *iuris cameralis* a 1714. inde editis.

Euchar. Gottl. Rink (n. 1670., 1709. Prof. Altorf., † 1746.) diſſ. *de nummo* 1701., variisque aliis diſſ.

Caſp. Henr. Horn (n. 1657., 1686. Doct. & Prof. Wittenb., † 1718.) in *iure publ.* 1707. aliisque variis ſcriptis.

Ge. Schvlze (n. 1676., Prof. Regiom., † 1738.) in der Anleitung zum iure publ. 1710.

Ioann. Ehrenfr. Zczhackwitz (n. 1669., 1711. ſecret. Iſenac., 1713. Prof. Coburg., 1716. Prof. Hildburgh., 1731. Prof. Hal., † 174..), in der Einleitung zum iure publ. 1714. &c.

Burch. Gottl. Struv (n. 1671., 1704. Prof. Ien., 1738.) permultis iuris publ. ſcriptis a 1708. inde editis, praeſertim *ſyntagmate* ſeu *corpore iuris publici* 1711. 1738. 4. & *iuris publ. prudentia* 1722. 8. &c.

Gottfr. Lange (n. 1672., 1692. Mag., 1702. Doct. Lipſ., † 1748.) in der Einleitung zu den Geſchichten und dem daraus flieſſenden iure publ. 1709. 8.

Barth. Chriſtian. Richard (n. 1679., Bibliothecar. Ien., † 1721.) in *compendio iuris publ.* 1721.

Ioann. Wilh. de Goebel (n. 1683., Prof. Helmſt., † 1745.) *de archiofficiorum origine* 1710. aliisque variis ſcriptis.

III. Ipſi illi Halenſes duumuiri Lvdewigivs (n. 1670. † 1743.) & Gvndlingivs (n. 1671. † 1729.), quorum ille iam 1694. *de principatu Arauſionenſi*, hic 1706. *de iure oppignorati territorii* ſcribere coepit, non tantum multitudine ſcriptorum iuris publici, ſed & copia praeſertim auditorum, doctrinas ſuas, qua fere patet Germania, expanderunt.

IV. Non minus itaque, quam anteceſſores illi, qui eorum ex ſchola prodierunt, ab anno circiter 1720. inde inclaruerunt de iure publico meriti:

Diet. Herm. Kemmerich (n. 1677., 1719. Prof. Wittenb., 1730. Prof. Ien., † 1745.) praeſertim *introductione ad ius publ.* 1731. 1744. 8.

Ioann. Iac. HELFERICH (n. 1692., Prof. Tübing., † 1750.) variis diſſ.

Ioann. Gottfr. de MEIERN (n. 1692., 1715. Prof. Gieſſ., 1720. Conſil. Baruth., 1726. Conſil. Hannouer., † 1745.) variis ſcriptis & in primis *actis P. W.*

Ioann. Fried. KAYSER (Prof. Gieſſ., † 1751.) diſſ. *de diuortio* 1715. *de forma ſyſtem. Germ.* 1724. &c.

& ſuperſtites adhuc, ex ſequenti circiter aetatis ordine:

Ioann. Iac. SCHMAVSS,

Dauid Ge. STRVBE,

Chriſtian. de NETTELBLA,

Io. Georg. ESTOR,

Ern. Ioach. de WESTPHALEN,

Henr. Chriſtian. de SENKENBERG.

quorum vitas & ſcripta videre eſt in Moſers und Weidlichs lexicis jeztlebender Rechtsgelehrten.

V. Alii quoque, quos ex ſchola Halenſi prodiiſſe quidem non conſtat, eadem tamen aetate ius publicum coluerunt ac dilucidarunt,

partim iam mortui:

Ioann. Fried. PFEFFINGER in primis commentario *ad Vitriarium.*

Gottl. Sam. TREVER (n. 1683., 1714. Prof. Helmſt., 1734. Prof. Goetting., † 1743.) *de circulis imperii* 1717. &c.

Iac. Car. SPENER (n. 1648., Prof. Hal., dein Wittenb., † 1730.) *iure publico* in forma commentarii edi coepto.

Chriſtian. Gottfr. HOFFMANN (n. 1692., 1718. Prof. Lipſ., 1723. Prof. Viadr., † 1735.) in primis in Grundſätzen des Teutſchen Staatsrechts.

Ioann. Wilh. HOFFMANN (n. 1710., 1737. Prof. Wittenb. † 1739.) variis diſſ.

Ioann. Adam KOPP (n. 1698. † 1748.) tractatu *de inſigni differentia inter comites & nobiles* &c.

partim

partim adhuc ſuperſtites:

Chph. Laur. BILDERBECK,

Ioann. Iac. MASCOV,

Adam Fried. GLAFEY,

Chriſtian. Gottl. BVDER,

Car. Wilh. GAERTNER,

Ioann. Iac. MOSER,

Wilh. Fried. de PISTORIVS.

de quibus vid. Moſer & Weidlich ll. cc.

VI. Quibus addendi demum, qui ab anno circiter 1740. inde inclaruerunt, iique cuncti adhuc ſuperſtites

*Euangelici*:

Ioann. Vlr. de CRAMER,

Chriſtian. Lud. SCHEID,

Ge. Henr. AYRER,

Ioann. Car. KOENIG,

Chriſtian. Gottl. RICCIVS,

Ioann. Fried. IOACHIM,

Ioann. Iac. REINHARD,

Ioann. Gottl. GONNE,

Andr. El. ROSSMANN,

Lud. Mart. KAHLE,

Franc. Dom. HAEBERLIN,

Chph. Lud. KOCH,

Gottfr. Dan. HOFFMANN,

Henr. Gottl. FRANKE,

Io. Maxim. de GÜNDERRODE,

Io. Fried. Wilh. de NEVMANN in Wolfsfeld.

Auctor libri Gallici: *Traité ſyſtematique du droit public.* &c. cet.

*Catholi-*

*Catholici:*

Ioann. Adam de Ickstädt,
Ioann. Pet. Bannizza,
Ioann. Henr. Bocrisivs,
Ioann. Iac. Ioſeph. Sündermahler,
Ioann. Ge. Nevreüter,
Ge. Chph. Neller,
cet.

§. 22. Omnium horum ex ſcriptis ſequenti circiter ordine *bibliotheca iuris publici* ordinari poterit:

I.) Fontes

1.) generales totius iuris publici, veluti:

A.) *Archiuum imperii* Lünigianum aliaque Lünigii, item Goldaſti, Moſeri, aliorumque fontium iuris publici actorumque publicorum collectiones.

B.) *Collectiones Receſſuum imperii*, ex quibus commendanda in primis ea, quae prodiit ſub titulo: Aller des heil. R. R. gehaltenen Reichstäge, Abſchiede und Satzungen ꝛc. ꝛc. Mäyntz bey Nic. Heyll 1666. fol., & nouiſſima: Neue und vollſtändigere Sammlung der Reichsabſchiede ꝛc. Frankf. 1747. fol.

C.) *Corpora iuris publici academica*; in primis, quod edidit Io. Iac. Schmavss Lipſ. 1745. 8.

2.) ſpeciales, certae tantum partis iuris publici, veluti:

*Corpus iuris cameralis*, Wetzl. 1717. Frankf. 1724. fol.
Moſers Reichsſtädtiſches Handbuch, 2. Th. 1732. 1733. 4.
Bvrgermeisteri collectiones equeſtres, &c.

C II. Com-

II.) Commentarii ſiue notae ad fontes iuris publici, veluti

HENNIGES *ad P. W.*

LVDEWIG *ad A. B.*

MOSER *ad capitulationes nouiſſimas.* &c.

III.) Syſtemata & compendia iuris publici, veluti e nouioribus praeſertim

Pfeffingeri, Struuii, Moſeri, Maſcouii, Schmauſſii reliq. opera.

IV.) Miſcellanea iuris publici, ſeu obſeruationum, diſſertationum, opuſculorum, alioue nomine editae collectiones variarum iuris publici commentatiuncularum; veluti

Hertii, Ludewigii, Eſtoris, Senkenbergii, Buderi, Moſeri, Piſtorii, Reinhardi, Strubii aliorumque nomine, quae ſic edita ſunt.

V.) Singularia ſcripta ſeorſum de ſingulis argumentis edita, ceu tractatus vel diſſertationes iuris publici.

# IVRIS PVBLICI PARS I. GENERALIS

CONTINENS

PRINCIPIA TOTIVS IVRIS PVBLICI.

## CAP. I.

QVOD CONTINET

LEMMATA HISTORICA

SEV

PRINCIPIA IVRIS PVBLICI EX HISTORIA REPETENDA.

SPECIATIM

NOTITIA GERMANIAE

QVOAD

DIVERSITATEM PROCERVM ET CIVIVM

EX QVIBVS CONSISTIT.

§. 23.

Germania eſt ea pars Europae, quae ſita eſt, occidentem & orientem verſus, a Belgio Galliaeque terris, vsque ad Pruſſiam, Poloniam Hungariamque; meridiem & ſeptemtrionem verſus, ab Heluetia, Italia marique Hadriatico, vsque ad mare Germanicum, terras Danicas & mare Balthicum.

§. 24. Habitata numquam iisdem, adhuc hodie perquam variis habitatur populis, quorum congeries tantum eatenus

fuit & eſt vnus populus, quatenus primum in regione & moribus, deinde in ſummo etiam imperio vnitas fuit, vel eſſe coepit & adhuc eſt.

§. 25. In regione vnitas ſemper fuit, quatenus fines Germaniae, praeſertim naturales, veluti maria, flumina, montes, ab aliis non Germanis nationibus diſtinxerunt & adhuc diſtinguunt qualescumque Germaniae populos.

§. 26. In moribus itidem certa qualiumcumque Germaniae populorum ſingularitas & conuenientia eos a reliquis ab antiquo inde diſtinxit, in primis vita eorum liberrima ſoli fere bello ac venatui dicata. Cuius rei ſuperſtites adhuc hodie reliquiae vel adhuc ſat grauiter ſecernunt Germaniae populos & ordines in primis perſonarum ab omnibus fere reliquis Europae nationibus.

## I. CIVIVM GERMANIAE DIVISIO:

## NOBILES, INGENVI, SERVI, LIBERTI.

§. 27. Fuerunt nempe a primaeua Germaniae conſtitutione proprii ſeu veri eius ciues olim ſic dicti INGENVI homines, id eſt, qui in plena libertate degentes ſuis quique ex praediis viuebant, bellumque & venatum, praeterea nihil, colebant.

§. 28. Capti ab ingenuis bello, vel alio quocumque modo detruſi in ſeruitutem, eorumque poſteri SERVI ingenuorum erant, non tam ſeruitiis domeſticis adhibiti, quam glebae adſcripti, vt rus colerent, indeque operas & cenſum tum frumenti

menti tum pecoris praeſtarent, ceterum ſuos quoque proprios Lares haberent; nec LIBERTI multum ſupra ſeruos eſſent.

§. 29. Ingenui coniuncti quidem, prouti plures familias vna forte regio coniunxerat, ſed cum coniunctio talis plurium familiarum, tum ſingulae familiae in ſtatu naturali viuebant, nullum initio imperium agnoſcebant, nullum iudicium, niſi quod ſeniores ac virtute inſigniores ad bellum gerendum eligerentur DVCES, ad ius volentibus dicendum PRINCIPES ſeu COMITES, iique & eorum poſteri mox NOBILES prae ingenuis quadam aut propriae virtutis aut ſanguinis praerogatiua inſignirentur.

§. 30. Hinc antiquiſſima, & quae numquam deſiit, Germanica ordinum perſonarum diſtinctio: *Nobiles*, *ingenui*, *ſerui* vel *liberti*.

## II. CIVIVM GERMANIAE DIVISIO: CLERICI VEL LAICI.

§. 31. Ex quo *religio Chriſtiana* in terris Germanicis radices egit, ſimulque nouae harum eccleſiae ſtatim Romanae ſedi ſingulari fide addictae, inque ea indies maiori conſeruatae fuerunt; obtinuit quoque in Germania primum *clericorum* & *laicorum*, inque illis iterum archiepiſcoporum, abbatum, aliorumue praelatorum, & aliorum clericorum, ſacerdotum, presbyterorum, diaconorum, item & deinde canonicorum ſacrisque ordinibus militaribus addictorum diſtinctio; eaque omnis adhuc vsque ſuperſtes.

## III. Cives Germaniae Christiani; incolae Ivdaei.

§. 32. Ex quo Chriſtianae omnis alia religio, in gentili ante Germania, cedere debuit; ſolum Ivdaei, diſperſi per orbem Chriſtianum, in Germania quoque tolerati ſunt. Proprie tamen ceu incolae tantum; cives Germaniae ſolum Chriſtiani.

## IV. Civium Germaniae diviſio: vaſalli vel non vaſalli.

§. 33. Ex quo in plures maiores populos Germania coaluit; ſenſim inter eos qui eminuerunt, aliorum terris potiti, illorumque principes nacti occaſionem fuerunt, diſtribuendi inter ciues militesque ſuos praedia ſub conditione ſeruitiorum militarium & fidelitatis adſtrictioris principi promittenda. Vnde ab eo tempore talia praedia ceu fevda, ab aliis ſiue proprio iure ſiue a maioribus hereditario iure adquiſitis allodiis, illorumque poſſeſſores ceu vasalli, peculiari fide domino directo adſtricti, ab aliis liberis ciuibus non vaſallis diſtingui coeperunt.

§. 34. Ortum hoc modo, initio vna cum aliis Germanicae nationis regnulis, veluti Alemanniae, Boioariae, Thuringiae cet., *regnum Francicum* mox palmam reliquis praeripuit, adeo vt demum omnes Germaniae populi, eorumque, ſi qui erant & reſeruabantur, principes regem Franciae ceu ſummum imperantem dominumque ſupremum feudalem, reſeruata licet ceteroquin diuerſimode libertate priſtina, venerari deberent.

§. 35.

§. 35. Ab hoc inde aeuo magis magisque cultus & diſtinctus ille nexus fuit, quo Germaniae omnes populi, vario quidem porro iure vſi inter ſe, vniti tamen ſub imperio *regis vnius*, initio communis cum terris Francicis extra Germaniam, deinde ſolius *Germanici*, & ex alia ratione ſimul *Regis* ſeu *Imperatoris Romani*, fuerunt.

§. 36. *Nexus* nempe *duplex* inde ortus, alter *ciuilis*, quo rex imperans, reliqui omnes vel magiſtratus ſubordinati ſeu proceres, vel ſolum ſubditi, ſed ſua quique, qua reſeruata, formula populi priſtina relinquendi & regendi erant; alter *feudalis*, quo tum plerique, ſi non omnes, magiſtratus, tum alii ciues, in primis nobiles, vaſalli regis, ingenui iterum plurimi vaſalli nobilium erant.

§. 37. Hinc & haec in antiquiſſimis eſt nec vmquam deſiit diſtinctio Germaniae ciuium, quod alii *vaſalli* ſiue regis ſiue alterius cuiusdam ciuis, alii *non vaſalli*.

## V. Civium Germaniae divisio in ministeriales et non ministeriales, eiusque divisionis superstites reliquiae.

§. 38. Ex quo regni formam Francia cepit; praeter feuda, ceu militaria propria officie, alia quoque regis exorta ſunt miniſteria aulica & ciuilia, quibus nobiles functi, iique pariter ſalarii loco praediis terriſue inueſtiti. Deinde & nobiles vti ingenuos vaſallos (§. 36) ita eosdem quoque miniſteriales pari modo habuerunt. Vnde olim diuiſio Germaniae ciuium, vti

vti in vaſallos & non vaſallos, ita quoque in MINISTERIALES & non miniſteriales ſeu liberos, illorumque iterum in miniſteriales regni aliosque minores, in medio aeuo ſimpliciter miniſteriales dictos.

§. 39. Mutato autem Germaniae ſtatu non omnino perdurauit iſta diuiſio. Superſunt modo ARCHIOFFICIA REGNI (Reichs-Erzämter), veluti, quod eccleſiaſticum habitum munus, archicancellariatus, atque ſecularia, archipincernae, archidapiferi, archimarſchalli, archicamerarii, &, quod nouiter acceſſit, architheſaurarii, horumque SVBOFFICIA, (Reichs-Erbämter). Et eadem fere ratione ſuperſunt quoque hinc inde OFFICIA PROVINCIALIA AVLICA HEREDITARIA. (Erblandhof-Aemter); Quorum pleraque tamen ſi mareſchallatum exceperis, magis honore hodie, quam re, conſeruantur.

§. 40. Tum aulae, tum belli, tum adminiſtrationis reipublicae, quae in Germania contigerunt, mutationes omnibus id genus officiis aliam formam dederunt; adeo vt, ſi hodie diuiſeris Germaniae ciues in officiales & non officiales, illi in officiales aulicos, bellicos & ciuiles, ſiue Imperatoris, ſiue procerum, diſpeſci debeant.

## VI. CIVIVM GERMANIAE DIVISIO: ILLVSTRES, NOBILES, CIVICI, RVSTICI, VARIAEQVE NOBILITATIS HODIERNAE SPECIES.

§. 41. Ciuitatum in interiore Germania ortus ſenſim nouum genus hominum CIVICORVM produxit, qui, commercio

cio & opificiis, nundinis, cereuiſia. cet. nouum vitae victusque genus agendi, nec raro largiores opes quaerendi anſam nacti, adeoque mox ſatis diſtincti a reliquis Germaniae ciuibus fuerunt.

§. 42. Serui priſtini vel ideo cum ciuicis iſtis confundi non poterant, quia libertate illi deſtituebantur. Et quamuis poſthaec, non tam qua liberti, quam aliis ex medii aeui rationibus publicis, pleriſque in locis maiorem ad libertatis ſpeciem adſpirarent iſti ſerui, nunc RVSTICI potius dicti; tamen ruſticum vitae genus & ſuperſtites priſtinae ſeruitutis, in operis praeſertim & cenſu, reliquiae eos ſat clare porro a ciuicis ſegregarunt.

§. 43. Tanto inuiſiores ciuici ingenuis fuerunt, eorumque perpetui fere aemuli. Illi enim quum ingenuitatis ſpeciem mox parem, quam hi, praeferrent; hi praerogatiua militiae, venatus, feudorumque & miniſteriorum aulicorum nixi demum ad NOBILITATEM adſpirarunt, licet INFERIOREM illa priſca nobilitate (§. 20.), ſed maiorum tamen originis plebeiae neſciorum praerogatiua coruſcantem, & eatenus AVITAM dictam.

§. 44. Illorum contra aliqui PATRICIATVM, quaſi ſingularem fere nobilitatem ciuicam, pari honore haberi voluerunt; alii codicillis Caeſareis ad parem NOBILITATEM, mox CODICILLAREM dictam; alii ad honores academicos ceu inſigniorem NOBILITATEM PERSONALEM adſpirarunt.

§. 45. Hinc quidem illibatus manſit priſtinae nobilitatis ſtatus, niſi quod nobilitas ſuperior nunc vocata, & perſonae eius

eius ordinis, quae olim nobiles (§. 20.), hodie ILLVSTRES adpellatae ſint.

§. 46. Nobilitas autem inferior, ſeu ſimpliciter hodie ſic dicta nobilitas, in ſenſu generali tam late nonnunquam ſumitur, vt vel omnis ſtatus, quo quis eximitur a plebe, ſub ea comprehendi ſoleat.

§. 47. Tum vero probe ſegreganda eſt nobilitas PERSONALIS & GENTILITIA, ſiquidem *illa* ſoli perſonae cohaeret, quam modo eminens quaedam dignitas a plebe eximit, ſiue in officio quodam aulico, militari vel ciuili (§. 40.), ſiue in honoribus academicis (§. 44.) illa conſiſtat; *haec* contra ad poſteros tranſit, ſed alia codicillaris iterum, alia auita (§. 43.), eaque quo frequentiorem maiorum nobilium numerum quo ad antiquiora tempora referre poteſt, eo *antiquior*, & quo minus in maiorum numero vllam perſonam ignobilem habet, eo *purior* eſt.

§. 48. Ceterum ſic intelligitur, qui loco priſtinae diſtinctionis nobilium, ingenuorum & ſeruorum (§. 30.) hodie diuidendi Germaniae ciues, ordinesue perſonarum ſint in illuſtres, nobiles, ciuicos & ruſticos.

## VIII. CIVIVM GERMANIAE DIVISIO IN MEDIATOS ET IMMEDIATOS.

§. 49. Ex quo ius manuarium medii aeui, aliaeque circumſtantiae publicae, veluti bella cum exteris, minorennitas regum, diſſidia familiae regnatricis, item imperii & ſacerdotii, cet. id effecerunt, vt in rebus a rege expediendis auctoritas

tas procerum indies maior redderetur; vt regni ſucceſſiui in electitium mutaretur formula; vt contra, quibus proceres fungebantur, officia hereditaria fierent; vt terris ac regalibus potirentur proceres eccleſiaſtici; vtque demum & ſeculares proceres, obliuioni tradita officii qualitate, proprio, quam debebant regio, nomine in populum exercerent auctoritatem; ſenſim ac pedetentim eo deuenit res, vt ſupremum quidem in vniuerſa Germania imperium penes regem ſeu Imperatorem permaneret, ſed quam maxime illud auctoritate procerum circumſcriptum, & ſic praeterea, vt vnusquisque horum ſpeciem imperantis in ciues, proprie tantum iurisdictioni ſuae, vel alteri cuidam officii ciuilis belliciue qualitati ſubiectos, tamquam in ſubditos ſuos, ſuſtineret.

§. 50. Abhinc Germania dupliciter conſiderari coepit, ceu IMPERIVM (das Reich) per excellentiam ſic dictum, quatenus vna omnium ſuprema poteſtas penes Imperatorem eſt, & ceu congeries plurium RERVMPVBLICARVM SPECIALIVM (beſondere Staaten), quatenus varia variorum procerum poteſtas in ſuo cuiusque terrae tractu ſiue TERRITORIO eſt.

§. 51. Inde ortum duxit principalis illa ciuium Germaniae diſtinctio in MEDIATOS, qui ſub alterius Germaniae ciuis imperio degunt, & in IMMEDIATOS, qui nullum tale alterius Germaniae ciuis imperium agnoſcunt.

## VIII. Immediatorvm Germaniae civivm divisio in status et non status, item in primogenitos regentes et postgenitos non regentes.

§. 52. Immediati potiſſimum quidem ii ſunt, quorum conſenſu Imperator in exercenda ſuprema poteſtate, quatenus haec reſtricta eſt, indiget; ſiue statvs (proceres, ordines) imperii, Reichsſtände. Verum non omnes tamen immediati ſunt ſtatus. Adeoque immediati iterum alii, qui ſtatus ſunt, alii non ſtatus conſiderari debent.

§. 53. Conuentus ſtatuum imperii ad deliberandum ſuper conſilio conſenſuue Imperatori praebendo, vbi opus, inſtituitur in comitiis imperii; adeoque ſtatus quoque ii vocari poſſunt, qui votum & ſeſſionem in comitiis imperii habent.

§. 54. Et ſic quidem ab initio inde *ſtatus eccleſiaſtici* fuerunt omnes archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, abbatiſſae, aliique praelati immediati, iidemque ſunt adhuc hodie.

§. 55. *Seculares* olim pariter *ſtatus* fuerunt omnes immediati nobiles, ſiue ipſi officio feudoue nobili, veluti ducatus, comitatus, tamquam duces, comitesue, vel tamquam comites Palatini, marchiones, Landgrauii, Burggrauii cet., inſigniti, ſiue ex talium modo familia progeniti. Quippe qui omnes, quot perſonae ſui iuris in quoque conuentu praeſentes, tot ſuffragia ferebant.

§. 56.

§. 56. Nec dubitatum olim vmquam fuit, quemcumque Imperator officio vel dignitate ducis, marchionis, Landgrauii cet. inſignierat, ei inter principes ſuffragia ferentes parem locum eſſe. Immo nec vel iis quidem olim denegatus inter principes locus, quos modo munificentia regia dignitate principali in genere, ſine ſpeciali ducis, alioue tali principalis officii nomine, decorauerat. Quippe qui nec mutata territorii ſui qualitate, nec ipſi ceterum nomen ſuum mutabant; dicti dumtaxat gefürſtete Grafen oder Prälaten, & a reliquis officio & territorio principibus diſtincti generali nomine Fürſtenmäſſige.

§. 57. Verum poſteaquam ius eligendi Imperatorem ſolum in manus archiofficialium ceu ELECTORVM peruenerat; prima, quod ad hos attinet, iam in A. B. contigit haec mutatio, vt terrarum electoralium nomine tantum vnum ſuffragium poſſe ferri ſanciretur, & ab eo quidem, quem ordo primogeniturae ſimul tum ſtabilitus ad iura electoralia vocaret.

§. 58. Ratione terrarum familiarumque non electoralium adhuc dudum quidem poſt A. B., ſed ex alia ratione tamen non diutius perdurauit illa priſtina ſecularium ſtatuum conditio, quam ſub exitum vsque ſeculi decimi ſexti, &, quod caſu fere contigit, ad annum 1582. vsque. Huius enim anni comitiis quot perſonae ſtatuum iure interfuerunt, tot porro perduraſſe obſeruantur ſecularium ſtatuum vota, quae abhinc non tam perſonis, quam cuilibet territorio inhaerere ſtatuta ſunt.

Joh. Jac. Moſers Urſprung und Grund der jetzigen Stimmen auf des Teutſchen Fürſten-Raths weltlichen Bank, in ſeinen *Moſerianis* P. 1. (Leipz. 1739. 8.) p. 1. ſq. und im Staatsrechte tom. 34. p. 281. ſq.

§. 59. Ex eo igitur tempore non valuit amplius conſequentia a dignitate principali iure familiae, multoue minus ex gratia Imperatoris obtenta ad ius ſuffragii inter principes ferendi, nec ab aucto numero lineatum ad maiorem ſuffragiorum numerum, neque contra ab vnitate poſſeſſoris ad vnitatem voti, ſed vnica comitiorum anni 1582. norma reſpicienda eſt.

§. 60. Licet itaque plures abhinc in vna familia illuſtri deprehendantur perſonae ſui iuris, ſeu plures lineae regentes; tamen non pluribus ideo ſuffragiis gaudet, quam quibus anno 1582. gauiſa, iſta familia.

§. 61. Contra quamuis plura territoria, olim a pluribus lineis vel diuerſis familiis poſſeſſa, poſthaec coaluerint, vniusque perſonae in manus conuenerint; tamen vnicus ille nouior poſſeſſor tot retinuit vota, quot lata fuerunt 1582. a ſingulis illarum terrarum poſſeſſoribus, quas nunc ille ſolus poſſidet.

§. 62. Poſterius hoc tanto frequentius in Germania accidit, quanto magis fere ſingulis in principum familiis ab eodem ſeculo XVI. inde IVS PRIMOGENITVRAE introductum fuit. Id quod aliam ſimul PRIMOGENITORVM REGENTIVM & POSTGENITORVM NON REGENTIVM introduxit diſtinctionem.

## IX. STATVVM IMPERII DIVISIO IN ELECTORES; PRINCIPES, PRAELATOS, COMITES, DYNASTAS; ET CIVITATES.

§. 63. Status qua tales triplici potiſſimum claſſe diſtincti ſeu in tribus COLLEGIIS iam dudum deliberarunt, aliter nempe

nempe electores; aliter principes, praelati, comites, dynaſtae; aliter ciuitates.

§. 64. Electores *tres eccleſiaſtici* ſunt archiepiſcopi Moguntinus, Treuirenſis, Colonienſis. *Seculares* ab initio fuerunt quatuor: Rex Bohemiae, Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniae, Marchio Brandenburgicus. Quibus acceſſit quinto loco, cuius, bello tricennali eiecti, ſecundum locum nactus Dux Bauariae, reſtitutus pace Weſtphalica Comes Palatinus Rheni; demum ſexto loco Dux Brunſuico Lüneburgicus, elector creatus a Leopoldo Imperatore 1692., ſed introductus demum 1708., vna cum Bohemico readmiſſo ad exercitium iurium electoralium, quo dudum ſingulari ratione deſtitutus fuerat.

§. 65. Principes pariter *eccleſiaſtici* alii, alii ſeculares ſunt; illorumque in numerum proprie omnes pertinent archiepiſcopi non electores, deinde omnes epiſcopi immediati, omnesque abbates aliiue praelati dignitate principum ſpeciatim condecorati.

I. Hodieque ſuperſunt

1. *Archiepiſcopi* non electores; Salisburgenſis, & Viſontinus.

2. *Epiſcopi* immediati XXI.

| | |
|---|---|
| 1) Bambergenſis | 8) Auguſtanus, |
| 2) Würzburgenſis, | 9) Hildeſienſis, |
| 3) Vormatienſis, | 10) Paderbornenſis, |
| 4) Eichſtadienſis, | 11) Friſingenſis, |
| 5) Spiranus, | 12) Ratisbonenſis, |
| 6) Argentoratenſis, | 13) Paſſauienſis, |
| 7) Conſtantienſis, | 14) Tridentinus, |

15.) Brixi-

15) Brixienſis,
16) Baſileenſis,
17) Leodienſis,
18) Oſnabrugenſis,
19) Monaſterienſis,
20) Lubecenſis,
21) Churenſis;

3. *Praelati dignitate principali decorati*, Gefürſtete Aebte oder Pröbſte:

1) Abbas Fuldenſis,
2) Abbas Campidunenſis,
3) Praepoſitus Ellwangenſis,
4) Praepoſitus Berchtolsgadenſis,
5) Epiſcopus Spirenſis, qua Praepoſitus Weiſſenburgenſis,
6) Archiepiſcopus Treuirenſis, qua Praepoſitus Prumienſis,
7) Abbas Stabulenſis,
8) Abbas Corbeienſis.

II. Inter praelatos dignitate principali munitos locus proprie olim fuit Germanicis *ordinum ſacrorum militarium magiſtris*. Isque adhuc eſt magiſtri Iohannitarum locus inter Elwangenſem atque Berchtolsgadenſem Praepoſitos. Teutonicus autem magiſter, olim Abbatem Fuldenſem in ordine inſecutus, ab anno 1529. inde ſub nomine *adminiſtratoris ſupremi in Pruſſia magiſterii*, primum poſt archiepiſcopos prae cunctis epiſcopis occupauit retinuitque locum.

§. 66. *Principes ſeculares* ab initio ii fuerunt, qui maiori, quam comitis officio potiti ſiue ducis vel plane archiducis, ſiue comitis Palatini, ſiue marchionis, ſiue Landgrauii, ſiue Burggrauii nomine. Iique tituli poſteaquam hereditarii facti, quotquot ex familia talis principis progeniti, ipſi principes & ſtatus imperii habiti ſunt (§. 55.). Nec denegata tum haec dignitas tum omnis ei annexa praerogatiua iis, quibus Imperator illam ſingulari diplomate tribuit; donec tandem firmatus quaſi ſtatuum numerus & ordo, fere caſu, vti iam dictum (§. 58.), ex anno circiter 1582.

I. Eius-

I. Eiusmodi Principes ſeculares, qui iam anno 1582. tales fuerunt, quorumque nomine adhuc vota principum in comitiis feruntur, ſequentes ſunt:

1.) Dux, ſeu a ſeculo XV. inde vocatus archidux *Auſtriae*,

2.) Dux *Burgundiae*,

3.) Dux *Bauariae*,

4.) Comites *Palatini* Rhenani, diuiſi in quinque lineas: *Lauterenſem*, *Simmerenſem*, *Neuburgenſem*, *Bipontinam*, *Veldentinam*,

5.) Duces *Saxoniae*, lineae non electoralis, diuiſi in quinque lineas *Coburgenſem*, *Gothanam*, *Altenburgenſem*, *Vinarienſem*, *Iſenacenſem*,

6.) Marchiones *Brandenburgici*, lineae non electoralis, diuiſi in duas lineas, *Onoldinam* & *Baruthinam*,

7.) Duces *Brunſuicenſes* diuiſi in quatuor lineas *Cellenſem*, *Guelpherbytanam*, *Calenbergenſem* & *Grubenhagenſem*,

8.) Duces *Pomeraniae* diuiſi in duas lineas Pomeraniae *citerioris* & *vlterioris*,

9.) Duces *Megapolitani* diuiſi in duas lineas, *Suerinenſem* & *Guſtrouienſem*,

10.) Dux *Würtenbergicus*,

11.) Marchiones *Badenſes*, diuiſi in tres lineas, *Badenſem*, *Durlacenſem* & *Hochbergicam*,

12.) Landgrauii *Haſſiae*, diuiſi in duas lineas, *Caſſellanam* & *Darmſtadinam*,

13.) Duces *Holſatiae*, diuiſi in duas lineas, *Glückſtadinam* & *Gottorpienſem*,

14.) Dux *Saxo-Lauenburgicus*,

15.) Landgrauius *Leuchtenbergicus*,

16.) Principes *Anhaltini*,

17.) Comes princeps *Hennebergicus*,

18.) Marchio in *Nomeny*,

19.) Comes princeps *Mömpelgardiae*,

20.) Dux *Arembergiae*.

II. Ex reliquis, qui modo poſt annum 1582. dignitatem principalem conſecuti fuerunt, tantum ſequentes nouiore iure vota principum in comitiis obtinuerunt:

E 1653.

| | |
|---|---|
| 1653. Iun. 30. | 1.) *Hohenzollern*, 2.) Eggenberg, 3.) *Lobkowitz;* |
| 1654. Febr. 28. | 4.) *Salm*, 5.) *Dietrichſtein*, 6.) Piccolomini, 7.) *Auersberg;* |
| —— Mart. 3. | 8.) *Naſſau-Hadamar* & *Siegen*, 9.) *Naſſau-Dillenburg;* |
| 1664. Apr. 26. | 10.) Portia; |
| 1667. Sept. 6. | 11.) *Oſtfriesland*, 12.) *Fürſtenberg;* |
| 1674. Aug. 20. | 13.) *Schwarzenberg*, 14.) Waldeck; |
| 1705. Nov. 22. | 15.) Mindelheim; |
| 1713. Febr. 15. | 16.) *Lichtenſtein;* |

Ex quibus tamen ceſſarunt iterum, exſtinctis, quibus conceſſa fuerant, vota ſub num. 2. 6. 10. 14. & 15. nominata.

§. 67. Comites, ſtatus imperii, ſunt alii originarie tales, qui ab antiquo inde comitatum poſſident; alii dynaſtae origine tenus, dein demum titulo comitis potiti.

§. 68. Fuerunt nempe dynastae origine tenus quilibet nobiles, nobilitatis ſcilicet ſuperioris, nullo, nec ducis nec comitis, officio feudoue inſigniti, ſed allodia libera, eaque maiora tamen, poſſidentes, quorum ratione in numero ſtatuum ſemper fuerunt aeque ac duces & comites.

§. 69. Ex quo autem ingenui adſpirarunt ad nobilitatem (§. 43.), comitisque titulus manifeſtior prae illis praerogatiua fuit; hunc plerique tantum non omnes dynaſtae ſibi vindicare maluerunt, quam periculum, confundi cum ingenuis, incurrere.

§. 70. Dynaſtae itaque qua tales perpauci ſuperſunt, iique inter comites aequali omnino iure relati; Comites paucio-

res,

res, qui ab initio tales fuerunt, plurimi originetenus dynaſtae.

§. 71. Sed & hoc notandum, multo plures olim, quam hodie, tum comites tum dynaſtas fuiſſe, quorum familiae exſtinctae, terraeque vel dominii directi vel agnationis pactiue iure in manus principum peruenere, qui principatibus ſuis, olim omiſſo, nouiore aeuo retento comitatus vel dynaſtiae nomine ac iure, eas terras incorporari curarunt.

§. 72. Olim virilibus inter principes numerati ſuffragiis a ſeculo XVI. inde ſingulari fato curiatim numerari coeperunt (a), ſicque in plura collegia diſtributi ſunt comites & dynaſtae; eaque primum duo quidem, Wetterauicum nempe & Sueuicum; deinde, addito 1641. Franconico (b), tria; nunc, addito demum 1654. Weſtphalico (c), quatuor.

(a) Kopp. diſcurſus von den Reichsgräflichen votis curiatis und deren Urſprunge, additus eiusdem tractatui *de inſigni differentia inter comites & nobiles*, edit. 2. Argent. 1728. 4.

(b) Schmauß corp. iur. publ. p. 782.

(c) Schmauß *l. c.* p. 926.

I. Nomina comitum hodierna, ſeu votorum potius, quae hodie iure comitum exercentur, ſequentia recenſentur:

I. Collegii Wetteravici

(in Schmauß. compend. iur. publ. edit. 2. p. 340.)

1) Naſſau-Saarbrücken,
2) Naſſau-Weilburg,
3) Hanau,
4) Solms,
5) Yſenburg,
6) Stollberg,
7) Witgenſtein,
8) Wild- und Rheingrafen,
9) Chur-Maynz wegen der Herrſchaft Königſtein,

 10) Lei-

10) Leiningen,
11) Mannsfeld,
12) Fürſt zu Waldeck,
13) Fürſten zu Schwarzburg,
14) Reuſſen von Plauen,
15) Hatzfeld und Gleichen,
16) Schönburg,
17) Ortenburg,
18) Wartenberg.

## II. Collegii Suevici:

(in einer gedruckten Liſte der Schwäbiſchen Kreys-Stände von 1747.)

1) Alſchhauſen,
2) Oettingen { Wallerſtein, Spihlberg, Baldern,
3) Fürſtenberg-Stühlingen,
4) Chur-Bayern wegen Wieſenſteig.
5) Fürſtenberg wegen Kinzinger-Thal,
6) Fürſtenberg wegen Landgrafſchaft Baar,
7) Fürſtenberg-Möſkirch,
8) Montfort,
9) Wolfegg,
10) Zeil qua { Zeil, Wurzach,
11) Scher qua { Scher, Dürmetingen, Trauchburg,
12) Königseck-Aulendorf,
13) Königseck-Rothenfels,
14) Chur-Bayern wegen Mindelheim,
15) Fürſtenberg wegen Gundelfingen,
16) Eberſtein,
17) Marx, Hans, Jacob } Fugger-Lini,
18) Hohen-Embs,
19) Vadutz,
20) Rechberg qua { Rechberg, Jller-Aichheim,
21) Juſtingen,
22) St. Blaſy wegen Bondorf,
23) Traun wegen Egloff,
24) Stadion wegen Thanhauſen,
25) Geroltzeck,
26) Taxis wegen Eglingen.

## III. Collegii Franconici

(in Schmauß. iur. publ. p. 342.)

1) Hohenlohe,
2) Caſtell,
3) Löwenſtein-Wertheim,
4) Erbach,
5) Limburg,
6) Der Fürſt von Schwarzenberg wegen der Herrſchaft Seinsheim,

7) No-

7) Noſtitz wegen der Grafſchaft Rheineck,
8) Wolfſtein,
9) Schönborn wegen Reichelsberg und Wieſent-heit.
10) Windiſchgrätz,
11) Roſenberg,
12) Stahrenberg,
13) Wurmbrand,
14) Grävenitz,
15) Pückler,
16) Giech.

## IV. Collegii Westphalici

(in Schmauß. iur. publ. p. 342.)

1) Wegen der Grafſchaft Sayn und Antheils Sayn-Altenkirchen, der Marggraf von Brandenburg-Onolzbach.
2) Wegen Sayn-Hachenburg der Burggraf zu Kirchberg.
3) Der Graf von Wied, und Graf zu Wied-Runckel.
4) Wegen der Grafſchaft Schaumburg der Landgraf zu Heſſen-Caſſel und der Graf zu Lippe in Bückeburg.
5) Wegen der Grafſchaft Oldenburg und Delmenhorſt der König in Dännemarck.
6) Der Graf zur Lippe.
7) Die Grafen zu Bentheim.
8) Wegen der Grafſchaften Hoya, Diepholt und Spiegelberg der Churfürſt zu Braunſchweig Lüneburg.
9) Wegen der Grafſchaft Binneburg die Grafen zu Löwenſtein-Wertheim.
10) Wegen der Grafſchaft Rittberg der Graf von Kaunitz.
11) Wegen der Grafſchaft Pyrmont der Fürſt von Waldeck.
12) Der Graf von Gronsfeld.
13) Wegen der Grafſchaft Reckum der Graf von Aſpermont.
14) Wegen der Herrſchaft Anholt der Fürſt von Salm.
15) Wegen der Grafſchaft Winneburg-Beilſtein der Graf von Metternich-Beilſtein.
16) Wegen der Grafſchaft Holzapfel der Graf zu der Lippe.
17) Der Graf von Manderſcheid-Blanckenheim.
18) Wegen der Herrſchaft Witten der Graf von Giech.

19) Wegen der Herrſchaft Gehmen der Graf von Limburg-Styrum.
20) Wegen der Herrſchaft Gymborn-Neuſtadt, der Fürſt von Schwarzenberg.
21) Wegen der Herrſchaft Wickeradt der Freyherr von Quad.
22) Wegen der Herrſchaft Mylendonck der Graf von Berlebſch.
23) Wegen der Grafſchaft Reichenſtein der Graf von Neſſelrod.
24) Der Graf zu der Marck und Schleiden.
25) Wegen der Grafſchaft Kerpen-Lommerzheim der Graf von Schaesberg.

Quibus adduntur:

## theils im Nieder-Sächſiſchen theils noch in keinem Kreyſe befindliche gräfliche Stände

(Schmauß *l. c.* p. 344.)

1) Wegen der Grafſchaft Barby-Mühlingen das Churhaus Sachſen.
2) Wegen der Grafſchaft Reifferſcheid der Graf von Salm.
3) Wegen der Herrſchaft Bretzenheim der Graf von Behlen.
4) Wegen der Grafſchaft Rheinſtein Chur-Brandenburg.
5) Wegen der Grafſchaft Hallermund Chur-Braunſchweig-Lüneburg.
6) Wegen der Grafſchaft Lingen praetendirt der König in Preuſſen auch zum voto admittiret zu werden.
7) Wegen der Herrſchaft Khevenich iſt der Anſchlag noch nicht verglichen.

§. 73. PRAELATI hic in ſpecie intelliguntur minores epiſcopis, adeoque ii, qui conuentibus ſeu capitulis collegiatis praeſunt ceu abbates vel abbatiſſae quoque, quibus non licuit obtinere inter principes locum.

I. Comprehenſi antea omnes vnius ſcamni Sueuici nomine ab anno 1654. inde duplici ſcamno diſtincti ſunt, vti recenſentur in SCHMAVSS. *compend. iur. publ.* p. 338. ſq.:

I. Prä-

I.) Prälaten und Aebtiſſinnen auf der Schwäbiſchen Bank:

1) Salmannsweil.
2) Weingarten.
3) Ochſenhauſen.
4) Elchingen.
5) Yrſee.
6) Urſperg.
7) Roggenburg.
8) Münchenroth.
9) Weiſenau oder Minderau.
10) Schuſſenried.
11) Marthal.
12) Petershauſen.
13) Wattenhauſen.
14) Zwiefalten.
15) Gengenbach.
16) Gefürſtete Aebtiſſinnen zu Lindau und Buchau am Federſee.
17) Aebtiſſinnen zu Heggebach, Guttenzell, Rotenmünſter und Baind.

II.) Prälaten und Aebtiſſinnen auf der Rheiniſchen Bank:

1) Kayſersheim.
2) Des Teutſchen Ordens Land-Commentur der Baley Coblenz.
3) Land-Commentur der Baley Elſaß und Burgund.
4) Der Biſchof zu Speyer wegen der Probſtey Odenheim.
5) Werden und Helmſtädt.
6) S. Ulrich und Afra zu Augſpurg.
7) S. Georgen zu Yßni.
8) S. Corneli-Münſter.
9) Das freye adeliche Ritterſtift zu Bruchſal.
10) Die gefürſtete Aebtiſſinnen zu Eſſen, zu Quedlinburg, zu Herford, zu Gernrode, zu Nieder-Münſter in Regenſpurg und zu Gandersheim.
11) Die Aebtiſſin zu Burſcheid.

§. 74. Civitates initio pleraeque ſolis regibus paruerunt, deinde ſub imperium principum comitumue pleraeque reda-

redactae, poſthaec demum nonnullae pro ſingulari aliquorum principatuum viciſſitudine priſtinam libertatem recuperarunt, eaeque hodienum ceu ciuitates imperii in numero ſtatuum ſuperſunt in duplex ſcamnum Rhenanum Sueuicumque diuiſae.

I. Ciuitates *ſcamni Rhenani*, recenſente SCHMAVSSIO in *compendio iuris publ.* p. 345., ſequentes ſunt:

1) Cölln.
2) Aachen.
3) Lübeck.
4) Worms.
5) Speyer.
6) Frankfurt am Mayn.
7) Dortmund.
8) Goslar.
9) Bremen.
10) Mühlhauſen.
11) Nordhauſen.
12) Friedberg.
13) Wetzlar.
14) Gelnhauſen.
(15) Hamburg.)

II. Ciuitates *ſcamni Sueuici*, teſte *eodem* p. 346.:

1) Regenſpurg.
2) Augſpurg.
3) Nürnberg.
4) Ulm.
5) Eßlingen.
6) Reutlingen.
7) Nördlingen.
8) Rotenburg an der Tauber.
9) Schwäbiſch Hall.
10) Rothweil } alt.
11) Uberling } alt.
12) Heilbronn.
13) Schwäbiſch Gemünd.
14) Memmingen.
15) Lindau.
16) Dinckelſpühl.
17) Biberach.
18) Ravensſpurg.
19) Schweinfurth } alt.
20) Kempten } alt.
21) Windsheim } alt.
22) Kaufbeuren.
23) Weil.
24) Wangen.
25) Jßni.
26) Pfullendorf.
27) Offenburg.
28) Leutkirch.
29) Wimpfen.
30) Weißenburg am Nordgau.
31) Giengen.
32) Zell am Hammersbach.
33) Buchhorn.
34) Aalen.
35) Buchau am Federſee.
36) Bopfingen.

X. Im-

## X. IMMEDIATORVM NON STATVVM DIVISIO. IN POSTGENITOS FAMILIARVM ILLVSTRIVM ATQVE NOBILES PAGOSQVE IMMEDIATOS

§. 75. *Immediati non ſtatus* (§. 52.) ſunt partim ii, qui ex familia alicuius ſtatus progeniti non ipſi territorium poſſident (§. 58. 62.), partim alii, quorum immedietas per ſe ſubſiſtit, ſine voto & ſeſſione in comitiis.

I. Vocantur in R. D. 1564. §. 29. "die, ſo nicht Stände des heil. Reichs, jedoch dem heil. Reiche immediate unterworfen."

§. 76. Hoc ſenſu *immediati* ſunt in primis *nobiles* in quibusdam Germaniae prouinciis ſingulari fato immedietatem conſecuti & adhuc vsque potiti.

I. Vocantur in R. D. 1546. §. 32. " die Ganerben und andere von der Ritterſchaft und dem Adel, welche unter den Kreys- und Reichs-Ständen nicht begriffen ſind."

II. In *legibus imperii nouioribus* diſerte *comprehendi* ſolet *nobilitas immediata*, vbi de ſtatuum in ſubditos, aliisue, quae etiam nobilibus quadrant, iuribus eſt ſermo; veluti, quod frequenter in capitulationibus nouiſſimis occurrit: "Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs (die ohnmittelbare Reichs-Ritterſchaft mit begriffen.)" *Status* autem nec olim fuerunt; nec nouiore aeuo id obtinere potuerunt (PFEFF. ad *Vitr.* IV. 320. ſq.), nec hodienum ſunt.

III. Vniuerſa imperii nobilitas immediata conſideratur ceu *vnum corpus*, idque diuiſum in *tres circulos*, Sueuiae, Franconiae & Rheni, quorum quisque circulus, iterum diuiſus in *quadrantes cantonesue* ſeu loca, in horum quoque habet directorem ſiue Ritter-Hauptmann, & conſiliarios atque deputatos equeſtres (Ritter-Räthe und Ausſchüſſe).

IV. Diſtributa ſic nobilitas immediata eſt ſequentem in modum (Schmauß *compend. iur. publ.* p. 349.):

I. Schwäbiſcher Ritter-Kreys:

1.) Viertel oder Canton an der Donau, ſo das beſtändige Ausſchreiben hat;

2.) Viertel oder Canton Hegau, Algau und am Bodenſee;

3.) Viertel oder Canton theilt ſich in zwey Bezirke: a) am Neckar und Schwarzwald, b) in der Ortenau;

4.) Ort am Kocher;

5.) Ort im Creichgau;

II. Fränkiſcher Ritter-Kreys:

1.) Ort Odenwald;

2.) Ort Gebürg;

3.) Ort Röhn-Werra, ſo in vier Quartiere getheilt iſt, darunter eines iſt das von Buchen oder dem alten Buchonia, an dem Fuldiſchen gelegen;

4.) Ort am Steigerwald;

5.) Ort an der Altmühl;

6.) Ort an der Baunach;

III. Rheiniſcher Ritter-Kreys:

1.) Ober-Rheinſtrohm;

2.) Nieder-Rheinſtrohm;

3.) Mittel-Rhein, ſo dermahlen das Directorium des Rheiniſchen Ritter-Kreyſes führet.

§. 77. Demum & vel *pagi* quidam ſingulari fato ad libertatem adſpirarunt, & adhuc immedietate fruuntur.

I. *Origo* huius pagorum quorumdam immedietatis nec eadem, neque ſingulorum ſatis clara videtur; veroſimillima tamen, quae *ex reliquiis dynaſtarum quorumdam exſtinctorum* repetitur. Vti e. g. olim comites de Hirſchberg poſſederant dynaſtiam quamdam (auf dem

dem Ruppertsberge 2. bis 2½ Meilen von Weiſſenburg im Nordgau, an der Anſpachiſchen Grenze) conſiſtentem ex quatuor pagis: Kaͤhsdorf, Petersbuch, Byburg und Wengen, nebſt zwey Weilern zum heil. Kreutz und Rohrbach. Quam dynaſtiam, exſtincta 1305. familia Hirſchbergenſi, Imperatores variis perſonis adminiſtrandam commiſerunt ſub titulo einer Reichspflege ſiue Koͤniglicher Doͤrfer, donec tandem 1530. iure pignoris haec adminiſtratio peruenit ad ciuitatem Weiſſenburgenſem, quae tamen magnam partem 1680. ceſſit epiſcopo Eichſtadienſi. Conf. Fabers Staatscanzley tom. 17. p. 354. ſq., Moſers Staatsrecht tom. 42. p. 543.

II. Similis forte originis ſunt *reliqui* tales *pagi immediati*, velvti in Franconia Gochsheim und Sennfeld; Priſſenſtadt, Huͤttenheim, Maynbernheim, Heydringsfeld, Sainsheim, Hauſen am Mayn ꝛc. ꝛc., & in Sueuia: Groſſen-Gartach bey Heilbronn, Uffkirchen im Rieß, Suffelheim, Godranſtein, und die freyen Leute auf der Leutkircher Heide und zu Meglos ꝛc. ꝛc. Schmauß compend. iur. publ. p. 73.

III. Omnes autem iſti pagi ceu immediati aliorum imperii ciuium quidem ſub aduocatia ſeu protectione, ſed non ſub imperio ſeu ſuperioritate territoriali ſunt. Potius proprium ſuum quique magiſtratum conſtituunt, & in ipſa P. W. art. 5. §. 2. hac qualitate includuntur, verbis: "*vt & communitatibus & pagis immediatis.*" Conf. Lvdolf *ius cam.* p. 18. ſq., Moſers R. H. R. concluſa tom. 5. p. 831. ſq.

## XI. Mediatorvm Germaniae civivm variae divisiones.

§ 78. Mediati ciues Germaniae ſunt, qui ſub alterius ciuis immediati imperio continentur, ſiue clerici iterum & quidem praelati aut alii, ſiue laici, nobilitatis ſuperioris vel in-

feriores, aut ciuici, aut ruſtici; item ſingulae ſiue perſonae, ſiue collegia vel corpora ſeu vniuerſitates, veluti capitula, corpora equeſtria, municipia, communitates, collegia mercatorum, ſeu opificum cet.

§. 79. In mediatis pariter alii ſunt ordines prouinciales, veluti in plerisque territoriis praelati, nobiles & ciuitates; alii mere ſubditi. Item vaſalli alii, alii non vaſalli. Alii officiales, alii non officiales cet.

## XII. Divisio Germaniae in circulos.

§. 80. Integra Germania a ſeculo XVI. inde diuiſa porro fuit in CIRCVLOS, Kreyſe, ſeu in certas geographico-politicas ſtatuum eorumque terrarum claſſes; & quidem initio 1500. in *ſex* circulos, Franconicum nempe, Bauaricum, Sueuicum, Rhenanum ſuperiorem, Rhenanum inferiorem ſeu Weſtphalicum, & Saxonicum; deinde 1512. in *decem*, diuiſo nempe Saxonico in inferiorem & ſuperiorem, atque adiecto Rhenano electorali, additis pariter Auſtriae & Burgundiae terris ſub circulorum nomine.

I. *Ordo circulorum* inter ſe legibus haud definitus, nec in iis ſemper idem obſeruatur, niſi quod in camerae imperialis iudicio ſtabilitus ſit ordo ſequens circulorum Auſtriae, Burgundiae, Franconiae, Bauariae, Sueuiae, Rheni ſuperioris & inferioris, Saxoniae ſuperioris & inferioris; & quod ceterum poſt Auſtriacum & Burgundicum reliquis anteferri ſoleat Rheni electoralis circulus.

§. 81. Haec circulorum diuiſio, potiſſimum vſui pacis publicae inſeruire obſeruata, hoc primum effecit, vt quilibet ſtatus,

ſtatus, ad quem circulum pertineret, i. e. in quonam ſocietate ad onera imperii concurrere opemque oppreſſus exſpectare deberet, ſcire poſſet; deinde & hoc, vt ſua cuique circulo noua officia ante incognita orirentur.

§. 82. In officiis circularibus primum locum tenet DIRECTORIVM cuiusque circuli, ſeu, quod proprie ſic vocatur, & alicubi quodammodo diſtinguitur a directorio, das Kreys-ausſchreib-Amt, ſeu officium dirigendi negotia circularia, velvti conuocandi membra circuli, quando opus, proponendi, & concludendi in conuentibus circuli, cet.

§. 83. Officium illud in quolibet circulo proprie penes duo cuiusque circuli principes ſocios eſt, & quidem penes ſecularem vnum, & eccleſiaſticum alterum. Tantum quatuor nouioribus circulis peculiari ratione vnus cuique director contigit.

I. Sic directores ſex antiquorum circulorum ſunt

1. in circulo *Franconico:*

| | |
|---|---|
| Epiſcopus *Bambergenſis,* | Marchiones *Brandenburgici Onoldinus* & *Baruthinus* alternando per tres annos. |

2. in circulo *Bauarico:*

| | |
|---|---|
| Archiepiſcopus *Salisburgenſis,* | Elector *Bauariae,* (ordine praecedens Salisburgenſi) |

3. in circulo *Sueuico:*

| | |
|---|---|
| Epiſcopus *Conſtantienſis,* | Dux *Würtenbergiae;* |

4. in circulo *Rhenano ſup.*

| | |
|---|---|
| Epiſcopus *Vormatienſis,* | Comes *Palatinus* Rheni *Simmerenſis;* |

 5. in

5. in circulo Rhenano inf. ſeu *Weſtphalico*:

| | |
|---|---|
| Epiſcopus *Monaſterienſis*, | Dux *Iuliacenſis* & *Cliuiae*. |

6. in circulo *Saxonico* inf.

| | |
|---|---|
| Archiep. *Magdeburgenſis* & *Bremenſis* alternando per tres annos, | Dux *Brunſuico-Luneburgicus* ſenior. |

II. Reliquorum nouiorum quatuor circulorum directores ſunt:

1. circuli *Auſtriaci*, Archidux Auſtriae,
2. circuli *Burgundici*, Dux Burgundiae,
3. circuli *Rhenani electoralis*, elector Moguntinus,
4. circuli *Saxonici ſuperioris*, elector Saxonicus.

§. 84. Praeter circulorum directoria ſuus cuiusque circuli deberet eſſe ſupremus praefectus, Kreys-Oberſter. Sed in praxi obſeruatur hoc officium dumtaxat in circulo Franconico, & nouiſſime quoque in Rhenano ſuperiori. In reliquis directorium illud abſorbuiſſe videtur.

§. 85. Sunt quoque plura alia circulorum officia ſubalterna, militaria, cameralia, ciuiliaque alia. Quibus tamen non, qui ipſi membra circulorum, ſed quorum induſtria eligitur, fungi ſolent.

§. 86. Intelligitur hinc noua Germaniae ciuium diuiſio, in membra huius illiusue circuli, & vel ſtatus vnius alteriusue circuli, vel non ſtatus (Kreys-Stand oder nicht).

## XIII. Civium Germaniae diviſio in Catholicos et A. C. addictos.

§. 87. Omnibus hiſce ciuium Germaniae diuiſionibus acceſſit a ſeculo XVI. inde, mutato religionis ſtatu, alia in omnes fere reliquas influens diuiſio catholicorum & proteſtantium ſeu Auguſtanae Confeſſioni addictorum. Inter quos exortae dirae lites terminatae demum pace Weſtphalica ſic, vt 1.) pleraque vtriusque religionis diſſidia ex ſtatu *anni 1624*, *decretorii* ſeu *normalis* inde dicti, componerentur (a); 2.) exactam inter Catholicos & A. C. addictos aequalitatem obſeruari (b), 3.) Reformatos aeque ac Lutheranos A. C. addictorum ſeu Proteſtantium nomine comprehendi (c), 4.) nullam vero aliam religionem in imperio recipi vel tolerari debere (d), ſtatueretur.

(a) I. P. O. art. 5. §. 2.: " *Terminus a quo reſtitutionis* in eccleſiaſti-" cis, & quae intuitu eorum in politicis mutata ſunt, ſit *dies prima Ia-" nuarii anni 1624.* " & reliqua fere ſingula totius huius articuli 5. contenta.

(b) I. P. O. art. 5. §. 1.: " Inter vtriusque religionis electores, prin-" cipes, ſtatus omnes & ſingulos ſit *aequalitas exacta mutuaque*, — ita " vt, *quod vni parti iuſtum* eſt, *alteri quoque ſit iuſtum*. "

(c) I. P. O. art. 7. §. 1.: " Placuit, vt, quidquid iuris aut beneficii " cum omnes aliae conſtitutiones imperii, tum pax religionis & publica " haec transactio, in eaque deciſio grauaminum, ceteris catholicis & A. " C. addictis ſtatibus & ſubditis tribuunt, id etiam iis, qui inter illos " *Reformati* vocantur, competere debeat. "

(d) I. P. O. art. 7. §. 2. in f.: " Praeter religiones ſupra nominatas " *nulla alia* in S. I. R. recipiatur vel toleretur. "

§. 88. Ex hoc diſcrimine ſinguli imperii ciues poſſunt diuidi in Catholicos & Euangelicos; hique iterum in Lutheranos & Refor-

Reformatos. Vniuerſitates autem ſeu corpora & collegia alia ſunt *pure* Catholica vel Euangelica, quorum ſcilicet membra, ſaltem a potiori, vnam tantum hanc vel illam religionem profitentur; alia *mixta*, quorum membra vtriusque religionis, alia huius, alia illius, ſunt. Vbi plures vtriusque religionis pari numero perſonae adſunt, ibi *paritas religionis* obſeruari dicitur.

I. Sic in primis CIVITATES IMPERII *pure Euangelicae* cenſentur in I. P. O. art. 5. §. 29., " in quibus praeter Aug. "Confeſſionis exercitium nullum aliud a magiſtratu & ciuibus, "iuxta morem & ſtatuta cuiusque loci, anno 1624. introdu-"ctum fuit; non attento, quod in iis aliqui Catholicae religioni "addicti ciues commorentur, vel etiam in aliquibus capitulis, "eccleſiis collegiatis, monaſteriis & coenobiis ibidem ſitis, im-"mediate vel mediate imperio ſubiectis, catholicae religionis "exercitium vigeat." Inter *vtrique religioni addictas* ibidem numerantur "cumprimis Auguſta Vindelicorum, itemque Dun-"kelſpiela, Biberacum, Rauenſpurgum & Kauffbeura."

II. Pariter CIRCVLI, vti ex I. P. O. art. 5. §. 53. 57. 58. adparet, *pure Euangelici* habentur circuli Saxoniae ſuperioris & inferioris, *pure Catholici* Auſtriacus, Burgundicus & Bauaricus. "Et quamuis nulla fiat mentio ſtatuum imperii A. C., qui ſub "circulo Bauarico comprehenduntur, nihil tamen ex eo ipſis "praeiudicetur, ſed ſalua maneant horum iura, priuilegia & li-"bertates," inquit P. W. *l. c.* §. 58. Reliqui *mixti* ſunt circuli.

§. 80. Maximam mutationem ſubierunt inde fundationes eccleſiaſticae, in quas extendi reformationem contigit. Quippe quarum aliae exſtinctae plane, aliisque vſibus adplicatae i. e. SECVLARISATAE ſunt, aliae proteſtantibus ſaltem perſonis commiſſae.

I. Refor-

I. Reformationes iſtae fundationum eccleſiaſticarum contigerunt partim iam *ante transactionem Paſſauienſem* anni 1552. *pacemque religioſam* anni 1552., veluti in *epiſcopatu Lubecenſi*, cui ab anno 1530. inde praefuerunt epiſcopi Euangelici, multisque cumprimis in *fundationibus mediatis*, quae iam tum commiſſae perſonis Euangelicis, aut ſecularisſatae fuerunt. Easque omnes mutationes iam confirmauit quidem pax religioſa illa, ſed addita prohibitione in futurum, ſub *reſeruati eccleſiaſtici* nomine, quod impugnatum nec obſeruatum ab Euangelicis vehementes lites peperit.

II. *Pax Weſtphalica* demum firmauit modo reſeruatum illud abhinc in futurum (art. 5. §. 15.), reliquit autem omnes reformationes ante annum 1624. factas ſecundum ſtatum illius anni. Quin &, neceſſitate ſatisfactionis & compenſationis commota, plane ſecularisſauit archiepiſcopatus *Magdeburgenſem* & *Bremenſem*, epiſcopatus *Verdenſem*, *Halberſtadienſem*, *Suerinenſem*, *Caminenſem*, *Ratzeburgenſem*, atque abbatiam *Hirſchfeldienſem*, ſub ducatuum principatuumue nomine; adhaec conceſſa (art. 13.) "*alternatiua ſucceſſione in epiſcopatu Osnabrugenſi* inter "catholicos & A. C. epiſcopos, ex familia tamen ducum Brun-"ſuicenſium & Luneburgenſium, quamdiu eadem durauerit, po-"ſtulandos."

§. 90. Hinc & ſtatuum eccleſiaſticorum haec mutatio contigit, vt partim ſecularisſatarum fundationum poſſeſſores in numerum ſtatuum ſecularium transirent, partim epiſcopis A. C. (in I. P. O. art. 5. §. 22.) in numero principum locus tertius "in *ſcamno* inter eccleſiaſticos vel ſeculares intermedio & „*transuerſo*" daretur.

I. Numerus itaque principum ſecularium, ſupra (§. 66.) relatus, hoc incrementum cepit, vt 1.) poſt ducem Bauariae ante comites Palatinos Rheni ſuum nunc locum habeat votum *ducatus Magdeburgici*, 2.) poſt votum Palatinum Neoburgenſe ante

Hipontinum votum *ducatus Bremenſis*, 3.) poſt Grubenhagenſe votum *principatus Halberſtadienſis*, 4.) poſt Lauenburgicum votum *principatus Mindenſis*, 5.) poſt Hennebergicum votum *principatus Suerinenſis*, idque porro ſequantur vota 6.) *principatus Caminenſis*, 7.) *principatus Ratzeburgenſis*, 8.) *principatus Hirsfeldenſis*.

II. In *ſcamno* illo *transuerſo* tantum vnicus hodie ſedet *epiſcopus Lubecenſis*, cui modo accedit in caſu alternationis Euangelicae *epiſcopus Oſnabrugenſis*.

## XIV. Divisio statuum imperii in reges simul, et non reges.

§. 91. In ſtatibus imperii proprie vnicus tantum Rex eſt Bohemicus (§. 64.). Sed praeterea tum exterorum quorumdam coronae regiae nonnullis procerum Germanicorum familiis, tum exteris terrae Germanicae cum voto & ſeſſione in comitiis contigerunt. Quamobrem nec haec praetermittenda ſtatuum, ſpeciatim electorum ac principum imperii, diuiſio, quod alii *reges* ſimul, alii non reges ſint.

Io. Mart. Pastorius *de praerogatiuis principum imperii regum*. Baſil. (1752.) 4.

I. Sic conſtat, praeter regnum Bohemiae domui *Auſtriacae* contigiſſe coronam Hungaricam, domui *Holſaticae* coronam Danicam, domui *Brandenburgicae* nouiter conditam coronam Pruſſicam, domui *Brunſuico-Luneburgicae* coronam magnae Britanniae, & domui *Holſaticae* porro regnum Sueciae; praeterquam quod corona Polonica, quam iam pater tulerat, coruſcet iterum *elector Saxoniae* hodiernus, & quod autocratia Ruſſiae exſpectet *ducem Holſatico-Kilonienſem* ſucceſſorem proximum.

II. Contra Sueciae coronae ſupereſſe conſtat principatum votumque *Pomeraniae*, ex iis, quae pax Weſtphalica ei ceſſerat.

§. 92.

§. 92. Quibus omnibus ita conſtitutis adhuc hodie ciues Germaniae

1. quod ad diuerſitatem eorum eiuſdem, ſeu, quos vocant, *ordines perſonarum* attinet, ſunt vel illuſtres, vel nobiles, vel ciuici, vel ruſtici (§. 48.).

2. *Ratione ſubiectionis*

I.) alii ſimul vaſalli ſunt, alii non vaſalli (§. 37.),

II.) alii officiales ſimul, alii non officiales (§. 40.).

III.) Omnes ſiue ciues ſolum, ſiue vaſalli vel officiales ſimul,

A.) vel immediati ſunt (§. 51.) iique

a) vel ſtatus ſimul (§. 52.), ſiue qua electores (§. 57. 64.), ſiue qua principes (§. 65.), eorumque amborum aliqui reges ſimul (§. 91.), ſiue qua comites, dynaſtaeue (§. 67. ſeq.), ſiue qua praelati (§. 73.), ſiue qua ciuitates imperii (§. 74.);

b) vel non ſtatus (§. 75.), veluti poſtgeniti familiarum illuſtrium, & nobiles pagique immediati (§. 75. ſq.);

B.) vel mediati (§. 78.).

IV.) Omnes imperii ſtatus eorumque ſubditi pertinent ad vnum alterumue circulum (§. 80. ſq.).

3. *Ratione religionis*

I.) omnes Germaniae ciues ſunt vel Catholici, vel A. C. addicti, ſiue Lutherani, ſiue Reformati (§. 87.); & incolae praeterea Iudaei (§. 32.);

II.) Singuli tum ciues tum ſtatus ſunt vel laici ſeu ſeculares, vel clerici ſeu eccleſiaſtici (§. 31.).

# CAP. II.

# DE FORMA REIPVBLICAE GERMANICAE EIVSQVE LEGIBVS.

## I. DE FORMA REIPVBLICAE

### 1.) TOTIVS IMPERII.

Damian. Ferd. HAAS, I. V. L. & cam. imp. practici, diſſ. *de monarchia S. R. I. limitata* contra Hipp. a Lapide, Seu. Monzamb., aliosque recentiores ex hiſtoria, legibus imp., earumque analogia aſſerta. Gieſſ. 1750. edit. 2. auct. Francof. & Lipſ. 1752. 4.

§. 93. Germania primum continuit *plures populos*, quorum quilibet *in ſtatu fere naturali* vixerunt, aut cum forma quadam reipublicae comparati, non quidem omnes eamdem, plerique tamen democratiae proximam coluerunt.

§. 94. *Regnum Francicum* ex variis Galliae Germaniaeque populis ortum *monarchicum* idque *ſucceſſiuum* fuit, ſed in rebus grauioribus conſilio & conſenſu ſtatuum *limitatum*.

§. 95. Separata a reliquis Franciae terris *Germania* ſub Ludouico Germanico eiusque ſucceſſoribus *regni Francici formulam continuauit*. Verum viciſſitudine temporis ſenſim immutatum regnum ſucceſſiuum in *electitium*, ordinesque imperii ad maiorem adſpirarunt auctoritatem, adeo vt *limites* monarchici in Germaniam imperii *maiores* redditi,

 &

& demum ipſi *ordines* iterum *imperantium iura* in territoriis ſuis adepti fuerint.

§. 96. Eſt itaque *hodiernum* imperium Germanicum MONARCHIA ELECTITIA eaque valde LIMITATA.

## 2.) DE FORMA RERVMPVBLICARVM GERMANIAE SPECIALIVM.

§. 97. Quas ſub ſe comprehendit illud imperium, *respublicae Germaniae ſpeciales* in eo quidem conueniunt, vt omnes *non liberae* ſint, ſed *ſubordinatae Imperatori*, & plerarumque earum imperia pari fere modo *auctoritate ordinum prouincialium*, vti poteſtas Imperatoris auctoritate ſtatuum imperii *circumſcripta*. Ceterum vero mirum quantum inter ſe diſſimiles monarchicam formam eamque ſucceſſiuam ſequuntur ſeculares, electoratus & principatus, item comitatus, ac dynaſtiae; electitiam terrae eccleſiaſticae omnes; ciuitates contra formam ariſtocraticam aliae, aliae democraticam.

Ludolph. HVGO diſſ. *de ſtatu regionum Germaniae & regimine principum ſummae imperii republ. aemulo, nec non de vſu & auctoritate iuris ciuilis priuati, quam in hac parte iuris publici obtinet* (ſub praeſid. *Henr.* BINNII) Helmſt. 1661.

## II. DE LEGIBVS GERMANIAE.

§. 98. Tum forma reipublicae, tum quaeuis alia inter imperantem & ſubditos iura contineantur legibus, neceſſe eſt. Eaeque LEGES aliae FVNDAMENTALES ſunt, quae in forma

forma pacti inter Imperantem & ciues conſiſtunt; aliae POSITIVAE, quae ex poteſtate legislatoria eius, penes quem eſt ſummum imperium, vim obligandi habent. Vtriusque generis tacita obligatio in OBSERVANTIA & CONSVETVDINE datur.

## I.) DE LEGIBVS GERM. FVNDAMENTALIBVS IISQVE a) SCRIPTIS.

§. 99. Leges Germaniae qualescumque, poſt eas, quas antiquius aeuum ſeculi V. vsque ad decimum ſcripſit, immo & praeter eas ſola fere in obſeruantia vel conſuetudine conſtiterunt, donec ſeculo XIV. conderetur A. B., aliaeque abhinc ferrentur leges, quas hiſtoria docet (§. 14.).

§. 100. Leges hae, *qua fundamentales*, condi aliter non potuerunt, quam conſenſu Imperatoris ex vna, vel ſtatuum imperii, qua repraeſentantium omnem populum Germanicum, ex altera parte. *Qua poſitiuae*, eadem ratione, ob circumſcriptam monarchiae Germanicae formam, ferri non potuerunt, niſi accedente Imperatoris voluntati eodem ſtatuum conſenſu.

§. 101. Vtrumque conſenſum praebendi in comitiis imperii commodiſſimus fuit locus (§. 53.). Quumque omnia & ſingula, quae in comitiis quibusque ab Imperatore cum conſenſu ſtatuum concluſa, ſub finem comitiorum colligi ſolerent in RECESSV IMPERII (Reichsabſchied); receſſus tales tum leges Germaniae fundamentales, tum leges imperii poſitiuas continere potuerunt, & reuera continuerunt, a primis inde, fere

re quotquot exſtant, vsque ad NOVISSIMVM, hunc per excellentiam ſic dictum, RECESSVM IMPERII de anno 1654.

§. 102. Neque alia proinde eſt ratio legum quarumdam pactorumue ſingularium, quae receſſibus imperii inſerta ſunt, adeoque eatenus pari modo valent, licet peculiari nomine allegari ſoleant, veluti pax publica, pax religioſa, pax Weſtphalica, item ordinatio exſecutionis cet.

§. 103. Neque porro alia ratio eſt eorum, qui ex demandata Imperatoris atque comitiorum imperii vniuerſalium poteſtate in comitiis arctioribus ſiue deputationibus imperii, conditi fuerunt, RECESSVVM DEPVTATIONIS, licet vtplurimum tamquam leges poſitiuae ſingulare tantum argumentum quoddam, veluti rei iudiciariae, monetariae, cet. tractare ſoleant.

§. 104. Quae a ſeculo XVI. inde inoleuerunt, CAPITVLATIONES electorum regum Imperatorumue Romanorum, ſiue pacta illa, quibus ſingulum electum electores ad ſeruanda praeſcripta iura & obligationes adſtringunt; magis formam ſolum pacti, adeoque vim obligandi qua leges fundamentales indubiam habent, quatenus electores reliquos omnes ordines & ciues hic repraeſentant, nec ſtipulantur alia, quam quae legibus hucusque obſeruatis non contrariantur, nec impugnantur a reliquis ſtatibus.

§. 105. Omnes iſtae leges tamquam leges fundamentales GENERALES totius Germaniae conſiderari poſſunt, quatenus continent, quidquid nexum ſiue Imperatoris & imperii, ſiue ſtatuum atque ciuium imperii mediatorum in genere concernit.

§. 106.

§. 106. Et quidem VNIVERSALES dici poſſunt iſtae leges, quatenus vniuerſum ciuilem imperii nexum concernunt; vti PARTICVLARES contra, quae nexum illum in ſingulari tantum argumento quodam tractant, veluti de re iudiciaria, monetaria, cet. quae vtplurimum ſimul fundamentalis & poſitiuae legis formam habent (§. 100. ſq.).

I. Huc in primis referri merentur ORDINATIONES CAMERALES, quarum prima 1495., poſtrema ac praecipua 1555. promulgata; earumque ſupplementa & emendationes, quae in receſſibus imperii, deputationum atque viſitationum cameralium, item in grauaminibus quibusdam nonnullorum imperii ſtatuum atque in dubiis cameralibus, eorumque reſolutionibus, demum in SCtis quoque & decretis communibus cameralibus continentur. Ex quibus omnibus quidem, ab anno 1555. inde vsque ad initium ſeculi XVII., anno 1613. concepta fuit nouior ordinatio cameralis, quae ceu CONCEPTVM ORDINATIONIS CAMERALIS (C. O. C.) allegari ſolet; Eaque vi legis haud deſtituta, quatenus leges iam ante promulgatas continet, & quatenus leges forte nouiores haud aliud abhinc ſtatuerunt: Hoc vero haud paucis in argumentis contigit in I. P. O., in R. I. N., in receſſu viſitationis a. 1713., in concluſo imperii a. 1719, & 1720., & in nouiſſimis Imperatorum capitulationibus art. 16, ſq. Quapropter reuiſionem, emendationem ac promulgationem adhuc hodie exſpectat conceptum illud (a).

(a) R. I. N. §. 134: "Das a. 1613. begriffene - - noch nicht zur Vollkommenheit gebrachte Concept der neuen C. G. O. ſoll bey nächſtkünftiger Viſitation - - revidirt, und zugleich alles dasjenige, was allhier verglichen und verordnet, eingetragen, und das ganze Werk praeparatorie mit Gutachten alſo eingerichtet werden, daß man es auf nächſtkünftigem Reichstage erledigen könne." CAPITVL. (1742.) art. 17. §. 9.: "Solle der zur Viſitation beſtimmte Senat - - auch gemäß dem jüngern R. A. die Revidir- und Verbeſſerung des ſo genannten Concepts der C. G. O. beſten Fleiſſes vornehmen ꝛc. ꝛc."

II. Ea-

II. Eadem quidem ordinatio cameralis quoad proceſſum iudiciarium etiam in altero ſupremo tribunali imperiali aulico vt ſeruaretur, ſancitum in I. P. O. art. 5. §. 24. Vti vero iam antea fuerant peculiares IVDICII iſtius AVLICI ORDINATIONES Imperatorum Ferdinandi I. Rudolphi II. & Matthiae; ita nouam promulgauit Ferdinandus III. d. 16. Mart. 1654. Quumque variis ex rationibus eam impugnarent ſtatus; nouam ſanctionem Carolus VI. tulit d. 14. Ian. 1714. (Schmauß *corp. iur. publ.* p. 1279. ſq.). Remque tandem definiuerunt capitulationes nouiſſimae (a).

(a) CAPITVL. (1742.) art. 24. §. 8.: "Wie dann auch von unſerm R. H. R. - - , bis von uns und dem geſamten Reiche eine den heutigen Umſtänden gemäß eingerichtete vollſtändige R. H. R. O. verfaſſet werden kann, in modo procedendi die alte R. H. R. O. nebſt demjenigen, was von unſerm nächſten Vorfahrer im Reich a. 1714. dieſerwegen ausgelaſſenen Verordnung aus den monitis ſtatum inſerirt worden, pro regula angenommen, und aufs genaueſte beobachtet - - werden ſoll."

Fried. Carl Moſers Pragmatiſche Geſchichte und Erläuterungen der Käyſerl. R. H. R. O. 2. Bände. Frankf. und Leipz. 1751. 1752. 8.

III. Sunt praeterea ſingulares ORDINATIONES CANCELLARIAE tum *camerae*, veluti die Reichs-Cammergerichts-Canzley-Ordnungen 1656. 1662. 1673., tum *conſilii imperialis aulici*, nempe die Reichshofcanzley-Ordnung de 1559. & 1570., quam Ferdinandus I. & Maximilianus II. condidere mit Rath und Zuthuung des Erzbiſchofs von Maynz als Erzcanzlers; item Chur-Maynziſch Reichs-Hof-Canzley-Memorial, und Tax-Memorial d. d. Prag 13. Sept. 1610.; Chur-Maynziſche fernere Canzley- und Tax-Ordnung d. d. Franckfurt 6. Aug. 1658., Chur-Maynziſche erneuerte Reichshofcanzley-Taxordnung d. 6. Jan. 1659.

IV. Sunt quoque ſingulares imperii ORDINATIONES POLITIAE (Reichs-Politzey-Ordnungen) de a. 1548. & 1577.;

 item

item ORDINATIONES MONETARIAE (Reichs-Münz-Ordnungen) de a. 1559. cet.

§. 107. Potuit autem praeter leges iſtas generales (§. 105.), quod ad respublicas Germaniae ſpeciales attinet, partim Imperator varia ſtatibus, maiora aliis, aliis minora, priuilegia aliaue iura largiri; partim ſtatus quidam in ſua familia ſigillatim paciſci vel ſtatuere; partim quilibet cum ordinibus ſuis prouincialibus ſigillatim conuenire, quod ex legibus imperii non omnium vniuerſale eſt. Vnde aliae dantur cuiusque reipublicae ſpecialis SPECIALES LEGES FVNDAMENTALES; & potiſſimum quidem

1. priuilegia vel aliae conceſſiones Imperatorum;
2. pacta vel alia ſtatuta familiarum illuſtrium;
3. pacta ſtatuum imperii cum ordinibus ſuis prouincialibus inita, veluti receſſus comitiorum prouincialium (Landtags-Abſchiede), aliaue pacta ſingularia.

I. Pro diuerſa ſtatuum imperii conditione poſſunt & alia huc pertinere, veluti *capitulationes epiſcoporum*, normae a *commiſſionibus caeſareis* praeſcriptae, vtpote quod in ciuitatibus imperii compluribus contigit, item *iudicata ſupremorum imperii tribunalium*, quibus controuerſiae inter ſtatus imperii ordinesque eorum prouinciales exortae diremtae ſunt, reliq.

### b.) DE LEG. GERM. FVNDAMENTAL. NON SCRIPTIS, SIVE DE OBSERVANTIA.

Io. Ge. KVLPIS *de obſeruantia imperiali* vulgo Reichs-Herkommen. Argent. 1685. 4. & in *opuſc.* p. 39.

Imm. WEBER diſſ. *de iure S. R. I. publico non ſcripto*, vulgo des H. R. R. Herkommen. Gieſſ. 1723. 4.

Diet.

Diet. Herm. KEMMERICH *de probatione conſuetudinis & obſeruantiae tam priuatae quam publicae ſiue imperialis.* Ien. 1732. recuſ. 1746. 4.

Io. Wilh. de GOEBEL diſſ. *de obſeruantia gentium & imperii.* Helmſt. 1733. 4.

SENKENBERG diſſ. *de iure obſeruantiae ac conſuetudinis in cauſſis publicis priuatisue.* Gieſſ. 1743. 4.

Andr. El. ROSSMANN diſſ. *de conſenſu Imperatoris ad obſeruantiam imperialem neceſſario.* Reſp. Ioh. Gottl. FAVST DE ASCHAFFENBVRG. Erlang. (1744.) 4.

(Anon.) Der wahre Begriff des Herkommens, als ein in den Rechten gegründeter Titel ein Recht zu beſitzen. Entworfen bey Gelegenheit der Mecklenburgiſchen, Herzoglichen und Ritterſchaftlichen Irrungen. Roſtock und Wismar 1751. 4. (Conf. Moſers Staatsarchiv 1752. P. I. p. 173.)

§. 108. Praeter leges fundamentales expreſſas non ab antiquiore tantum aeuo inde, ſed & hodieque permulta relicta ſunt OBSERVANTIAE, quae tum inter Imperatorem & ſtatus, tum inter hos & ciues mediatos aeque validam, ac expreſſae illae leges, normam continet, modo rite conſtituta ſit.

I. Nimirum, vt paullo altius repetam hoc argumentum, quod quam maxime in iure publico noſtro Germanico indagari meretur, nec aliunde, quam ex principiis vniuerſalibus, definiri poteſt; praemoneri oportet

1. Habitum hominum, experientia teſte, ad id, quod iam ſemel pluriesue actum, porro eodem modo agendum, procliuium; Vnde vis CONSVETVDINIS oritur, ceu regulae actionis ex pluribus actibus conformibus hominum eiusdem ſocietatis ortae; Quae in ſtatu ciuili, ne incerta ſint iura, merito vi legis gaudere cenſetur ex conſenſu tacito imperantis, donec hic aliter ſtatuat;

2. Facultatem declarandi voluntatem ſeu conſenſum citra ſermonem quoque aliis factis, ceu CONSENSVM TACITVM, adeoque & paciſcendi TACITE, aeque valide ac expreſſe;

 3. Non

3. Non confundendum cum tacito CONSENSVM PRAESVMTVM, qui ſolum in ſtatu ciuili locum habet, quatenus ex ſalutis publicae rationibus a legislatore ſuppletus eſt, ſeu fingitur adeſſe, vbi vere nec expreſſus nec tacitus conſenſus adeſt; veluti in praeſcriptione, quaſi contractibus cet.

II. Iam in omni ciuitate ad eius conſtitutionem requiritur pactum ciuium, quo conſtituitur ac definitur imperium. Quod qua expreſſe fit, in ſpecie LEX FVNDAMENTALIS ſeu lex fundamentalis SCRIPTA; qua tacite, OBSERVANTIA vocatur (§. 98.).

III. Vtroque modo conſtitui poteſt ciuitas. Nec obſeruantia minoris, quam lex fundamentalis expreſſa, eſt efficacitatis. Immo *plura fere obſeruantia, quam legibus ſcriptis conſtituuntur iura ciuitatum.* Etiamſi enim ſub initium conſtitutae aut inſtauratae reipublicae cuiusdam leges fundamentales expreſſae condantur, quae praecipua ciuitatis iura definiant; tamen non facile omnia, quae ad omnimodam circumſcriptionem omnium circumſtantiarum in ciuitate exſiſtente requiruntur, ſic praeuideri queunt, vt ſcriptis iſtis legibus omnia & ſingula ſatis definita comprehendantur. Hinc permulta relinquuntur futuro tempori eiusque viciſſitudinibus, quae teſte hiſtoria rarius pactis expreſſis ſcriptisue legibus reguntur, quam factis, quorum initio vix animaduertitur ea efficacitas, donec perfecta res, nec amplius reparari poteſt. Vti vel in Germania docet origo ſuperioritatis territorialis, electorum, trium in comitiis collegiorum, reliq.

IV. Sicuti autem ea facta, quae obſeruantiam efficiunt, cum viciſſitudinibus reipublicae maximopere cohaerent; neque dubium eſt, obſeruantiam aeque ac pactum legemue ſcriptam priorem per poſteriorem immutari poſſe; ita *obſeruantia*, ſoli factorum memoriae commiſſa, vtplurimum *haud* prius *perfecta* eſt, *quam dum eo peruenit, vt ſtatus reipublicae eam mutari amplius non permittat; nec durat diutius, quam ſtatus ille reipublicae*, quo immutato ſtatim & facile quoque variatur obſeruantia;

tia; *In legem ſcriptam redacta* paullo firmior redditur, veluti quod de electorum iuribus in A. B. contigit.

§. 109. Enimuero vt valeat obſeruantia, neceſſe eſt, talia facta adſint, ex quibus *determinatus conſenſus eorum, quorum intereſt*, ſeu quorum conſenſus ad condendam legem fundamentalem requiritur, veluti Imperatoris & ſtatuum imperii, ſeu ſtatus cuiusdam imperii eiusque ordinum prouincialium, perſpicue poteſt colligi, & quae proinde *illorum praeſcitu nec interpoſita contradictione* ſunt perpetrata; quum ceteroquin requiſita pacti taciti, in quo eſt omnis vis obſeruantiae, deficiant.

§. 110. Non proinde *multitudo actuum*, nec *diuturnitas temporis* requiri, nec, quantum vtriusque opus ſit ad conſtituendam obſeruantiam, definiri poteſt. Solum, quatenus determinatus ille conſenſus, quorum intereſt, docetur, obſeruantia admittenda eſt, ſiue ex vnico actu, ſiue ex pluribus; ſiue ex factis, quae vocant, commiſſiuis, ſiue omiſſiuis, ſed ex his certe difficilius.

§ 111. In primis aduerſus plures obſeruantiae in noſtro iure publico abuſus notandum, non valere conſequentias hasce:

Semel pluriesue hoc vel illud ita factum; Ergo propter obſeruantiam ſemper ita fieri, nec quidquam aliter fieri debet.

Aut: Nondum hoc factum; Ergo fieri non poteſt, aut non debet:

Aut: Factum omiſſumue hoc ſemel pluriesue; Ergo iure factum vel omiſſum.

§. 112. Tantum hoc recte conſequitur:

Semel pluriesue hoc vel illud factum eſt; & quidem praeſcitu, nec interpoſita contradictione eorum, quorum intereſt; Ergo obſeruantiae non eſt contrarium, id ſic fieri;

Aut: Nondum hoc factum; Ergo nondum obſeruantiae conuenit, hoc fieri.

§. 113. Semper aliquid ſic, nec vmquam aliter peragi debere; Non aliquid fas eſſe; Ex facto vel omiſſo ius in futurum quaeri; difficillimae probationis obſeruantia eſt; ſiquidem difficillimum probatu, facta talia ea mente perpetrata, cognita & probata fuiſſe, vt in poſterum pari modo & iure fierent. Atqui niſi id probetur, conſenſus ille determinatus deficit, aut iuſto latius extenditur, qui iuſte definitus ad obſeruantiam requiritur.

### c.) DE ANALOGIA IVRIS PVBL.

§. 114. Quatenus ex conuenientia & ratione legum in ſyſtemate iuris cuiusdam iura ſpecialia in ſingulo quodam argumento, per expreſſam legem haud definito, recte colligi posſunt, quod ANALOGIAM IVRIS vocant; eatenus iſti analogiae etiam in iure publico locus eſt.

## 2.) DE LEGIBVS GERM. POSITIVIS.

§. 115. LEGES POSITIVAE, quibus regerentur Germaniae ciues, olim a Francicis regibus quidem latae aliquando fuerunt, ſed exoletae iterum. Plus valuerunt mores. Quumque hi non commodius quam ex ſenioribus, iisque iudicum munere potiſſimum functis intelligi poſſent; loco legum ſae-

pe

pe ſententiae ſcabinorum (Weisthümer) fuerunt, nec ſeiuncta ſatis olim in Germania legislatoria poteſtas a iudiciaria.

§. 116. Moribus iſtis Germanicis ſeu domeſticis patriis iuribus varia ratione in medio aeuo ingruere coepit primum canonici, deinde & Romani ciuilis, atque feudalis Longobardici iuris auctoritas. Cui vt occurrerent, alii priuato auſu ſcripſerunt iura patria, veluti ſpeculi Saxonici aliorumque iurium prouincialium primi auctores; alii iudiciaria auctoritate ſua pronunciata ſtatutaue inſtar legum colligi curarunt; alii pactis aliisue familiae legibus iura patria conſeruare ſtuduerunt. Prius vtrumque in primis ciuicorum; poſterius nobilium & illuſtrium ad iura ſpectauit.

§. 117. Inhiberi autem vel auerti peregrinorum illorum iurium vſus non potuit. Noui enim quilibet iuſtitiae in Germania ſacerdotes magis magisque indies peregrinis iſtis iuribus imbuti id effecerunt potius, vt vel ipſis Germanicis legibus, ſiue imperii, ſiue conſtitutionibus prouincialibus, ſiue ſtatutis ciuitatum, neque minus pactis & quibuscumque negotiis iuridicis, & praeſertim quoque iudicatis nusquam fere non immiſcerentur peregrina aut iura, ſiue in re, ſiue in forma, aut ſaltem nomina.

§. 118. Sic ſenſim adeo obſeruatum, non proprie vno actu receptum, in Germania fuit triplex illud ius canonicum, Romanum & feudale, vt ſub nomine iuris communis quaſi detruſerit ex foris noſtris iura patria, niſi quatenus haec vel ſcripta lege imperii, prouinciae, ciuitatis, pagi aut familiae, vel conſuetudine loci aut familiae conſeruata, eaque tunc omnino cuicumque peregrino iuri praeferenda ſunt.

§. 119.

§. 119. Vtitur itaque Germania poſitiuo iure duplici, peregrino vel patrio; illo canonico, Romano Iuſtinianeo ciuili, & Longobardico feudali; hoc ſiue in legibus imperii, ſiue in conſtitutionibus prouincialibus, ſiue in ſtatutis ciuitatum pagorumue, ſiue in pactis ſtatutisue familiarum, in primis illuſtrium ac nobilium, ſiue conſuetudine ſolum fundato & conſeruato.

§. 120. Vtrumque ius quum ſaepe, immo raro non, in legibus Germanicis commixtum ſit; tantum hoc obſeruandum probe, vt, reſpecta origine cuiusque iuris vel negotii, quae peregrinae, ſolum ex peregrinis, quae patriae originis, ſolum ex patriis iuribus explicentur ac diiudicentur. Mixturam huic regulae, quae natura rei nititur, contrariam ſaepius quidem commiſerunt ICti Germaniae, numquam vero probarunt leges, adeoque iuſte abhorrent peritiores hodierni tum legislatores, tum iudices, tum legum interpretes.

CAP. III.

## CAP. III.

## DE NEXV TOTIVS IMPERII ET SINGVLORVM EIVS MEMBRORVM.

§. 121. Germania, quatenus vnum veneratur ſummum imperium, & vna eademque lege fundamentali vtitur, non dubitari poteſt *vna eſſe ciuitas.*

Io. Ge. Kvlpis diſſ. *de vnitate reipublicae in Romano imperio.*

§. 122. Quatenus ſingularis eſt inter quemque imperii ſtatum eiusque ſubditos ciuilis nexus, eatenus Germania plures quidem comprehendit *respublicas ſpeciales*; ſed omnes ſubordinatas vni ſummo imperio, a quo iuſte non ſeparari poteſt ſingulae cuiusque ciuitatis Germanicae idea. Ergo nec hoc impedit, multo minus tollit vnitatem imperii Germanici.

### I. Nexvs totivs imperii, qva vnivs reipvblicae.

§. 123. Ex *vnitate imperii Germanici* fluit obligatio legum fundamentalium generalium vniuerſalis, ideoque

1. ſubordinatio omnium & ſingulorum Germaniae ciuium ſub poteſtate Imperatoris ſuprema;
2. nexus omnium & ſingulorum qualiumcumque Germaniae ciuium inter ſe, tamquam ciuium vnius reipublicae.

## I.) SVBIECTIO OMNIVM GERMANIAE CIVIVM SVB SVPREMA IMPERATORIS POTESTATE.

§. 124. Subordinatio omnium Germaniae ciuium ſub ſuprema Imperatoris poteſtate inuoluit obſequium cunctis iuribus maieſtaticis ab Imperatore rite exercitis debitum, veluti in primis obſequium legum imperii, & iurisdictionis Caeſareae, cet.

§. 125. Hocce obſequium nititur originetenus iis maiorum noſtratium pactis, ſiue expreſſe, ſiue tacite initis, quibus regis, & tandem eius quidem, quem electores Imperatorem eligerent, ſupremum imperium agnouerunt.

§. 126. Fundata ſic primum monarchia Germanica, quisquis in terris eidem ſubiectis commoratus vel poſſeſſionibus praeditus, eamdem ſubiectionem Imperatori tacite debuit.

§. 127. Semel ſubiecti imperio, eorumque poſteri, quamdiu ſub illo domicilium vel poſſeſſiones retinent, nec ex parte Imperantis dirimitur nexus; in perpetuum ſub eodem imperio manent. Sic ſemel initio ſtabilita obligatio maiorum vel tacite in poſteros continuari potuit.

§. 128. Et ſic quidem magnam partem ad hunc vsque diem in Germania dumtaxat tacite continuatur obligatio ciuium erga Imperatorem, quandoquidem nec leges id exigunt, nec obſeruantiae conuenit, vt omnes & ſinguli Germaniae ciues Imperatori fidem expreſſe promittant, eamque ſingulo cuique Imperatori repetant promiſſionem. Qui alias HOMAGIORVM mos eſſe ſolet.

§. 129.

§. 129. Solum in Germania *ciuitates imperii*, earumque incolae *Iudaei*, vt nouo cuique electo Imperatori obſequium iurato promittant, ſeu homagium praeſtent (Huldigung), obſeruantiae eſt. Atque alia ratione ſinguli etiam *nobiles imperii immediati* cuique Imperatori ſacramento adſtricti ſunt.

I. *Ciuitatum imperii homagium* praeſtatur, tum a ſenatu, tum a ſingulis ciuibus cuiusque ciuitatis, ſiue intra ſua moenia Imperatori eiusue commiſſario, ſiue per mandatarium in conſilio imperiali aulico. Eoque ſacramento, vti ſaltem formula Ratisbonenſis homagii d. 21. Iul. 1718. praeſtiti perhibetur in Fab. Staatscanzley tom. 32. p. 567. 576., tum ſenatus tum ciues promittunt (hulden und ſchwören):

"Dem (namentlich angeführten zeitigen) Röm. Kayſer, und allen Sr. Kayſ. Maj. Nachkommen am heil. Reiche Röm. Kayſern Königen als ihrem einigen natürlichen rechten Herrn Kayſerlicher Obrigkeit getreu, gewehr, gewärtig und gehorſam zu ſeyn, Ihrer K. M. Frommen und beſtes zu werben, und Schaden zu warnen, und alles das, alle und jede inſonderheit, zu thun, was getreue und gehorſame Unterthanen Ihrer K. M. und deren Nachkommen als ihrem allergnädigſten natürlichen rechten Herrn ſchuldig und pflichtig zu thun ſind."

(Anon.) Tractatus iuridicus von der Huldigung, welche die Reichsſtädte einem neuerwehlten Röm. Kayſer ablegen. Frankf. und Leipz. 1746. 4.

II. Ratione *Iudaeorum* non quidem aeque vniuerſalis obſeruantia eſt. Sed in pleriſque tamen ciuitatibus imperii ſingulare homagium immediate Imperatori eiusue commiſſario aut conſilio aulico praeſtant.

God. Dan. Hoffmann *de aduocatia Imperatoris Iudaica; praeſertim de homagio ab vrbium imperialium Iudaeis Auguſtis praeſtando*. Tübing. 1749. 4.

III. *Nobilitatis immediatae* quisque circulus ſuam habet peculiarem ordinationem, veluti, quae ad manus eſt:

Des H. R. Reichs ohnmittelbar freyer Ritterſchaft der Sechs Orte in Franken erneuerte, vermehrte und confirmirte Ordnungen, ſamt deroſelben von den Römiſchen Kayſern und Königen allerhöchſt löblichſter Gedächtniß erlangt, renovirt- und confirmirten Privilegien und Befreyungs-Briefen auch Kayſerlichen Reſcripten. 1720. 4.

vbi tit. 3. p. 17. ſq. ſancitur:

"Sollen und wollen ſie von der Ritterſchaft zuſamt Dero Erben und Nachkommen - - ihr ſchuldwilligſtes und geſtrackes Aufſehen in allerunterthänigſtem Gehorſam auf jetzige regierende Römiſch Kayſerliche Majeſtät und Deroſelben Nachkommen im heil. Reiche, als das höchſte Haupt in der Chriſtenheit und ihren unvermittelſten einigen Ober-Herren haben; Dero und demſelben, wie ſich gebühret, getreu, gehorſam, bereit, gewärtig und gefällig erſcheinen" ꝛc. ꝛc.

& in epilogo p. 79. ſq.:

"Deme nun, wie bisher unterſchiedlich ſtatuirt und verſehen, - - alſo beſtändiglich nachzukommen; ſo ſoll ein jeder der ritterlichen Mitglieder bemeldten Fränkiſchen Kreyſes nicht nur auf dieſe gemeine Satz- und Ordnungen bey ſeinen adelichen Ehren, wahren Worten, Trauen, und Glauben ſich verbinden und die Pflicht ablegen; ſondern auch das beſonders bey jedem Ritter-Orte dazu gewidmete Exemplar der Ritter-Ordnung, benebens Fürdruckung ſeines angeerbten adelichen Ringpitſchiers, auch mit eignen Handen unterſchreiben; dazu verſprechen, ſeine Ehrenkinder, männlichen Namens, welche er bereit hätte, oder ins künftige durch GOttes gnädige Benediction ehelich erwerben mögte, inmaſſen auch diejenige, welchen Vormunds-Verwaltungen obliegen, deren Pfleg-Söhne, ſo bald ſie ihr männlich Alter der ſechzehn Jahre erreichet, und mit Fugen bey der Hand ſeyn können, zu gleicher Nachfolg, Annehmung und Bekräftigung dieſer Einigungs-Verfaſſung - - zu vermögen" ꝛc. ꝛc.

§. 130. Ceteri ſtatus ciuesque imperii homagium Imperatori haud praeſtant; Sed quicumque feuda imperii tenent, obligantur, quoties vel nouus Imperator vel nouus vaſallus

eſt, ad renouandum nexum feudalem & ad iurandum in manus cuiusque Imperatoris ſacramentum feudale, quo obſequium & fidelitas eadem fere ac homagii formula promittitur.

I. Iureiurando feudali vaſallus promittit:

"Daß er dem Kayſer und dem heil. Reiche getreu, hold, gehorſam, und gewärtig; auch nimmermehr wiſſentlich in dem Rath ſeyn ſolle noch wolle, da ichten etwas wider Kayſerl. Maj. Perſon, Ehre, Würde und Stand gehandelt oder fürgenommen würde, noch darein willigen oder gehelen in einige Wege; ſondern der Kayſerl. Maj. und des heil. Reichs Ehre, Nutz, und Aufnehmen betrachten und befördern, nach allem ſeinem Vermögen; und ob er indeß verſtünde, daß etwas vorgenommen oder gehandelt würde, wider Kayſerl. Maj. Perſon oder das heil. Reich, demſelben wolle er getreulich vorſeyn, und Kayſerliche Majeſtät deßen ohne Verzug warnen, und ſonſten alles thun, das einem gehorſamen (Fürſten), und getreuen Lehenmann gegen Kayſerl. Maj. und dem heil. Reich zu thun gebühre von Rechts oder Gewohnheits wegen; getreulich, ohne Argeliſt und Gefehrd." (Lünigs *corp. iur. feud.* tom. I. p. 95.)

§. 131. Sic electores, principes, praelati & comites omnes & ſinguli, multique alii Germaniae ciues, qua feuda imperii poſſident, non tantum tacite continuant obligationem nexus ciuilis (§. 127.), ſed & expreſſo ſacramento feudali eamdem firmant. Omnesque *Imperatoris vaſalli ſimul ſubditi eius ſunt.*

## 2.) NEXVS OMNIVM GERMANIAE CIVIVM INTER SE, QVA CIVIVM VNIVS REIP.

§. 132. Nexus omnium & ſingulorum Germaniae ciuium inter ſe, qua ciuium vnius reipublicae (§. 123.), obſcuratus fere olim iure manuario, inſtauratus ſaepiusque renouatus & magis ſtabilitus eſt potiſſimum *pace publica* 1495. condita, at-

 que

que repetitis eius ſanctionibus, in primis 1548., & pace religioſa 1555. ac pace Weſtphalica 1648.; item *ſpecialioribus conſtitutionibus*, veluti *de litigioſa poſſeſſione* in R. I. 1512. §. 57. & in O. C. 1555. P. 2. tit. 31., *de pignorationibus* in O. C. 1555. P. 2. tit. 22., *de arreſtis* in R. I. 1570. §. 84. & C. O. C. P. 2. tit. 24., atque *ordinatione exſecutionis* in R. I. 1555. §. 31.--103. & in R. I. N. §. 178. ſq.

§. 133. Ex hiſce legibus in primis cauendum eſt omnibus & ſingulis Germaniae ciuibus:

1. Ne quis alterum laedat, offendat vel turbet; nec religionis, nec vllo alio praetextu cauſſaue;

2. Ne quis via facti vtatur, vel in caſu litigioſae poſſeſſionis ad contendendam vindicandamue ſibi poſſeſſionem, vel qualitercumque laeſum ſe exiſtimans, ad proſequendum ius, quod contendit, aut ad vlciſcendum ſe pignorationibus, arreſtis, repreſſaliis, ſpolio vel qualicumque alia facti via; ſed qualecumque ius, quod contendit, in foro eius, de cuius obligatione agitur, competente proſequatur (a).

(a) Praeter leges ſpeciales, quibus haec ſanciuntur (§. 132.), praeſertim notanda ſanctio . W. in I. P. O. art. 17. §. 7.: "*Nulli* "omnino ſtatuum imperii *liceat ius ſuum vi vel armis perſequi*, "ſed ſi quid controuerſiae ſiue iam exortum ſit, ſiue poſthac in- "ciderit, *vnusquisque iure experiatur. Secus faciens reus ſit fra-* "*ctae pacis*".

§. 134. Sin quis ſecus agit; laeſo ius eſt implorandi tum iudiciariam Imperatoris eiusque tribunalium opem, eamque ad facta talia probata ſine mora ferendam; tum auxilium ſubito, vbi opus, a circulo, quin etiam a pluribus vicinis circulis praeſtandum (§. 81.).

§. 135.

§. 135. Speciatim ſi quis ex conſulto, ſeu dolo malo, armata manu, & coadunatis hominibus publicam cui vim intulerit; ceu *fractae pacis publicae* reus conueniri poteſt, & Imperatoris nomine ex officio ab eius fiſcali, & a laeſo, ad *poenam* tum ciuilem 2000. marcarum auri (a), tum capitalem banni imperialis (b), huiusue loco clericus ſeu femina ad priuationem regalium ac bonorum (c); & ſic quidem vt vel vtraque locum habeat (d), vel alterutra eligi (e), vel mutari quoque poena banni in poenam pecuniariam, eaque adhuc moderari queat (f).

(a) Handlung Fried. u. Recht. 1495. §. 11., Landfried. 1548. art. 2. (Schmauß *corp. iur. publ.* p. 140.)
(b) Landfried. 1495. §. 3., 1548. art. 5. §. 1.
(c) Landfr. 1495. §. 8., 1548. art. 22.
(d) Landfr. 1495. §. 3., 1548. art. 3. §. 1. & art. 10.
(e) Landfr. 1548. art. 10.
(f) Landfr. 1548. art. 13., C. O. C. II. 10. §. 3.

§. 136. Speciatim quoque *pacis Weſtphalicae* "leges vniuerſas & ſingulas tenentur omnes huius transactionis conſortes contra quemcumque ſine religionis diſtinctione tueri & protegere. Et ſi quid eorum a quocunque violari contigerit, laeſus laedentem, in primis quidem a via facti dehortetur, cauſſa ipſa vel amicabili compoſitioni, vel iuris diſceptationi ſubmiſſa. Verumtamen ſi neutro horum modorum *intra ſpatium trium annorum* terminetur controuerſia, teneantur omnes & ſinguli huius transactionis conſortes, iunctis cum parte laeſa conſiliis viribusque, arma ſumere ad repellendam iniuriam, *a paſſo moniti*, quod nec amicitiae nec iuris via locum inuenerit" (a).

(a) I. P. O. art. 17. §. 5. 6.

§. 137.

§ 137. Ex nexu illo totius imperii porro ſinguli Germaniae ciues, qui non ſpecialiter rite exemti, obligantur ad ferenda omnia *onera* vniuerſi imperii nomine legitime concluſa. Quibus quicumque ſe ſubtrahunt; Imperatoris nomine, ex officio agente eius fiſcali, & iudiciaria ſupremorum eius tribunalium auctoritate, item circulorum, vbi opus, auxilio, compellantur, fas eſt.

§. 138. Demum violat quoque obligationem erga imperium, quicumque cum *hoſtibus imperii* conſilia agit, qui *bello* imperii nomine rite concluſo ſe ſubtrahit; ne dicam, qui hoſtilia ipſe contra Imperatorem & imperium molitur; coercendus, vti fas eſt, ab Imperatore omniumque imperii ciuium, ſpeciatim circulorum, auxilio.

## II. NEXVS SPECIALIVM GERM. RERVMPVBLICARVM.

§. 139. Ex natura ſingularum Germaniae rerumpublicarum ſpecialium (§. 97.) fluit obligatio legum fundamentalium ſpecialium (§. 107.) ſubordinata obligationi legum imperii generalium (§. 122.); ideoque

1. ſubiectio omnium ciuium mediatorum ſub imperio eius, cui parent, immediati; ſalua tum illorum tum huius ſubordinatione ſuprema ſub Imperatoris & imperii poteſtate;

2. nexus ſingulorum ſub vno ciuis immediati imperio conſtitutorum ciuium mediatorum, tamquam ciuium vnius reipublicae, ſpecialior, ſaluo nexu generali cum toto imperio.

1.) SVB-

## 1.) SVBIECTIO TERRITORIALIS EIVSQVE DIFFERENTIAE

## a) A SVBORDINATIONE FEVDALI.

§. 140. Subiectio ciuium mediatorum ſub imperio alterius ciuis immediati, tamquam SVBIECTIO TERRITORIALIS ante omnia eſt diſtinguenda a SVBORDINATIONE FEVDALI vnius Germaniae ciuis qua vaſalli ſub altero, qua domino directo (§. 36.).

§. 141. Subordinatio feudalis vnius Germaniae ciuis ſub altero nititur pacto, quo olim vel dominus directus vaſallo quid in feudum dedit, vel hic illi quid in feudum obtulit. Cuius vtriusque vnus idemque nexus feudalis eſt, niſi qua reſeruata fuerint iura ſingularia pacto adiecto. Isque nexus continuatur renouata more feudali inueſtitura & repetito tum ſacramento feudali, quoties mutatio ex parte domini directi vel vaſalli accidit.

§. 142. Multifariam quidem euaſit ex iſta ſubordinatione feudali ſimul ſubiectio territorialis, ita vt dominus directus ſimul imperans ciuilis vaſalli ſit, adeoque talis ciuis immediati vaſallus ipſe ciuis mediatus. Verum permulta ſuperſunt quoque feuda, quae quis immediatus ab alio immediato, ſtatus ab alio ſtatu, tenet. Vnde non omnes vaſalli alterius ciuis ſeu ſtatus ſunt eius ſubditi; nec a ſubordinatione feudali proinde ad ſubiectionem territorialem hic valet conſequentia.

§. 143. Idem dicendum de SVBFEVDIS, quae qui tenet, non magis ſubdomino ſubiectus ſtatui poteſt, quam alter vaſallus domino directo.

### b) Svbiectionis territorialis differentia ab advocatia.

§. 144. Differt quoque ſubiectio territorialis ab advocatia ſeu protectione, quam, praeſertim ab antiquo iuris manuarii aeuo inde, frequenter obtinuerunt infirmiora Germaniae membra, veluti eccleſiae, monaſteria, comites, nobiles, ciuitates, pagi, cet. a potentioribus, ſiue ex pacto, ſiue ex conceſſione Imperatoris, ſiue alio quocumque titulo.

§. 145. Talis aduocatia ſaepe iurisdictionem ſimul, ſiue criminalem ſolum, ſiue aliam quoque, item varia alia iura, ſed non vbiuis eadem, comprehendit. Nonnusquam immutata tandem in plenam ſubiectionem; ſed non vbiuis. Potius plane paſſim deſiit. Nec, vbi ſupereſt hodieque, eadem iura comprehendit, ſed cuiusque partis ex pactis & ex obſeruantia diiudicanda. Saltem ab aduocatia proinde ad ſubiectionem territorialem non valet conſequentia.

### c) Svbiectionis territorialis distinctio a svbiectione patrimoniali.

§. 146. Secernenda tandem eſt ſubiectio territorialis a svbordinatione dominica ſeu patrimoniali, qua quis Germaniae ciuis alios, veluti ruſticos proprie, ſub poteſtate ſua dominica, eiusue ex reliquiis ſuperſtite poteſtate dominicae aemula habere poteſt.

§. 147. Tali ſubordinatione patrimoniali, qua olim forte omnes ſubiecti, deinde magnam partem libertatis potiti, adhuc hodie partim vere dominica, partim laxiori quodammodo

do continentur ruſtici ſub poteſtate nobilium, paſſim quoque ſub poteſtate ſtatuum, rarius ſub poteſtate ciuicorum.

§. 148. Fundamentum huius poteſtatis dominicae repetendum eſt partim ex antiquiſſimis temporibus, quorum, niſi ex ſtatu Germaniae primaeuo, ſpecialior memoria non conſtat; partim ex pactis, quorum origo conſtat; partim ex iudicatis quoque, aliisue eiusmodi normis, quibus iura antiquiora, impugnata forte, ſtabilita nouiore aeuo.

§. 149. Qualiscumque originis ille nexus alibi tacite continuatur, alibi expreſſe renouatur, prope feudorum inſtar, quoties perſonae mutantur, aut lapſo certo temporis ſpatio, & quidem vel iurato quoque, ſacramento adſecurationis (Erbhuldigungs-Eyd), vel iniurato alibi.

§. 150. Inuoluit iſta ſubiectio dominica vniuerſe ad minimum obligationem cenſus & operarum; harumque quidem vtplurimum determinatarum ſiue pacto, iudicato, lege, ſiue praeſcriptione vel conſuetudine; aliquando tamen & indeterminatarum; item mortuarii nonnumquam, &, quae ſunt aliae, obligationes ſeruiles.

§. 151. In primis ex iſta ſubiectione dominica paſſim in Germania enata eſt IVRISDICTIO, quam vocant, PATRIMONIALIS, quae ceu cohaerens praedio nobili ſingulo eius poſſeſſori eſt in ruſticos ad illud pertinentes. Eaque ex natura iurisdictionis id habet, vt ſiue expreſſe, ſiue tacite concedente ſuprema poteſtate exerceatur, & ſiue criminalis, ſiue ciuilis tantum, ordine iudiciario tractetur; ex dominicae poteſtatis indole hoc retinuit, vt cuicumque hoc iure inſtructi

praedii nobilis poſſeſſori propria ſit, ſiue maſculo, ſiue feminae, ſiue maiori, ſiue minori, cet., modo per perſonam rei iudiciariae habilem exerceatur.

§. 152. Iam quicumque ſub tali iurisdictione ſeu generatim in ſubiectione patrimoniali continentur, omnino ciues Germaniae mediati ſunt. Verum qui exercet illam iurisdictionem aliamue poteſtatem patrimonialem, ipſe mediatus non minus, quam immediatus eſſe poteſt. Hinc, licet verſa vice etiam fieri queat, vt ſubiectio patrimonialis cum territoriali conueniat, tamen ab illa ad hanc, vti nec ab hac ad illam, non valet conſequentia.

## B) SVBIECTIO TERRITORIALIS IPSA IN QVO CONSISTAT, ET QVO FVNDAMENTO NITATVR.

§. 153. SVBIECTIO TERRITORIALIS in eo conſiſtit, vt quis alteri Germaniae ciui, tamquam imperanti, modo ſubordinato ſub Imperatore & imperio, omne obſequium ciuile debeat. Quod quicumque debet, CIVIS ſiue SVBDITVS MEDIATVS eſt; cui debetur, proprie non eſt, niſi immediatus.

§. 154. In ſpecie ſtatuum in ſubditos ſuos imperium illud, quod Imperatori & imperio ſubordinatum eſt, vocatur SVPERIORITAS TERRITORIALIS (Landeshoheit). Superioritati territoriali perpetuo nexu ſubiectus dicitur LANDSASSIVS. Singula ſuperioritatis territorialis iura, quae alias ſummi imperii, ſunt REGALIA, vel IVRA ſtatuum MAIESTATICA.

I. Hoc

I. Hoc ſenſu itaque *nobiles immediati* habere quidem poſſunt ſubditos mediatos (§ 152.); ſed proprie ſic dictam ſuperioritatem territorialem non habent. Adeoque ſuperioritas illa eatenus nouum ſtatuum imperii characterem efficere dici poteſt (§. 52..53.); niſi quod dentur quoque ſtatus, qui nec territorium, nec ſubditos, nec proinde ſuperioritatem illam habent; veluti praelati ciuitati Ratisbonenſi incluſi.

II. Sin ſuperioritatem territorialem vocaueris qualiscumque immediati in ciues mediatos imperium; in verbis facilis concedo nobili immediato ſuperioritatem territorialem Verum tunc ab hac ad characterem ſtatus imperii (auf die Reichs=Standſchaft) non valet conſequentia (§. 52. 76.).

§. 155. Subiectio territorialis omnes ſubditorum erga imperantem in iure publico vniuerſali fundatas obligationes comprehendit, niſi quos limites vel leges imperii, obſeruantia aut analogia iuris publici noſtri, vel leges fundamentales ſpeciales ponunt.

§. 156. Primum *ſubiectionis territorialis fundamentum* repetendum eſt ex factis obligatoriis partim Imperatoris, partim ſubditorum.

§. 157. *Imperatores* olim primum expreſſe ſingulis proceribus ſingula quaedam regalia conceſſerunt, tacite quoque plura eos ſibi vindicare paſſi; deinde vniuerſam ſtatuum in ſubditos ſuos ſuperioritatem territorialem agnouerunt, atque confirmarunt (a).

(a) I. P. O. art. 8. §. 1.: "*Omnes & ſinguli* electores, principes & *ſtatus imperii* Rom. *in* antiquis ſuis iuribus, praerogatiuis, libertate, priuilegiis, *libero iuris territorialis* tam in eccleſiaſticis quam politicis *exercitio*, *ditionibus*, *regalibus*, *bo-*

 "*rumque*

"*rumque omnium poſſeſſione*, - - ita *ſtabiliti firmatique ſunto*, vt
" a nullo vmquam ſub quocumque praetextu de facto turbari poſ-
"ſint vel debeant."

§. 158. *Subditi* pariter tacite partim agnouerunt regalia, ante ab Imperatoribus, nunc a ſtatibus imperii in ſe exercita; partim expreſſis pactis ea comprobarunt, atque ſic territorialem ſuperioritatem ſtabiliuerunt tum ſinguli paſſim ſubditi, tum ordines in primis prouinciales.

§. 159. Semel ſubiecti territoriali alicuius poteſtati tum ipſi, tum poſteri eorum, vel tacite eumdem nexum continuant, quamdiu domicilium vel poſſeſſiones in eodem territorio retinent (§. 127.).

§. 160. At vero in rebuspublicis Germaniae ſpecialibus id obſeruantiae eſt, vt, quoties nouus Imperans ſuccedit, omnes & ſinguli officiales, milites, & reliqui ſubditi ciuesque patresfamilias HOMAGIVM praeſtent tum ipſi nouo imperanti, tum in anteceſſum, quatenus conſtant, futuris ſucceſſoribus; quod poſterius in ſpecie vocatur HOMAGIVM EVENTVALE.

§. 161. Noui quoque ciues ſinguli pari homagio adſtringuntur, quando vel officium capeſſunt, vel milites fiunt, vel ad iura ciuitatis in ſpecie ſic dicta (Bürgerrecht) adſpirant. Immo tacite etiam quilibet territorium intrans eius imperanti ex regula ſubiicitur, ſiue tamquam ciuis temporarius, ſi animum perpetuo ibi commorandi non habet, ſiue tamquam ciuis perpetuus, ſin habet iſtum animum.

2) NE-

## 2) Nexvs civivm vnivs reip. specialis inter se.

§. 162. Nexus ciuium vnius reipublicae ſpecialis inter ſe (§. 139.) inuoluit obligationem ſpecialiorem

1. ne quis alterum laedat, nec laeſus ius ſuum aliter, quam iudicio, perſequatur;

2. vt concurrant ad communia onera, ſpeciatim defenſionis mutuae, ſaluo officio erga imperium (§. 132. ſq.).

## III. Nexvs imperii et special. rervmp. qvoad singvlas personas commixtvs.

### speciatim

### I.) de personis partim mediatis partim immediatis.

§. 163. Vti plures aliquis perſonas ſuſtinere poteſt, nec iuri publico vniuerſali aduerſatur, vt quis plurium ciuitatum ciuis, plurium imperantium ſubditus, in primis qua perſonam alterius, alterius & vel plurium qua bona & poſſeſſiones eſſe poſſit; ita frequenter & multiplici reſpectu in Germania id contingit.

§. 164 Sic primum *plurium dominorum ſubditus* pluriumque rerumpublicarum ſpecialium ſeu territoriorum ciuis aliquis eſſe poteſt aut ex domicilio duplici, nexuue officii, quoad perſonam; aut quoad poſſeſſiones in diuerſis territoriis ſitas; aut quoad diuerſitatem domicilii vel officii & poſſeſſionum.

§. 165.

§. 165. Similiter fieri poteſt, vt quis *immediatus* ſimul alioque reſpectu *mediatus* ſit, dum vel immediatus fit mediatus, vel verſa vice mediatus fit immediatus.

§. 166. Immediati nempe alii naſcuntur, alii fiunt. *Naſcuntur* omnes ex familia immediata progeniti; *fiunt*, qui in numerum immediatorum, veluti nobilium imperii, recipiuntur, ſeu, vt aiunt, incorporantur, vel immatriculantur; deinde ii quoque, quorum perſonae ob qualitatem officii ab omni medietate eximuntur, veluti membra in primis ſupremorum imperii tribunalium.

§. 167. Iam vtrumque fieri poteſt, *tum* vt immediati, etiam nati tales, vel officio vel domicilio quoad perſonam, vel poſſeſſione bonorum, quoad res, ſimul fiant atque ſint mediati; *tum* vt mediati fiant receptione vel officio immediati.

§. 168. In ſingulis hiſce caſibus diſtinguenda probe eſt qualitas, qua quis ſubiicitur. Cuius reſpectu, non vltra, effectum ſubiectio habet; ita ſcilicet vt in iis, quae poſſeſſiones concernunt, ſubiectio ex re ſita; quae officium, ex nexu officii; quae perſonam, ex qualitate perſonae, quatenus in quaeſtionem venit, aeſtimari debeat; vtque in duplici qualitate concurrente concurrat quoque ſubiectio, atque ei, cuius intereſt, electio ſit committenda.

§ 169. Accedit, quod frequenter in Germania aliquis alium dominum territorialem habeat, vel immediatus quoque ſit, & qua vaſallus ſimul alium dominum directum, quin plures etiam dominos directos habeat. Quo caſu fines tantum ſuperioritatis territorialis vel immedietatis, & dominii directi feudalis probe ſecerni oportet.

a) DE

2) DE SERVITVTIBVS IVRIS PVBLICI.

Chph. Ioann. Conr. ENGELBRECHT Profeſſ. in acad. Iulia *de ſeruitutibus iuris publici.* ed. 2. cum praefat. Chr. Gottl. BVDERI. Lipſ. 1739. 4.

§. 170. Nec praetermittendum eſt, dari in Germaniae rebuspublicis ſpecialibus haud raro SERVITVTES IVRIS PVBLICI, quibus libertas domini territorialis in ſuo territorio in vtilitatem alterius Germaniae ciuis reſtringitur, vt vel non facere aliquid in ſuo, vel, vt alter aliquid agat in ſuo territorio, pati debeat.

3.) DE TERRITORIIS CLAVSIS ET NON CLAVSIS.

Chriſtian. THOMASII diſſ. *de inutilitate brocardici vulgaris: quidquid eſt in territorio, praeſumitur etiam eſſe de territorio.* Hal. 1709. 4.

Lüderi MENKEN diſſ. *de vi ſuperioritatis territorialis in territoriis imperii clauſis, & diſcernendo ab eadem iudicio feudali, intuitu feudi in iisdem ſiti, curiae domini directi relinquendo.* Lipſ. 1712. & diſſ. *de foro competente vaſallorum ſimultaneeque inueſtitorum & ſubiectione nobilium immediatorum Saxoniae Landſaſſiorum, extra hoc territorium habitantium, in cancellariis Saxonicis & curiis prouincialibus.* Lipſ. 1716. 4.

Henr. HILDEBRAND diſſ. *de territorio clauſo & non clauſo ſiue mixto.* Altorf. 1715. 4.

Io. Balth. WERNHER diſſ. *de probatione Landſaſſiatus ex ſitu terrarum.* Viteb. 1717. 4.

Andr. WAGNER diſſ. 2. *de diſtinctione territoriorum imperii in clauſa & non clauſa.* Lipſ. 1752. 4.

Ge. Frid. Aug. DATHII diſſ. *de falſitate vulgati: quidquid eſt in territorio, praeſumitur etiam eſſe de territorio.* Goetting. 1753. 4.

§. 171. Quae quum ita ſint, nunc demum rite diiudicari poterit, an & quatenus in Germania valeat illud iuris publici

L vniuer-

vniuerſalis principium: Quidquid in territorio, id etiam de territorio, i. e. Quidquid rei vel perſonae intra fines territorii ſub vno ſummo imperio conſtituti deprehenditur; id eidem ſummo imperio ſubiectum eſt.

§. 172. In Germania qua vno imperio conſiderata principium illud ſine vlla exceptione admittendum eſt, ita vt quidquid intra fines imperii Germanici conſtitutum, ſupremum Imperatoris & imperii poteſtatem agnoſcere debeat. Ibique quadrat ratio iuris publici vniuerſalis, quod vnum omnium, quae in territorio vnius reipublicae comprehenduntur, imperium ſummum, nihil in illo, quod non ſub hoc, eſſe debeat.

§. 173. In rebuspublicis ſeu territoriis Germaniae ſpecialibus non quadrat iſta ratio, ſiquidem ei non repugnat, vt quis in territorio quodam ſit, nec tamen domini territorialis imperium agnoſcat, modo agnoſcat ſupremam Imperatoris poteſtatem, quod poſtremum non poteſt non fieri.

§. 174. Ex obſeruantia potius imperii & ex analogia iuris publici noſtri nil ſingulare eſt, vt quis immediatus in territorio alterius degat, ſalua immedietate ſua quoad perſonam, vel generatim quoque ſalua illa, niſi alterum officii vel ex poſſeſſionibus vinculum accedat; vti in primis in ciuitatibus imperii, vbi nobiles immediati, perſonaeue illuſtres immediatae commorantur, item in territoriis, vbi poſtgeniti non regentes ſunt, id contingit.

§. 175. Nec porro originetenus territoria Germaniae ſic conſtituta ſunt, vt talibus circumcirca limitibus quodque definitum ſit, vt, quidquid intra illos limites deprehenditur, eidem

dem domino territoriali ſubiectum ſit; quum potius primo obtutu conſtet, Germaniae pleraque territoria diſciſſa nec contigua eſſe, ne dicam olim fuiſſe.

§. 176. Fundamento itaque deſtituta eſt diſtinctio TERRITORIORVM in CLAVSA & NON CLAVSA; eo ſenſu, vt in illis, quidquid intra certum terrae tractum territorio alicuius incluſum deprehendatur, ſub poteſtate huius territoriali eſſe praeſumendum ſit, in his ſecus. Inutilis nec adaequata eſt, eo ſenſu, vt, quidquid in territorio quodam, ſeu in terra ipſa ſuperioritati territoriali ſubiecta, eſt, huic ſuperioritati quoque ſubiectum ſit. Etenim ſic nulla ſunt territoria non clauſa; & in qualicumque territorio admittenda eius regulae exceptio ratione perſonarum immediatarum, quae ſalua immedietate ſua in alterius territorio degere poſſunt (§. 174.).

4.) DE EXEMTIONIBVS PARTIALIBVS.

Zach. VIETOR diſſ. *de exemtionibus imperii.* Baſil. 1595. 4., Gieſſ. 1621. 8., edit. auct. cura *Ioann.* VIETOR. Corbach. 1670. 8.

Io. Ge. ESTOR progr. *de iudice competente cauſſarum, quae de exemtionibus imperii per tot annos etiam nunc agunt.* Ien. 1740. 4.

Io. Phil. CARRACH *de exemtionibus territoriorum Germaniae.* Vlm. 1752. 4.

§. 177. Interim varie contigit, vt immedietas in medietatem immutata ſit. Quae, vti quaelibet iactura imperii circa membra ſua EXEMTIO vocatur, ſpecies exemtionis eſt, EXEMTIO PARTIALIS dicta; atque ſic qui immedietatis iura amittit, EXEMTVS, qui immediatum ſibi ſubiicit, hunc EXIMERE dicitur. Quod CVM ONERE fit, ſi eximens onera

 impe-

imperii, quae ante exemto incubuerant, ſuſcipit; ſin ſecus, SINE ONERE.

§. 178. Tales exemtiones cogitari poſſunt:

1. circa ciuitates, vt ex ciuitate imperii fiat municipium;

2. circa nobiles, vt ex nobilibus immediatis fiant mediati & Landſaſſii;

3. circa perſonas immediatas vna cum territoriis, quae poſſident, vt ex ſtatu, veluti ex principe, epiſcopo, comite, praelato, fiat mediatus & non ſtatus;

4. circa territoria ſolum, vt territorium, ante magiſtratibus immediatis rectum, quocumque titulo in alterius immediati poteſtatem venerit, huius territorio incorporetur, aliisque eius magiſtratibus ſubordinetur.

§. 179. Iure nulla exemtio fieri poteſt ſine Imperatoris & imperii, ipſiusque exemti conſenſu (a). Antiquiores nonnullae exemtiones, praeſertim cum onere, probatae ſunt (b). Permultae aliae impugnatae, earumque de iuſtitia adhuc ſub iudice lis eſt (c).

(a) Vi CAPITVL. (1742.) art. 5. §. 7. ſoll der Kayſer "nicht geſtatten, daß ein Stand - - auf einigerley Weiſe eximirt werde."

(b) R.I. 1548. §. 52.: "Iſt - - befunden, daß gleichwohl etliche Stände ausgezogen, aber durch die ausziehende werden die Reichs-Anſchläge der ausgezogenen erlegt und entrichtet. Dieweil dann derowegen kein Streit noch Irrung iſt, auch dem heil. Reich deshalben an ſeinen Anlagen und Gerechtigkeiten nichts abgehet; ſo laſſen Wir und gemeine Stände - - ſolches alles bleiben und beruhen; bevorab ſo die ausgezogene Stände ſolches Ausziehens und Vertretens zufrieden ſind. 2c. 2c."

(c) R.I. 1548. §. 53. ſq., R.I. 1570. §. 84. Vi CAPITVL. (1742.) art. 5. §. 10. ſollen "überhaupt die Exemtions-Irrungen im

im Reiche - -, wo möglich, innerhalb 2. Jahren - - erörtert werden." Conf. PFEFF. *ad Vitr.* II. 1037. ſq.

## IV. VARII NEXVS PARTICVLARES CIVIVM GERMANIAE INTER SE.

§. 180. Quae iure publico vniuerſali, ne dicam, plerarumque ciuitatum legibus, circumſcriptior eſt libertas ciuium vnius reipublicae inter ſe inuicem conſtituendi particulares conſociationes; ea in Germania ex priſtina eius libertate, & in primis ex ſtatu medii aeui eiusque manuario iure, liberior atque nullis fere circumſcripta limitibus fuit; nec hodie eius effectus ceſſant.

### I.) PACTA PLVRIVM FAMILIARVM ILLVSTRIVM ET NOBILIVM.

§. 181. Sic ſinguli olim qualescumque liberi homines perfrequenter pacta conſociationis inierunt, in primis mutua ſuper defenſione ac ſucceſſione. Ex quibus, praeter feuda oblata (§. 141.) & aduocatias, pariter ſuo modo huc referendas (§. 144.), ſuperſunt paſſim inter nobiles Ganerbinatus, aliaque pacta familiarum (§. 116.) ſeu caſtrenſia (Burgfrieden); vi quorum adhuc particularis certus nexus inter familias ſic conſociatas obſeruatur, veluti praeſertim in bonis quibusdam ſeu reditibus, item officialibus, ſcriniis, reliq., communibus, porro in conuentibus familiarum, in iureiurando ſuper pactis iſtis praeſtando, in norma dotis, dotalitii, ſucceſſionis cet.

§. 182. Multo maioris momenti ſuperſunt pacta familiarum illuſtrium, quae vocant, vnionis hereditariae, confraternitatis,

(Erbvereinigungen, Erbverbrüderungen) cet. Quorum illa potiſſimum defenſionem, haec ſucceſſionem mutuam innuunt.

### 2.) VNIONES ELECTORVM, PRINCIPVM, COMITVM.

§. 183. Alias iam dudum conſociationes fecerunt ſtatus imperii eiusdem generis ſiue qua vnius collegii membra; veluti quas electores, principes, comites, inter ſe inierunt, ſpeciatim ſic dictas, VNIONES (Vereine).

Chr. WILDVOGEL diſſ. *de vnione electorali*. Ien. 1707. 4.

N. H. GVNDLING diſſ. *de cauſſa & origine vnionis ſiue foederis electoralis*. Hal. 1720.

Ewald. Fried. de HERZBERG diſſ. *de vnionibus atque comitiis electoralibus*. Hal. 1745.

Harumque trium diſſertationum collectio ſub titulo: *Selecta de vnionibus electorum*, cum indice & praefat. *Ioann. Andr.* HOFFMANNI. Ien. & Weiſſenf. 1745. 4.

I. Sigillatim inter *electores* ſubſiſtit

1. *vnio generalis* pro mutua iurium ac praerogatiuarum electoralium defenſione primum 1338. inita, deinde aliquoties, & ſollenniter poſtremum 1558. renouata. Quam, quum noua eius extenſio, in primis 1684. tentata (a), tum perfici non potuiſſet, de nouo 1745. iurarunt ſinguli electores, exceptis Colonienſi, Brandenburgico & Palatino.

(a) Quae primum edita in Moſers Zuſäzen zum Staatsrecht tom. I. p. 106. ſq.

2. Specialis praeterea *vnio* eſt *inter electores Rhenanos*, Moguntinum, Treuirenſem, Colonienſem, Palatinum, pro defendendis iuribus, quae ſeruari praeſertim ratione Rheni, vniuscuiusque illorum in ſpecie intereſt.

Vtram-

Vtramque illam & Rhenanam & generalem electorum vnionem confirmauerunt Imperatores (a), ſaluis modo conſtitutionibus imperii, iuribusque reliquorum imperii ſtatuum (b).

(a) Capitvl. (1612.) art. 3. §. 6. "Geſtalten Wir denn auch (inquit primum Matthias) der Churfürſten gemeine und ſonderbare Rheiniſche Verein, als welche ohne das mit Genehmhaltung und Approbation der vorigen Kayſer rühmlich aufgerichtet, (additum ex monito Colon. 1658. ſub Leop.: "und was darüber noch weiters die Herren Churfürſten allerſeits unter einander gut befinden und vergleichen mögen, ") – auch unſers Theils approbiren und confirmiren."

(b) Capitvl. art. 3. §. 7. (1711. ex monito princ. 1658. & perpet. 1671.): "Jedoch dem I. P. und andern Reichs-Satzungen, auch denen von Fürſten und Ständen (die ohnmitt. R. R. mit eingeſchl.) hergebrachten iuribus, Hoheiten und priuilegiis ohnabbrüchig."

II. Inter *principes*, non quidem omnes, ſed ſeculares antiquos pleroſque, ſubſiſtit vnio 1662. condita, repetita 1693. Mart. 4. & 15.; 1700. Febr. 5. & Iul. 14.; vti allegantur in tabulis nouae vnionis propoſitae 1741. (a).

(a) Moſers Staatsrecht tom. 36. p. 193.

III. *Comitum* ſingula quatuor collegia, partim ſua quodque vnione particulari vnita ſunt, partim de vnione generali ab anno 1653. inde laborarunt, atque tandem 1743. confirmationem talis vnionis caeſaream obtinuerunt (a).

(a) Moſers Staatsr. tom. 38. p. 527.

3.) Associationes circvlorvm.

Joh. Adam. Kopps gründliche Abhandlung von der Aſſociation der vordern Reichs-Kreyſe. Frankf. 1739. 4.

§. 184. Porro circuli partim ſinguli inter ſuos cuiusque ſocios ſtatus permulta per modum pacti in receſſibus ſuis circularibus

ribus ſtatuerunt; partim in primis iam aliquoties plures circuli inter ſe inuicem, quas vocant, ASSOCIATIONES condiderunt.

§. 185. Vniuerſa fere circulorum hodierna conditio, ſaltem principale eorum fulcrum, quod in ordinatione exſecutionis eſt, talibus pactis nititur; Ex quibus in primis haec omnium & ſingulorum circulorum inter ſe inuicem eſt obligatio, vt in caſu turbae publicae alter alteri requiſitus auxilium ferat (a).

(a) R. I. 1555. §. 62. ſq.: "Im Fall - - Kriegs-Empörung, Muſter-Plätze, andere Rottirungen, und thätliche Vergewaltigungen gegen einen oder mehr Stände, oder einen ganzen Kreys ſich dermaſſen ereigneten, - - daß ihres Kreyſes beſtimmte Hülfe dargegen nicht gnugſam - - -; alsdann ſollen ſie - - Macht haben, der andern ihnen nächſt angrenzenden zweyer Kreyſe Oberſten und deren Zugeordnete um Hülfe anzurufen. - - Wo nun dieſer - - Hülfe auch nicht ſtark gnug wäre; alsdenn ſollen ſie - - Macht und Gewalt haben, noch zwey andere Kreyſe - - zu erfordern. &c. &c." Adde R. D. 1564. §. 17. ſq., R. I. 1566. §. 23. 27. 28., I. P. O. art. 17. §. 8., R. I. N. §. 178., CAPITVL. art. 12. §. 3.

§. 186. Sigillatim praeterea ſinguli nonnulli circuli non tantum ſingulis ſuper argumentis nonnumquam correſpondere ſolent inter ſe inuicem, adeo vt vel nomine CIRCVLORVM CORRESPONDENTIVM aliquando vtantur; ſed ab exitu ſuperioris ſeculi inde ſpeciales initae CIRCVLORVM ANTERIORVM (der vorderen Reichs-Kreyſe), Rhenanorum nempe, Auſtriaci, Franconici & Sueuici, ASSOCIATIONES, ſiue foedera circulorum iſtorum defenſiua, quibus repartitiones ſimul militum a quouis circulo ſiſtendorum continentur.

§. 187.

§. 187. Aſſociationes iſtae occaſione bellorum imperii hoc ſeculo geſtorum aliquoties renouatae, tempore pacis quoque continuatae, reuera adhuc ſubſiſtunt. *Quomodo* autem, pro ſtatu rerum hodierno, ad effectum deducendae ſint, deliberationibus nouiſſimis ab anno 1745. inde de nouo inſtitutis componi non potuit.

### 4) Corpvs Evangelicorvm et Catholicorvm.

Eberh. Chriſtian Wilh. von Schauroth vollſtändige Sammlung aller concluſorum, Schreiben, und anderer übrigen Verhandlungen des hochpreislichen *corporis Euangelicorum* vom Jahr 1663. bis 1752. 3. Theile. Regenſp. 1751. 1752. fol.

§. 188. Ex quo reformatio religionem ſtatuum ciuiumque imperii diuiſit (§ 87. ſq.), ſingularia tum Catholicorum inter ſe inuicem, tum Euangelicorum exorta ſunt foedera, ſub ligarum, vnionum aliisue nominibus.

§. 189. Quumque demum ſpes reuniendi vtramque religionem fere euaneſceret, ideoque, ob multiplicem religionis reſpectum in qualibuscumque nonnumquam negotiis intercedentem, indies minus fieri poſſet, vt ſtatus, qua religione diuerſi, tamquam vnum corpus conſiderarentur; eo res deuenit, vt ſinguli ſtatus, qua religione diuerſi, *duo corpora* formarent *Euangelicorum & Catholicorum.*

I. Fundamentum huius rei ipſa pax Weſtphalica continet teſtato illo paſſu, art. 5. §. 52. " In cauſis religionis omnibus" que aliis negotiis, vbi *ſtatus tamquam vnum corpus conſiderari nequeunt*, vt etiam Catholicis & A. C. ſtatibus *in duas partes* euntibus; ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, non attenta votorum pluralitate."

II. Ipſum *nomen corporis*, Catholicorum non minus quam Euangelicorum, per obſeruantiam introductum, multifariam reciproce agnitum, immerito Euangelicis disputatum, mascule ab his defenſum, iuſte obſeruatur.

§. 190. Hoc in duplici corpore comprehenduntur itaque omnes & ſinguli ſtatus, adeo, vt vnusquisque eorum vel ad corpus Catholicorum, vel ad corpus Euangelicorum pertineat.

§. 191. Vniuscuiusque autem corporis ſtatus inter ſe correſpondere, deliberare & concludere poſſunt, item mutua auxilia implorare & ferre, modo paci Weſtphalicae non contraveniatur.

§. 192. Quatenus in deliberationibus inſtituendis indolem collegii adipiſcitur vtrumque corpus; ſuum quodque *directorium* habet, quod inter Catholicos penes Moguntinum, inter Euangelicos penes Saxonicum electorem eſt.

# CAP. IV.

## DE LIMITIBVS IMPERII EX IVRE PVBL. GERM.

§. 193: Germania numquam nouit imperium abſolutum, nec Imperatoris in quoscumque Germaniae ciues, nec ſtatuum in ſuos cuiusque ſubditos. *Omne imperium ex iure publico Germanico limitatum eſt.*

§. 194. Praeterquam nempe quod omne imperium ciuile ex ipſo vniuerſali iure publico hi LIMITES NATVRALES circumſcribant, vt iure dirigendi actiones ſubditorum ſolum ad ſalutem publicam imperans vti poſſit; limitatum proprie imperium efficiunt LIMITES ARBITRARII, quibus lex quaedam fundamentalis illud magis quam naturalibus circumſcribit limitibus.

§. 195. Arbitrarii eiusmodi limites, quales in primis in monarchia locum habent, potiſſimum duplicis cogitari poſſunt generis:

1. vt exercitium iurium maieſtaticorum circumſcribatur ſiue conſenſu ſtatuum adhibendo, ſiue certa norma obſeruanda;

2. vt obiectum quoddam ab imperio ſupremo excipiatur.

§. 196. Vtriusque generis limites dantur in Germania qua vna republica conſiderata. Etenim

1. permulta iura maieſtatica ab Imperatore non ſine conſenſu ſtatuum exerceri poſſunt, quae IVRA COMMVNICATA ſ. COMITIALIA vocant.

2. Reliqua a ſolo quidem Imperatore exerceri poſſunt, iccirco RESERVATA dicta; ſed eorum quoque plurima certis normis adſtricta; pauciſſima PLENITVDINI POTESTATIS i. e. arbitrio Imperantis ſolum ex iure publico vniuerſali aeſtimando relicta ſunt.

3. Alia *exemta* ſunt a ſuprema Imperatoris poteſtate, veluti ſacra in primis, & quaecumque ad religionem ſpectant. Immo quod ad immediatum iurium maieſtaticorum exercitium attinet, omnes mediati Germaniae ciues in regula vniverſe a poteſtate Imperatoris excepti ſunt.

§. 197. In ſpecialibus Germaniae rebuspublicis aeque parum deficiunt *limites ſuperioritatis territorialis*, olim analogi circumſcriptae poteſtatis Caeſareae (§. 97.). Saltem in grauioribus ſuperioritatis iuribus exercendis in regula cuique ſtatui conſenſu ordinum prouincialium opus eſt; niſi quod legibus fundamentalibus forte nouioribus ſeu obſeruantia nouioris aeui mutatum, & quod ſine cauſſa, vel plane contra obligationem imperio debitam (§. 137. ſq.) denegatum conſenſum hic Imperator ex ſuprema poteſtate ſupplere poſſit.

I. *Liberum* itaque *iuris territorialis exercitium*, quod memorat I. P. O. art. 8. §. 1., (§. 157. a.), omnino haud illimitatum, ſed ſaluo iure tertii atque ordinum prouincialium intelligendum eſt, vti vel ipſa eiusdem pacis analogia docet, quum art. 10. §. 16., art. 11. §. 4. 8. 11. ordinibus terrarum Sueciae domuique Brandenburgicae ceſſarum omnis libertas, iura & priuilegia diſerte reſeruentur. Strubens Nebenſtunden I. 164.

Gottl.

Gottl. Sam. TREVER monſtrum arbitrarii iuris territorialis a legibus imperii e Germania profligatum. Francof. & Lipſ. 1739. 4.

Hier. Fried. SCHORCH diſſ. *de limitibus ſuperioritatis territorialis ſecundum leges fundamentales imperii.* Erf. 1744.

§. 198. Neque dubium eſt, vbi reſeruata eſt ſubditis libertas naturalis vel ius quodcumque ſiue lege imperii, ſiue lege fundamentali ſpeciali (§. 107.); ibi deſinere ſuperioritatem territorialem.

§. 199. Ceterum vero vti exceptio firmat regulam; ita

1. ſaluis hiſce limitibus ſaluaque ſubordinatione ſub Imperatore & imperio cuilibet ſtatui imperii vi ſuperioritatis territorialis ſunt ſingula iura, quae ex iure publico vniuerſali ſunt ſummo imperanti (§. 155.);

2. ſalua ſuperioritate territoriali ſubordinata ſaluisque reliquis imperii caeſarei limitibus (§. 196.) Imperatori in vniverſum imperium ſingulaque eius membra eſt ius ſummi imperantis ex iure publico vniuerſali.

§. 200. Quatenus autem imperium ciuile ex iure publico vniuerſali in abſtracto conſideratum in vnaquaque ciuitate vnum idemque eſt, idque vi limitum imperii in monarchia limitata non a ſolo principe exercetur, ſed conſenſus ordinum aliquando requiritur, adeoque tunc non voluntas principis, ſed principis & ſtatuum imperium conſtituunt; eatenus recte *ſtatus*, adeoque in Germania tum ſtatus imperii ratione Imperatoris, tum ordines prouinciales ratione ſtatuum imperii PARTICIPES IMPERII, COIMPERANTES, ſeu IN COIMPERIO CONSTITVTI dicuntur, licet *ſinguli* ſint maneantque *ſubditi*.



I. Nec

I. Nec quidquam inde formae monarchicae ſiue imperii ſiue territoriorum ſpecialium decedit, ſiquidem non tam in eo quaerendus character monarchiae diſtinctiuus, vt ſummum imperium penes vnicam perſonam ſit, quam vt vnica perſona maieſtate praedita in ſtatu naturali viuat, nulloque reſpectu ſubditus populi ſit; quum contra in democratia & ariſtocratia ii, penes quos in corpore eſt ſummum imperium, ſinguli eiusdem corporis ſint ſubditi, aeque ac ſtatus in corpore coimperantes, ſinguli ſubditi.

II. Immo plures inde haud minoris momenti conſequentiae poterunt colligi. Veluti

1. Ergo Imperator, qua talis, viuit in ſtatu naturali; ſed ex altera parte vniuerſum corpus imperii, qua tale, pariter; ſiue quod idem eſt, Imperator & imperium qua duae perſonae conſideratae ambae iuribus ſtatus naturalis vtuntur.

2. Status imperii & corpus cuiusque prouinciale, quia respublicae ſubordinatae ſunt, non quidem aeque in ſtatu naturali viuunt; ſed in locum iſtius ſtatus hic ſuccedit ſubordinatio erga Imperatorem, i. e. ſtatus & corpus cuiusque prouinciale, qua duae perſonae conſideratae, Imperantem iudicemque ſuperiorem venerantur Imperatorem; niſi quod ſingulare eſt ex conſtitutione & obſeruantia Germanica, quod partim ſpecies arbitrorum neceſſariorum adhibenda ſit a ſubditis contra dominum territorialem agentibus, partim dominis liceat ſubditos in propriis iudiciis conuenire.

PARS

# PARS II. SPECIALIS
CONTINENS
# IPSVM IVS PVBLICVM GERMANICVM.

## LIB. I.
## DE ADMINISTRATIONE REIPVBLICAE.

### SECT. I.
### DE MODO EXERCENDI IVRA MAIESTATICA IN GENERE.

### CAP. I.
### DE MODO EXERCENDI IVRA MAIESTATICA
SPECIATIM RESERVATA
### EX PARTE IMPERATORIS.

§. 201.

Ad intelligendum modum, quo exercentur in Germania iura maieſtatica ex parte Imperatoris, conſideranda *tum* quae perſonam Imperatoris concernunt, *tum* quae alios, qui ei a conſiliis vel miniſteriis ſunt.

§. 202.

§. 202. Circa *perſonam Imperatoris* tantum requiritur, vt ordinarie perpetuam intra fines Germaniae reſidentiam atque aulam habeat (a), & ſubſcribat, vbi obſeruantiae, nomen ipſius Imperatoris adeſſe, conuenit.

(a) CAPITVL. (1519.) art. 23. §. 1.: "Wir ſ. u. w. unſere Königl. und Kayſ. Reſidenz, Anweſung und Hofhaltung im H. R. R. Teutſcher Nation (add. 1658.: "es erfordere dann der Zuſtand der Zeiten ein anders, - - beſtändig") haben und halten."

§. 203. A *conſiliis* ac *miniſteriis* Imperatori ſunt *alii*, ſunt reliquiae moris priſtini, quo proceres, & potiſſimum quidem electores, erant a miniſteriis Imperatoris aulicis (§. 88. ſq.).

§. 204. *Pro more aularum hodierno* Imperatori *a miniſteriis aulicis* ſunt ſupremus aulae praefectus, camerarius, mareſchallus, aliique, quos pro lubitu Imperator conſtituit, modo ſint ex gente Germanica & nobilitate proprie ſuperiori (a).

(a) CAPITVL. (1519.) art. 23. §. 4.: "S. u. w. - - unſere Kayſerl. und des Reichs Aemter am Hof - - (add. 1663. & 1711.: als - - Obriſt-Hofmeiſters, Obriſten Cämmerers, Hof-Marſchallen, Hatſchier- und Leib-Garde-Hauptmanns u. d. g.) mit keiner andern Nation, dann gebohrnen Teutſchen, oder die aufs wenigſte dem Reich mit Lehen-Pflichten verwandt, - - nicht niedern Standes noch Weſens, ſondern nahmhafte Perſonen, und mehrentheils von Reichs-Fürſten, Grafen, Herren und von Adel, oder ſonſten guten tapfern Herkommens, beſetzen."

§. 205. A *conſiliis* Imperatori proprie tantum ſunt conſiliarii aulici, quales iam ſeculo XVI. fuerunt, qui ſolis rebus imperii vacarunt, inde CONSILIARII IMPERIALES AV-

LICI

LICI (Reichshofräthe) dicti, quique formam collegii habent, ſub directorio praeſidis & propraeſidis in duo ſcamna nobilium & eruditorum diuiſi. Quos pariter omnes Imperator conſtituit.

§. 206. *Ex antiquo more* ſuperſunt in primis iura ARCHICANCELLARIATVS MOGVNTINI, vi quorum omnia imperii negotia, quatenus ad cancellariam i. e. ad expeditionem potiſſimum & ad archiuum ſpectant, auctoritate electoris Moguntini curantur.

§. 207. Inde adhuc in aula Imperatoris eſt PROCANCELLARIVS IMPERII (Reichs-Vicecanzler), qui ab electore Moguntino ſub quolibet Imperatore conſtituitur, & nomine illius ſuprema cancellariae iura in rebus imperii in aula caeſarea occurrentibus exercet, cuiusque ſub directione continentur omnes alii, qui Imperatori qua tali a miniſteriis cancellariae ſunt (a). Adeo vt ſingulare corpus efficiat CANCELLARIA IMPERIALIS AVLICA (Reichshofcanzley), eaque nouiore demum aeuo diuiſa pro negotiis ſtatus vel iuſtitiae in Geheime Reichshofcanzley und Reichshofraths-Canzley oder Regiſtratur.

(a) CAPITVL. (1654.) art. 25. §. 1.: "In Beſtell- und Anſetzung der Reichshof-Canzley ſowohl des Reichshof-Vicecanzlers als - - anderer zur R. H. C. gehöriger Perſonen ſ. u. w. wir dem Churf. zu Maynz als Erzcanzlern durch Germanien in der ihm allein disfalls zuſtehenden Diſpoſition - - keinen Eingriff thun, noch einig Ziel oder Maaß geben rc. rc."

§. 208. Ratione reliquorum *aulae miniſteriorum* in reliquiis antiquioris aeui ſupereſt, *partim* vt hodierni miniſteriales aulici adhuc quodammodo quaſi ſubſtituti electorum (a),

& ſpeciatim mareſchalli aulici officia ab Archimareſchallatu (b) dependere cenſeantur, *partim* vt in concurſu officiorum aulicorum & ſubofficiorum electoralium hereditariorum (§. 39.) illa his cedere, ſaltem fructus officii relinquere legibus iubeantur (c).

(a) Sic in A. B. cap. 29. §. 1., nec ſine effectu vocantur "*ſub-*" *ſtituti officiales* (ab electoribus tamquam) a ſuis ſuperioribus."

(b) Vi CAPITVL. (1658. ex monito Sax.) art. 3. §. 25. ſollen, inquit Imp.: "dem Hofmarſchall in ſeinen zukommenden, und vom Erzmarſchall-Amte dependirenden Amts-Verrichtungen durch unſere Landes-Regierung oder andere kein Eintrag oder Hinderung gemacht werden."

(c) CAPITVL. (1619.) art. 3. §. 24.: "Wenn der Churfürſten Amtsverweſere und Erbämter bey unſerm Kayſ. Hofe begriffen, daß dieſelbe jederzeit, und inſonderheit, wann und ſo oft wir auf Reichs-Wahl-und andern d. g. Tägen unſern Kayſ. Hof begehen, oder Sachen vorfallen, dazu die Erbämter zu gebrauchen ſind, in gebührendem Reſpect gehalten, und ihnen von unſern Hofämtern keineswegs vor-oder eingegriffen werde. Oder da je wegen Abweſenheit ihre Stellen mit berührten unſern Hofämtern je zuweilen erſetzt werden ſollten; ſo wollen wir jedoch, daß ihnen - - die von ſolchen Verrichtungen fallende Nutzbarkeiten - - ohnweigerlich gefolget und gelaſſen und nicht von den Hofämtern entzogen werden" (add. 1742.) "oder auch, da ſolches würklich geſchehen ſollte, wir, auf erfolgte geziemende Anzeige, dieſes ſofort ein-und beſagte Erbämter klaglos ſtellen wollen." Adde CAPITVL. (1742.) art. 23. §. 5. Conf. quoque Moſers Staatsr. tom. 6. p. 121. ſq., F. C. Moſers kleine Schriften tom. 4. p. 1. ſq.

§. 209. Ab officiis autem hucvsque deſcriptis, quae Imperatori proprie qua tali inſeruiunt, probe ſecernendi ſunt officiales eius, quatenus alia qualitate aulam terrasque habet, ſiue vt vulgo aiunt, intuitu der Erblande.

§. 210. Sic in primis Imperatores gentis Auſtriacae, qua reges Hungariae & Bohemiae, & qua archiduces Auſtriae, reliq.,

liq., tum aulica, tum praeſertim alia ciuilia & militaria munera atque collegia multo plura habuerunt; veluti Geheime Räthe, Conferenz-Miniſter, Hof-Cammer-Räthe, Hof-Kriegs-Räthe, Erbland-Hofcanzleyen cet.

§. 211. Omnia haec officia ad Imperatorem proprie qua talem non attinent, nec proinde rebus imperii adhibenda erant (a). Verum quum tam curate duplex illa perſonae caeſareae qualitas haud vbique diſcerni poſſet, nec qua Imperatori ab officiis eius generis quisquam eſſet; inualuit ſenſim, vt non tantum nominetenus appellarentur Kayſerliche Geheime Räthe, Kayſerlicher Hofcammer-Rath, Kriegs-Rath cet., ſed & rebus imperii omni occaſione adhiberentur. Id quod obſeruantia ad hoc vsque aeuum continuauit (b), leges modo certis limitibus circumſcribunt (c).

(a) Spectat huc quoad cancellariam quoque CAPITVL. (1664. & 1711.) art. 25. §. 3.: "S. u. w. wir keineswegeſ geſtatten, daß der Reichscanzley - - einiger Eintrag geſchehe, es ſey von wem, und unter was Schein, es immer wolle."

(b) Vid. e. g. Moſers Staatsarchiv 1751. P. 3. p. 114.

(c) CAPITVL. (1742. ex mon. Brand.) art. 25. §. 4.: "S. u. w. wir die Kayſerl. und Reichs-Angelegenheiten - - an und durch niemand anders, dann durch den Reichsvicecanzler gehen, nicht aber dieſelbe zu unſerer Erbland-Hofcanzley ziehen laſſen." Conf. CAPITVL. art. 16. §. 15.

## CAP. II.
## DE MODO EXERCENDI IVRA MAIESTATICA NON RESERVATA SEV DE MODO ADHIBENDI CONSILIVM ET CONSENSVM STATVVM IN COMITIIS IMPERII.

---

Onuphr. PANVINIVS *de comitiis imperatoriis.* Baſil. 1558. 8. cum notis *Fried.* HORTLEDER Argent. 1613. 8.

Ort. FOMANN ſ. Bernh. BERTRAM diſſ. *de comitiis imperii R. G.* Ien. 1615. 4. in HAMPEL. *nucl. diſcurſ. iur. publ.* p. 745.

Io. STARICII *comitiorum fidus Achates.* Lipſ. 1621. 4.

Pet. STEPHANI diſſ. *de comitiis imperii R. G.* Gryphisw. 1623. 4.

Io. GÜNTHER *de S. R. G. I. comitiis.* Argent. 1626. 4.

Ioach. CLVTEN diſſ. *de comitiis S. R. I.* Arg. 1628. 4.

Dom. ARVMAEVS *de comitiis R. G. I.* Ien. 1630. 4.

Herm. CONRING diſſ. *de comitiis.* Helmſt. 1666. 4. *in operib.* tom. 2. p. 789. ſq.

Gottfr. KELNER diſſ. *de comitiis imp.* Altorf. 1670.

Ioach. HAGEMEIER *de comitiis.* Francof. 1676. 4.

Io. Cph. WAGENSEIL *de comitiis vniuerſalibus S. R. I.* Altorf. 1686. 4.

Ahasu. FRITSCH *de comitiis I. R. G.* Ratisb. 1690. in *opusc.* tom. 1. p. 109.

Io. H. BOECLER diſſ. *de comitiis vniu. I. R. G.* Arg. 1702. 4.

Gottfr. Kühlmanns hiſtoriſche Nachricht von Reichstägen mit B. G. Struvens Vorrede. Jen. 1711. 4.

Io. Henr. FELZ *de comitiis I. R. G. vniu.* Arg. 1712. 4.

Io. Henr. MEIER *de comitiis imp. vniu.* Erf. 1719. 4.

Laur. ARRHENII diſſ. *de comitiis vniu.* Vpſal. 1725. 8.

Io.

Io. Caſp. BARTHEL diſſ. *de comitiis vniu. I. R. G.* Würzb. 1738. 4.

Joh. Carl Königs gründliche Abhandlung von den Reichstägen überhaupt, und dem noch fürwährenden zu Regenſpurg ins beſondere. Nürnb. 1738. 8.

Joh. Baſil. Küchelbeckers Nachricht von denen im H. R. R. gewöhnlichen Reichstägen, inſonderheit von der Verfaſſung der fürwährenden Reichsverſammlung zu Regenſpurg. Leipzig 1742. 8. 2. Theile.

§. 212. Ad exercenda iura maieſtatica non reſeruata Imperatori opus eſt conſilio & conſenſu ſtatuum imperii (§. 196.), eorumque ordinarie quidem in COMITIIS IMPERII VNIVERSALIBVS congregatorum (§. 53.).

§. 213. Olim iſta comitia conuocarunt Imperatores, quoties opus iis viſum. Hodie perdurant adhuc comitia anno 1663. ab Imp. Leopoldo inchoata. Quae ſi quando ceſſauerint, leges nouiores iubent, conſenſu electorum & praedeliberatione iiscum ſuper loco & tempore inſtituta, intra fines Germaniae *conuocari* ab Imperatore *comitia*, non tantum 1.) quoties exercere vult ius maieſtaticum, ad quod conſenſu ſtatuum opus eſt, ſed & 2.) quoties ſecuritas & conditio imperii vel aliquot circulorum id exigit, vel 3.) quoties electores id monent, atque generatim 4.) ſaltem quouis decennio (a).

(a) CAPITVL. (ex perpet. 1663. & 1711.) art. 13. §. 1.: "S. u. w. wir, wenn dermahlen eins die comitia ceſſiren ſollten, wenigſtens alle zehen Jahre, und ſonſten, ſo oft es die Sicherheit und Zuſtand des Reichs oder einiger Kreyſe Nothdurft erfordert, mit Conſens der Churfürſten, oder da uns die Churfürſten darum anlangen und erinnern, einen allgemeinen Reichstag innerhalb des Reichs Teutſcher Nation halten, und alſo uns mit denſelben jedesmahl vor der Ausſchreibung ſowohl der eigentlichen Zeit als der Mahlſtatt vergleichen."

I. *Prima* cuiusque Imperatoris *comitia Norimbergae* celebrari vult A. B. cap. 28. §. 5., ſed oblita obſeruantia nouioris aeui. Cui tantum hoc conuenit, vt fere non poſſit non eſſe locus, vbi vtriusque viget religionis exercitium.

II. *Modus conuocandi* conſiſtit in litteris Imperatoris ſingulis ſtatibus mittendis, quae continent causſam conuocationis punctaque deliberanda.

§. 214. In quibusque comitiis adeſſe debet ipſe *Imperator*, eiusue commiſſarius (a), quem vnicum dumtaxat, eumque principem, agnoſcit obſeruantia ſub nomine PRINCIPALIS COMMISSARII. Qui adſiſtit ei, CONCOMMISSARIVS, non opus eſt, vt perſona illuſtris vel ex nobilitate auita ſit. Vtriusque nonnumquam nomen collectiuum adhibetur commiſſionis caeſareae. Eiusque ſingularis quoque eſt cancellaria ex directore, ſecretariis & cancelliſtis conſiſtens.

(a) CAPITVL. (1663. & 1711.) art. 13. §. 2.: "Auf ſolchen Reichstägen auch entweder in Perſon oder *per commiſſarios* in termino erſcheinen."

Wallrab. Chriſtian. ACKERMANN diſſ. *de commiſſione caeſarea in comitiis imperii.* Argent. 1709. recuſ. 1746. 4.

§. 215. *Status* comparent in comitiis omnes & ſinguli, qua *iure ferendi ſuffragium* vtuntur; veluti ſinguli electores, ſinguli, qui in ſenatu principum votum virile habent, principes eccleſiaſtici & ſeculares, vel curiata vota, praelati & comites, atque ſingulae ciuitates imperii.

§. 216. Nonnulli ſtatuum ſingularibus praecipuis & officiis funguntur; in primis *directorio*, tum in vniuerſum comitiorum, tum ſpeciatim collegii electoralis, elector Moguntinus;

tinus; ſenatus principum Archiepiſcopus Salisburgenſis & Archidux Auſtriae alternando ſecundum materias; collegii ciuitatenſis, ea ciuitas, vbi habentur comitia.

Nic. Cph. LYNKER diſſ. *de munere directoriali circa negotia imperii.* Ien. 1693. 4.
Io. Wilh. WALDSCHMIDT diſſ. *de directoriis imperii R. G.* Marb. 1710. 4.

§. 217. *Mareſchallatus* quoque functiones in comitiis ſuperſunt, potiſſimum in cura rerum externe neceſſariarum; veluti habitationis, ſeſſionis in conuentu comitiali, politiae cet., & in iurisdictione in Iudaeos. Quae ſub ſuprema directione archimareſchalli exercentur ab eius ſubmareſchallo, comite de Pappenheim, eiusue ſubſtitutis officialibus.

§. 218. Ciuitates numquam aliter, quam per deputatos comparere potuerunt. Ceteri qualescumque ſtatus (modo feminas, veluti abbatiſſas, exceperis,) regulariter olim in perſona comparuere. Mox arbitrio cuiusque relictum fuit, vtrum *ipſe*, an *per mandatarios* comparere velit? Nunc illius comparitionis, quam vocant, perſonalis vix exempla amplius dantur.

§. 219. Qui per mandatarios comparent, ex nouiori obſeruantia *legatos*, eosque vel *primi ordinis*, vti inter gentes vocantur, mittere contendunt, in primis electores & principes.

§. 220. Nec refert, *vnum pluresue* quis mittat, ſiue vni eidemque collegio deſtinatos, ſiue diuerſis, veluti electorum & principum, ſeu, quae vocant, DVOBVS SVPERIORIBVS COLLEGIIS.

§. 221.

§. 221. Addunt pariter quique vnum pluresue SECRETARIOS LEGATIONIS & CANCELLISTAS, ad gerendum protocolſum atque acta pro vnoquoque voto ſeu principali.

§. 222. Accedunt vtplurimum alii quoque *non ſtatus*, qui quid quaerunt vel ſollicitant, ſiue domeſtici, ſiue exteri, ſiue in perſona, ſiue per mandatarios legatosue.

Gottl. Sam. TREVER diſſ. *de iure ſtatuum imp. circa legatos exteros in comitiis.* Helmſt. 1728. recuſ. 1736. 4.

§. 223. Omnium horum, qui ad comitia accedunt, ante omnia eſt obſeruare ea, quae circa *legitimationem* atque *ceremoniale* ab vnoquoque exiguntur.

§. 224. *Legitimatio principalis commiſſarii* conſiſtit in litteris Imperatoris credentialibus ad legatos comitiales directis & in mandato procuratorio patente, quod vna cum illis mittit per nobilem quemdam directoriali legato Moguntino, qui illas tantum, non procuratorium, per dictaturam cum ſtatibus communicari curat. Quo facto principalis commiſſarius peractam legitimationem ſuam ſingulis legatis notificari curat, eorumque gratulationes per nobiles aut ſecretarios legationis recipit.

§. 225. *Concommiſſarius* legitimatur tantum litteris Imperatoris credentialibus, ſiue iisdem cum principali commiſſario, ſiue ſeorſum. Quibus pariter per dictaturam cum ſtatibus communicatis, atque notificatione ſingulis legatis peracta; horum gratulationes per ſecretarios legationis ei perferuntur.

§. 226.

§. 226. *Moguntinus directorialis legatus* legitimatur mandato procuratorio, quod ab illo traditur principali commiſſario, ab hoc publicatur decreto commiſſionis.

§. 227. Reliqui *comitiales legati* legitimantur mandato procuratorio, quod electorales & principales per ſecretarios legationis mittunt Moguntino, hic illorum ipſe, horum per ſecretarium legationis recipit; comitum legati & ciuitatenſes ipſi adferunt Moguntino, hic ipſe quoque recipit. Nec tamen dictatur vllum tale legati comitialis procuratorium; ſed tantum per directoria in ſuo cuiusque collegio indicantur, quapropter principum ac ciuitatum directoria Moguntinus ea de re certiora reddit.

§. 228. *Legati exterorum* legitimantur litteris credentialibus, aut in originali Latine ſcriptis, vti Anglici & Ruſſici, aut cum verſione Latina, vti Gallici, vel Germanica, vti Bataui. Quae per ſecretarium legationis delatae Moguntino directoriali legato, ab hoc dictari curantur.

§. 229. *Secretarii legationum comitialium* legitimantur per atteſtata legatorum, quae ab electoralibus proferuntur directorio Moguntino, a principalibus proprie ſubmarſchallo hereditario, eiusque ob abſentiam, vi transactionis prouiſoriae 1731. initae, legato archimareſchalli Saxonici.

§. 230. *Ceremonialium* hoc primum eſt, vt inter pares is, qui primum adeſt, de aduentu alterius poſteriori rite certior factus, ad hunc primum accedat, deinde hic illum reuiſat; ſuperior contra inferiorem, ſiue hic prius, ſiue ſerius advenerit, ſemper primum ſe viſentem exſpectet. Qua in re ta-

men ob tot diuerſas perſonarum, quae in comitiis ſunt, conditiones innumerae iam exortae ſunt lites, quotidie nouae naſcuntur.

§. 231. *Deliberationibus comitialibus anſam praebet* in primis *Imperator;* & quidem ſub initium comitiorum per PROPOSITIONEM PRINCIPALEM, qua ſollenniter aperiuntur comitia (a); in progreſſu comitiorum per decreta caeſarea, quae, dum per commiſſarium principalem conuentui comitiali ſignificantur, DECRETA COMMISSIONIS, alias AVLICA dicuntur; licet ordinem propoſitionis caeſareae in deliberando ſequi non ſe adſtrictos velint ſtatus (b).

(a) Vi CAPITVL. (1663. & 1711.) art. 13. §. 2. ſoll der Kayſer "ſobald nach verſchienenem termino die Propoſition thun, oder zum längſten nicht über 14. Tage aufhalten laſſen."

(b) CAPITVL. (1742. ex mon. Sax.) art. 13. §. 4.: "wobey jedoch die Churf. F. und Stände an die Ordnung der in propoſitione enthaltenen Puncten nicht gebunden ſeyn ſollen."

§. 232. *Alii* quoque, ſiue ſtatus ciuesue imperii, ſiue exteri, deliberationibus comitialibus poſſunt anſam dare litteris, memorialibus, aliisue ſcriptis.

§. 233. Qualiacumque ſcripta ad legalem ſtatuum eorumve legatorum in comitiis congregatorum notitiam deducendi vnicus modus eſt DICTATVRA, qua iuſſu directorialis legagati Moguntini ſingulis legationibus comitialibus, vt certa hora cancelliſtas ad locum eum in finem dicatum mittant, indicitur, deinde per ſecretarium legationis Moguntinae ſingulis cancelliſtis vel in calamum dictatur ſcriptum, vel impreſſum diſtribuitur. Priuatae proprie communicationis modus eſt diſtributio

butio ad aedes, vel expeditio litterarum ad ſingulas legationes comitiales.

§. 234. Quodſi dubitatio, vtrum quid dictandum ſit, ſuboritur, veluti ob indecens ſcribendi genus; collegium electorale eius rei cognitionem ſibi vindicat (a). Ceterum omnia comitiis deſtinata ſcripta ocyus dictari, nec in ſpecie grauaminibus ac deſideriis ſtatuum vmquam denegari aut protrahi dictaturam, nouiores volunt imperii leges (b).

(a) Iam Carolus VI. promiſerat in CAPITVL. art. 13. §. 7.: nicht "daran hinderlich zu ſeyn, daß die in dergleichen Sachen (ſcil. ſuper grauaminibus contra aulam caeſaream) eingegebene Memorialien, wenn dieſelbe anders mit gehöriger Ehrerbietſamkeit (add. 1742.: und ohne unziemliche harte Ausdrückung) eingerichtet ſind, (add. 1742. ſeu potius recto demum loco 1745.: forderſamſt) zur Dictatur gebracht, und den Ständen auf ſolche Weiſe communicirt werden. Vbi 1742. additum: "worüber jedoch, wann ſich deshalb einiger Anſtand findet, das Reichs-Directorium mit dem Churfürſtlichen *Collegio* vorgängige Communication und Beredung zu pflegen, und darnach zu verfahren hat."

(b) Praeter vocem forderſamſt in not. praeced. promittit Imp. in CAPITVL. (1742.) art. 13. §. 8.: "darob beſonders zu halten, daß die beym Reichsconvent einkommende grauamina und deſideria ſtatuum, nach der vom Chur-Mayntziſchen Reichs-directorio geſchehenen, und unter keinerley Vorwand zu verweigernden oder zu verzögernden, ſondern ſofort zu verfügenden Dictatur, von beſagtem Reichs-directorio längſtens innerhalb 2. Monathen, oder, wo periculum in mora iſt, noch eher zur Propoſition und Berathſchlagung gebracht werden."

§. 235. Poſt dictaturam, priusquam ipſa deliberatio inſtituatur, adhuc neceſſe eſt, vt materia, de qua agendum, ad deliberandum indicatur, ſeu memoretur, vt aiunt, in der Anſage, im Anſage-Zettel.

§. 236. Nimirum ad quaſuis ſeſſiones, quae hodie, niſi feriae ſint, ordinarie bis per ſeptimanam die Lunae & Veneris habentur, praecedente die indicitur ſingulis legationibus comitialibus per ſingulares ſchedulas, quarum tenor in cancellaria directoriali Moguntina concipitur, quaeque expediuntur per cancellariam marſchallatus hereditarii. Quibus in litteris ſingula argumenta, ſuper quibus inſtituenda deliberatio, nominari ſolent.

§. 237. *Ipſae deliberationes comitiales* ab vnoquoque trium collegiorum ſeorſum congregato inſtituuntur. Quorum proinde coetibus ſingularia quoque conclauia dicata ſunt; licet ſit etiam, vbi omnes ſtatus conuenire poſſint, der Re- und Correlations-Saal.

§. 238. Legati duorum ſuperiorum collegiorum plerumque communiter prius conueniunt, donec deliberandi cauſſa ad ſuum quemque collegium ire oporteat. Ciuitatenſes ſemper ſtatim ſeorſum ſe congregant. Secretarii legationum pariter ſtatim ſuum cuiusque collegii conclaue adeunt.

§. 239. *Electorales*, quando ad collegium eunt, ordinarie praeſentibus ſecretariis, aliquando remotis iis, certo ordine ſedendi obſeruato, audita propoſitione Moguntina, & gerente protocollum principale ſecretario Moguntino, aut generatim breuibus colloquuntur, &, quid ſtatuendum ſit, conueniunt, aut, collectis ſingulis votis, quod vocant Umfrage, ſuffragia ferunt Treuirenſis primum, dein Colonienſis, poſt ſeculares, demum Moguntinus, isque adnectendo, vel in eadem, vel alia ſequente ſeſſione, concluſum electorale ſeu per vnanimia ſeu per maiora.

§. 240.

§. 240. In *ſenatu principum* ad propoſitionem & protocollum alternantis directorii Salisburgenſis vel Auſtriaci ſuffragia feruntur aut in ſeſſione, dum quilibet ſuum locum occupat, & ſingula vota nominatim conuocantur a directorio ex certo indice (Aufruf-Zettel), alternando inter vota principum eccleſiaſticorum & ſecularium, finitisque votis virilibus inter vota curiata praelatorum & comitum; aut in circulo ſine conuocatione nominum. Vtroque modo ſecundum vnanimia vel maiora directorium concluſum concipit ſeu eadem ſeu ſequente ſeſſione.

§. 241. *Ambo ſuperiora collegia* plerasque deliberationes aut ſimul inſtituunt, aut mox vnum alterum ſequitur. Idque, quod primum concludit, alteri hoc ſignificat.

§. 242. Vtriusque concluſo hinc inde commutato collegium electorale ſolet exſpectare monita ſenatus principum, ſuperque iis de nouo deliberare, deliberata iterum cum ſenatu principum, per directoria vtrinque, communicare, atque ſic pergere, donec vel conueniant, vel non conciliandum oſtendant diſſenſum.

§. 243. Facta hac, quam vocant, RE- ET CORRELATIONE inter ambo ſuperiora collegia, ſi conueniunt, fit *commune concluſum duorum ſuperiorum collegiorum*; idque tunc communicatur cum ciuitatenſibus.

§. 244. *Collegium ciuitatenſe* interim vtplurimum iam deliberationes ſuas inſtituit, atque concluſum ſuum, deinde & monita ſua in concluſum collegiorum ſuperiorum cum his com-

communicat. Et ſic *re- & correlatio* illa continuatur, donec fieri poſſit *concluſum commune trium collegiorum.*

§. 245. Iam omnino quidem fieri poteſt, vt *diſſentiant tria imperii collegia*, ſiue ſuum peculiarem quodque ſenſum habeat, ſiue duo ſuperiora collegia inter ſe, ſiue a ciuitatibus diſſentiant. Frequenter etiam ob talem diſſenſum nihil porro agitur. Attamen, quod ad ius attinet, non tam ex maioribus inter tria collegia ſuffragiis, quam ex adſenſu Imperatoris aeſtimari debet rei, de qua agitur, perfectio.

§. 246. Singula itaque concluſa trium collegiorum, adnexa ſaepe diſſentientis vnius collegii ſingulari opinione, mutantur in formam *ſuffragii* ex parte totius *imperii* ad Imperatorem deferendi, quod vocant Reichs-Gutachten.

§. 247. Tale ſuffragium per directorium Moguntinum perfertur principali commiſſario caeſareo, & ab hoc Imperatori mittitur, qui in aula ſua (§. 211. c.), vtrum ſuffragio accedat necne? aut, in cuius, ſi diſſentiunt collegia ſtatuum, ſententiam eat? disquirit.

§. 248. Quodſi *Imperator haud conſentit* in id, quod ex parte imperii ei proponitur; hoc ad perfectionem non venit. Quod vel tacite accidit, quando Imperator conſenſum non declarat. Nonnumquam diſerte declarat diſſenſum.

§. 249. Sin *conſentit* Imperator ſiue cum vnanimi trium collegiorum ſuffragio, ſiue cum vnius partis ſententia; ratum habet illud ſuffragium ſiue in vniuerſum, ſiue quoad hanc

ſententiam. Ideque DECRETO COMMISSIONIS, quod tunc dicitur RATIFICATIONIS (Ratifications-Commiſſions-Decret), ſignificatur per commiſſarium principalem legatis comitialibus, dum Moguntino directoriali legato decretum illud traditur, & ab hoc dictari curatur.

§. 250. Nunc demum, quamprimum ſuffragio imperii ratificatio caeſarea acceſſit, fit *concluſum imperii* omnibus numeris abſolutum (ein verbindlicher Reichsſchluß). Taliaque concluſa, quamdiu comitia durant, ſuper ſingulis negotiis occurrentibus fiunt.

§. 251. Quando finis comitiis imponitur, ſingula eorum concluſa, quorum vſus in futurum cogitatur, colliguntur in formam vnius legis, quam vocant RECESSVM IMPERII (Reichs-Abſchied). Quales proinde receſſus ſolius quidem Imperatoris nomine & auctoritate expediri, a ſtatibus tamen aeque ac Imperatore ſimul ſanctione per modum pacti firmari ſolent. Vnde & nomina ſtatuum, eorumque, qui comitiis interfuerunt, legatorum per Moguntinum adſcribuntur; Imperator autem vna cum electore Moguntino aut procancellario imperii ipſe ſubſcribit. Sigillum quoque Imperatoris atque deputatorum quorumdam ſtatuum additur. Sicque originale defertur ad Archiuum imperii Moguntinum, & publicatur demum receſſus tum in toto imperio, tum ſpeciatim ſupremis imperii tribunalibus.

§. 252. Hodie, quum continuentur ab anno 1663. inde coepta tum comitia, *receſſus imperii nouiſſimus* eſt anno 1654. confectus. Necdum ad effectum peruenere conſilia haud

ita

ita pridem agitata de conficiendo *interim* receſſu nouo (Interims-Receß) (a). Ipſa *comitia* porro *perpetua* fore vt maneant, indies veriſimilius magisque vtilitati imperii conducere videtur.

(a) Vid. Churfürſtlich Collegial-Schreiben ad art. 13. §. 3. CAPITVL. (1742.) "die Sammlung derer während jüngern Reichstags abgefaßten Reichs-Schlüſſe in einem Interims-Abſchied ꝛc. ꝛc. betreffend," in Schmauß. *corp. iur. publ.* p. 1497.

## CAP. III. DE COMITIIS CORPORIS EVANGELICORVM ET CATHOLICORVM, DE AMBORVM IVRE EVNDI IN PARTES, ET DE MODO AGENDI DE CORPORE AD CORPVS.

### I. DE COMITIIS CORPORIS EVANGELICORVM ET CATHOLICORVM.

G. S. TREVER *de comitiis corporis Euangelici*. Helmſt. 1723. 4.

§. 253. Ex quo ſtatus, qua religione diuerſi, duo corpora formarunt (§. 189.), quorum vnumquodque iure ſeorſum deliberandi vtitur (§. 191.); in primis in comitiis imperii vniverſalibus id contigit, vt ſtatus, vbi tamquam vnum corpus conſiderari non poterant, in duas partes irent, & ſuas vnumquodque corpus, quoties cuique opus viſum, deliberationes peculiares inſtitueret.

§. 254.

§. 254. Eatenus itaque *cum comitiis imperii* vniuerſalibus *coniuncta* ſunt comitia vtriusque corporis tum Catholicorum tum Euangelicorum, vt eaedem perſonae, quae in illis deliberationes nomine totius imperii tamquam vnius corporis inſtituunt, in hisce ſegregatae pro diuerſitate religionis duo corpora forment, & cuiusque corporis comitia vniuerſalia, quoties lubet, habere poſſint.

§. 255. Sic ex obſeruantia conſiſtunt COMITIA CORPORIS EVANGELICORVM in congregatione legatorum comitialium Euangelicorum, COMITIA CORPORIS CATHOLICORVM in coetu legatorum comitialium Catholicorum.

§. 256. Quùm nemo alius ad comitia corporis accedat, quam qui comitiis imperii intereſt; *nulla* in illis ſingularis *legitimatio*, *nec ceremoniale* opus eſt. In ceteris autem permultum ex analogia comitiorum imperii vniuerſalium obſeruatur.

§. 257. Ad legalem notitiam alterutrius corporis vt quid perueniat, pariter ordinarius modus eſt DICTATVRA inter Euangelicos per Saxonicum, vti inter Catholicos per Moguntinum, peragenda.

§. 258. Deliberationes inſtituuntur in CONFERENTIIS, quas vocant, Euangelicorum vel Catholicorum. Iisque, quoties opus, curante directorio indicitur. Neque temporis neque loci ratione perpetuo idem obſeruatur. Euangelici frequentius, quam Catholici conueniunt.

§. 259. *Conueniunt* in cuiusque corporis conferentiis ſinguli legati comitiales eius religionis. Iique haud ſegregati per

P tria

tria imperii collegia, coniunctim omnes & promiſcue *delibe-rant*, proponente votaque colligente cuiusque corporis directorio; ne obſeruato quidem tam ſtricte votorum ordine, niſi quod incipere electorales ſoleant. *Secretarii legationis* haud adſunt; ipſi legati curam ſui cuiusque protocolli habent.

§. 260. Quae per vnanimia vel maiora concludit alterutrum corpus; ſaepe ſubſiſtunt in ſpecie conuentionis (einer genommenen Abrede), vel alterius qualiscumque *concluſi*, quod tantum ratione corporis, in quo confectum, vim obligandi habet. Idque tunc modo dictatur inter membra eiusdem corporis, & a quolibet legato ad ſuum cuiusque principalem mittitur. Aliquando & cum directoriis imperii communicatur, vel aliter publici iuris fit.

§. 261. Sin quid concluditur, quod citra concluſum aliam adhuc *expeditionem* exigit; ſiue ex parte directorii, ſiue ab alio quodam membro corporis, ex huius placito, quidquid opus, concipitur. Legitur deinde in conferentia; ac monetur, ſi quid monendum ſupereſt. Tandem deſcribi curatur, ſigillari, inſinuari vel mitti, vbi opus, demum dictari, vel impreſſum diuulgari.

§. 262. Sic in primis *litterae* expediuntur a corpore altervtro ſiue ad Imperatorem, ſiue ad conſtatum quemdam, ſiue ad alium quemcumque. Quae, prouti res fert, continent interceſſionem, dehortationem, admonitionem, aliasue preces ſeu repraeſentationes.

II. DE

## II. DE IVRE EVNDI IN PARTES.

Sacra libertatis anchora, h. e. *Analyſis* §. in cauſſis relig. 52. art. 5. I. P. W., *vbi agitur de pluralitate votorum, in quibus cauſſis non ſit attendenda? ſpeciatim de iure eundi in partes, nec non de iuribus ſingulorum.* Quarumdam legationum Euangelicarum praeſcitu impreſſum. Ratisbon. 1720 fol. (in Fabers Staatscanzley tom. 38. p. 314. ſq., Moſers Staatsrecht tom. 48. p. 381. ſq., Schauroths Samml. vom corp. Euang. tom. 2. p. 42. ſq.)

Gabr. Schweder diſſ. *de iure eundi in partes, ſiue de caſibus a iure maioris partis in comitiis S. R. G. I. exceptis, in I. P. W. art. 5. §. 52. firmatis.* Reſp. Wolfg. Paul. Burgermeister (in *diſſ. Schweder.* tom. 2. p. 1109.)

Io. Adam Iekstatt diſſ. 1. *de eo, quod iure publ. vniuerſali & particulari imperii R. G. circa concluſa communia ex maiori ſuffragiorum numero formanda iuris eſt,* Würzb. 1738. 4; Diſſ. 2. *de fundamentis atque hiſtoria exceptionum a iure maiorum in conuentibus imperii tam vniuerſalibus quam particularibus.* ibid. eod.; Diſſ. 3. *de cauſſis religionis a iure ſuffragiorum maiorum in comitiis imperii R. G. exceptis.* ibid. eod.; Diſſ. 4. *de cauſſis, in quibus ſtatus imperii in partes eunt, a iure ſuffragiorum maiorum exceptis.* ibid. 1740. 4.

God. Dan. Hoffmann diſſ. *de voto Euangelicorum communi.* Gieſſ. 1740. 4.

§. 263. Speciatim quoque ſic ab vno alteroque corpore exercetur ius eundi in partes, ſiue ius declarandi ſententiam vnius corporis, eo effectu, vt non attendi tunc votorum pluralitas, neque id, in quo diſſentit vnum corpus ab altero, tunc aliter, quam ſola amicabili compoſitione, dirimi poſſit (§. 189. I.).

§. 264. Ius hoc, in primis in ſecuritatem Euangelicorum contra pluralitatem votorum Catholicorum, & ad obſeruandam proinde aequalitatem exactam vtriusque corporis (§. 87.) introductum, tum ex ipſa pace Weſtphalica tum ex analogia iu-

ris publici, tum per obſeruantiam citra omnem controuerſiam poſitum eſt; & pleniſſime obtinet.

§. 265. Vi *pacis Weſtphalicae* (§. 189. I.) pluralitas votorum ceſſat, non tantum 1.) in cauſſis religionis, ſed & 2.) in omnibus aliis negotiis, vbi ſtatus tamquam vnum corpus conſiderari nequeunt, vti etiam 3.) quandocumque Catholici & A. C. ſtatus in duas partes eunt. Adeoque *ius* hoc *eundi in partes* omnino *in omnibus & qualibuscumque cauſſis locum habet.*

I. Verba pacis Weſtphalicae art. 5. §. 52., quae hic repeti merentur, haec ſunt: "*In cauſſis religionis, omnibusque aliis ne-*"*gotiis*, vbi ſtatus tamquam vnum corpus conſiderari nequeunt, "*vt etiam* Catholicis & A. C. ſtatibus in duas partes euntibus; "ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, non attenta votorum "pluralitate."

II. Verba haec ſi tantum de cauſſis religionis loqui ſtatueris; perinde eſſet, ac ſi dixeris: In Turcis, omnibusque aliis Turcis, vt etiam Turcis non eſt quaerenda fides. Quod ſane ineptum dicendi genus auctoribus pacis Weſtphalicae imputare quam iniquum ſit, optime monitum in *ſacra libert. anch.* §. 23. ſq.

§. 266. Per *analogiam* iuris publici noſtri fieri non poteſt, vt vniuerſum corpus quoddam vno ore ſemper ſuam ſententiam declaret alteri corpori, ſiquidem negotia imperii haud in vno omnium coetu, ſed ſeorſum in tribus collegiis tractantur. Hinc exerceri ius eundi in partes vix aliter poteſt, quam vt ſententia iſtius corporis, quod ab altero diſſentit, in eo coetu, vbi pluralitas votorum metuitur, ad ſiſtendam hanc declaretur, ſeu, quod vocant, VOTVM COMMVNE ex parte corporis feratur.

§. 267.

§. 267. Quodſi quidem praeuideri poteſt, e re vnius corporis fore, vt in partes eat in hac vel illa deliberatione comitiali; in conferentia corporis prius praeparari & componi poteſt atque ſolet votum commune, idque tunc iis, quorum primum eſt loqui in ambobus ſuperioribus collegiis, veluti ex parte Catholicorum directoriis Moguntino, & Salisburgenſi vel Auſtriaco, ex parte Euangelicorum Saxonico electorali & Magdeburgico, committitur, & ab iis communi nomine in vtroque ſuperiori collegio, quando argumentum illud occurrit, proponitur.

§. 268. Neque tamen ſemper vno eodemque modo votum commune ferri aut poſſe aut debere, res ipſa docet; nec, quod probe notandum, ratione modi, quo exerceatur ius eundi in partes, vllis limitibus illud circumſcripſit pax Weſtphalica. Quapropter pro cuiusque caſus circumſtantiis admittendum eſt exercitium iſtius iuris, quod nullo modo reſtringi vel ratio ſecuritatis minoris partis & aequalitatis inter vtramque partem obſeruandae (§. 264.) patitur.

§. 269. Quum igitur nec deliberationes comitiales ſemper in ambobus ſuperioribus collegiis vna ac ſimul inſtituantur, nec alterum alterius deliberationibus ſtringatur; pluralitas autem votorum vel in vno tantum collegio contra intentionem atque rationem pacis Weſtphalicae alteram partem vincere poſſet; certe non poteſt contendi neceſſitas, in ambobus ſemper ſuperioribus collegiis vna ac ſimul ferendi votum commune, ſed *in ſingulo quouis collegio* id fieri iure poteſt.

§. 270. Saepenumero ante ipſam inſtitutam deliberationem comitialem praeuideri non poteſt ex parte vnius corporis

 me-

metuenda ex parte alterius pluralitas votorum. Hinc *contendi nequit*, neque enim pax Weſtphalica id exigit, *vt ſemper ante ſuffragia ſigillatim lata indicetur votum commune.* Sufficit, modo ante, quam concludatur ex pluralitate votorum, adpareat diſſenſus vnius corporis ab altero, isque ad effectum, ne attendi queat pluralitas votorum, indicetur ab illo re adhuc integra.

§. 271. Negari porro nequit, ius eundi in partes conceſſum eſſe ſtatibus, vbi tamquam vnum corpus conſiderari nequeunt, adeoque vbi *vnum corpus* ab altero diſſentit. Proinde exercetur illud ius a ſtatibus vnius religionis, qua vno corpore, i. e. qua vna perſona morali. Voluntatem autem vnius corporis non praeciſe ex vnanimi omnium eius membrorum conſenſu aeſtimari poſſe, inter omnes conuenit. Nec citra corpus cuiuscumque alterius, adeoque nec alterius corporis, quidquam intereſt, multo minus disquirendi ius eſt, vtrum per vnanimia, an per maiora quid in illo corpore concluſum ſit, modo, quod ſufficit, ſententia corporis, declaretur, quod proinde non ſingulis ſuffragiis, ſed voto communi fit. Ergo *ad exercendum ius eundi in partes non praeciſe vnanimia iſtius corporis poſſunt exigi, ſed vel maiora ſufficiunt.*

I. Notandum hic in primis ſilentium contrarii in pace Weſtphalica. Atque tantum abeſt, vt obſit, vt potius quam maxime proſit, alia eiusdem pacis ſanctio, quod ad ſiſtendam pluralitatem votorum *in iudiciis imperii* attinet. Ibi nempe art. 5. §. 56. de iis, quae remitti ad comitia iubentur: "ſi ex paritate "aſſeſſorum vtriusque religionis, pari ſemper vtrinque iudican-"tium

"trium numero contrariae oriantur ſententiae;" aliter ſtatuitur: "ſin duo pluresue Catholici cum vno aut altero A. C. aſſeſſore, "& viciſſim vnam, reliqui vero totidem numero, quamuis religione diſpares, alteram amplexi fuerint ſententiam, indeque "contrarietas oriatur." Haec reſtrictio hic §. 56., vbi de iudiciis imperii agitur, diſerte expreſſa, in §. 52., vbi de iure eundi in partes agitur, haud addita, generatim efficit, vt optimo iure poſſit colligi: ibi valere, hic non valere illam reſtrictionem.

II. Sed & alia omnino ratio ſubeſt. In iudiciis imperii ſemper pares vtrinque numero ſupponuntur; in comitiis collegiisque ſtatuum multo ſecus. In illis pauciores numero, veluti ſex, decem cet.; in his multo ſuperiores numero. Ergo & ratio differentiae, quae firmat differentiam in ſanctione & interpretatione legis, ſatis clara.

§. 272. Demum *ſi vel ſinguli quoque ſtatus* vnius religionis *ſuffragia ſua iam ſigillatim tulerint, eorumque vnus alterue iam alterius partis ſententiae conſenſum praebuerit; tamen*, modo ante concluſum, *votum commune proferri poteſt*, ſiquidem hoc poſt ſingula ſuffragia omnino adhuc locum habet (§. 270.), & quidem per maiora (§. 271.), & vel ceteroquin negari nulli ſtatuum poteſt ius reuocandi ſuffragium mutandique ſententiam, quamdiu concluſo nondum facto res integra eſt; id quod vel praeſumi oportet, quando, poſt vota ſigillatim lata, votum commune profertur.

§. 273. Qualitercumque autem propoſito voto communi, ſigillatim ſuffragia ferre deſinitur, ſed vnius corporis voto communi alterius pariter communi reſpondetur, & ſola amicabilis compoſitio ad dirimendam controuerſiam ſupereſt.

§. 274.

§. 274. Omnia & ſingula haec, vti ex pace Weſtphalica & ex analogia iuris publici euicta ſunt (§. 265. ſq.), etiam *obſeruantia* firmat (§. 264.). Non tantum enim ex parte Catholicorum ius eundi in partes pleniſſime ſic exercitum fuit, adeoque vel ex aequalitatis exactae ratione idem Euangelicis negari nequit; ſed & hi, contradictione licet obmota, iam plus vice ſimplici id exercuerunt, masculeque defenderunt.

I. Ad *probandam obſeruantiam* iſtam, notanda in primis

1. reſponſio collegii electoralis ad deductionem Euangelicorum in puncto paritatis religionis in deputationibus ordinariis, dictata in comitiis d. 23. Nov. 1653. hisce verbis:

> "Es könnte durch dieſe Imparität der Religion im Churfürſtlichen collegio bey ordinari Deputationstägen der Augſpurgiſchen Religion kein Präjudiz zuwachſen, weilen die Herren Churfürſten unter ſich auf allen Fall und euentum der auf den ordinari Deputationstägen vorfallenden Religions- und andern hernach gemeldten Sachen, quoad imparem perſonarum numerum dahin mit einander allſchon verglichen, daß nehmlich in erſtgedachten 1.) Religions- 2.) andern Sachen, da die Stände als ein Corpus nicht conſideriret würden, wie auch 3.) da die Catholiſche und Augſpurgiſche Confeſſions-Verwandte Stände, alſo auch im Churfürſtlichen *Collegio* die Catholiſche und Augſpurgiſche Confeſſions-verwandte Churfürſten, ſich in zwey Theile ſcheiden, auf mehrere Stimmen nicht geſehen, ſondern allein auf gütliche Handlung (wie man nun hierzu durch ein, zwey oder mehrere Umfragen und Zuſammentrettung gelangen möchte) ſtatt finden ſollte ꝛc. ꝛc. LONDORP. *act. publ.* tom. 7. lib. 6. cap. 368. p. 360.

2. Caſus, qui ex parte Catholicorum accidit 1671. & 1672. Quum nempe tum ageretur in comitiis von Beſtellung vier General-Majors, atque Euangelici cum conſentientibus quibusdam Catholicorum votis maiora efficerent; reliqui Catholici, auctoribus Auſtriaco & Bauaro, d. 10. Apr. 1672. in partes iuerunt ad obtinendam ſententiam, quod paritas religionis in delectu genera-

generalium belli officialium obſeruanda, de qua ceterum non dubitabatur, praeciſe id requirat, daß nicht zwey General-Majors zu Pferde Evangeliſch, und zwey General-Majors zu Fuß Catholiſch; ſondern nothwendig ein Catholiſcher und ein Evangeliſcher General-Major zu Pferde, und dann auch zu Fuß eben ſo seyn müſſe. Quo facto amicabili compoſitione declaratum im Projecte Reichsgutachtens d. 10. Iun. 1672.; "Man habe ſich dahin verglichen ꝛc. ꝛc. Sicque confectum tandem ipſum ſuffragium imperii d. 6. Nov. 1673.

3. Exercitium eiusdem iuris ex parte principum Euangelicorum in der Toggenburgiſchen Sache die 22. Aug. 1712., vbi d. 2. Sept. 1712. maſcule defenderunt Euangelici:

> "daß die Evangeliſche kraft I. P. W. befugt ſeyen, in partes zu gehen, nicht allein in corpore, ſondern auch in collegiis, und in allen Sachen, da ſie von den maioribus Catholicorum einigen Schaden zu beſorgen; auch daß ihnen nicht gewehret werden könne, communia vota abzulegen; item daß die paritas religionis auch bey commiſſionibus cum exteris zu beobachten ſey." (Moſers Staatsrecht tom. 48. p. 369. ſq., Schauroths Samml. vom corp. Euang. tom. 3. p. 722. 727. ſq.)

4. Votum commune Euangelicorum in ſenatu principum d. 10. Ian. 1717. latum in der Cöllniſchen Matricular-Moderations-Sache. Qua occaſione iam ſcripta fuit allegata ſupra (p. 115.) ſacra libertatis anchora, publicata deinde 1719., quum de nouo immineret neceſſitas eundi in partes in der Erzamts-Sache; & ab ipſo corpore Euangelicorum addita dem Vorſtellungs-Schreiben an Kayſerl. Maj. d. d. 16. Nov. 1720., auf das über die Religions-Beſchwerden der A. C. Verwandten am 12. Apr. 1720. dictirte Kayſerliche Commiſſions-Decret.

5. Ius eundi in partes in ſenatu principum exercitum d. 10. Oct. 1727. ſq. in der Zwingenbergiſchen Sache, votaque communia hac occaſione prolata. Moſers Staatsr. tom. 48. p. 394. ſq., Schauroth *l. c.* tom. 3. p. 870. ſq.

## III. DE MODO AGENDI DE CORPORE AD CORPVS.

§. 275. Quandocumque adparet diſſenſus vnius corporis ab altero; ceſſante ſuffragiorum pluralitate (§. 273.) vel quieſcit negotium & nihil agitur, vel ſola amicabili compoſitione de corpore ad corpus, vti aiunt, agendum eſt.

I. Sic de corpore ad corpus agi debuit 1) in condenda transactione Paſſauienſi, ac pace religioſa; 2) in cauſſis grauaminum religionis, de quibus ſiue in genere ſiue ſigillatim actum fuit, veluti in puncto reſtituendorum ex P. W. & clauſulae Ryswicenſis; 3) in aliis quibuscumque cauſſis, vbi ex parte corporis vnius in partes itum, nec tamen nihil agi debuit.

§. 276. *Modus* agendi de corpore ad corpus *alius* eſt *in pleno*, dum vel ex quauis parte totum corpus agit haud diviſum per collegia, vel diuiſum in tribus, ſeu potius in duobus ſuperioribus collegiis, quibus demum in re- & correferendo (§. 244.) ciuitates accedere ſolent.

§. 277. *Alius modus* eſt agendi *per deputationem*, quae vel ab vtroque corpore ſimul & vna, vel ab alterutro tantum, ad ſignificandam alteri corpori alterius ſententiam, conſtituitur.

I. Prius factum 1704., quum ſex perſonae ex paritate religionis ad diſcutienda grauamina religionis ab ambobus corporibus deputarentur, ſed ſine ſperato euentu. Vnde concluſum in corpore Euangelicorum d. 10. Jul. 1720., haud amplius inire illum tractandi modum, ſed potius adhibere modum poſteriorem (a).

(a) "Daß

(a) "Daß man, wegen der groſſen bey einer Reichs-Deputation vorkommenden, faſt unüberwindlichen Schwürigkeiten, auch vielen andern in vorigen Fällen ſich geäuſſerten und vorjetzo ſich noch mehr äußerenden Bedenklichkeiten, zu einer ſolchen Deputation nicht zu ſtimmen, ſondern vielmehr auf den in dem Weſtphäliſchen Friedens-Schluß gegründeten modum tractandi der Religions-Sachen, nemlich de Corpore ad Corpus zu handlen, anzutragen, und denen höchſt und hohen Herren Principalen, auch Obern und Committenten, nicht zuzumuthen ſey, mit ſo groſſen Koſten eine Deputation mit anzugehen, welches ohne ihre Beſchwerde auf dem noch fürwährenden Reichstage viel füglicher, und zwar ſo und dergeſtalt mit geſchehen könnte, daß in ein oder anderen Fällen, wobey ein ganzes Corpus ſich nicht zu bemühen nöthig hätte, jedem Theil frey und bevor bliebe, nach Befinden und Beſchaffenheit der Sachen unter ſich Repartition zu machen, und es gewißen aus ihren Mitteln, nach vorhero ordentlicher Benennung derſelben, dem Herkommen nach, aufzutragen; ꝛc. ꝛc. Fabers Staatscanzley tom. 37. p. 540., Schauroths Samml. vom corp. Euang. tom. 1. p. 480.

§. 278. *Imperator*, vbi de corpore ad corpus agitur, aliquando *perſonam mediatoris* ſuſtinet (a). Iam aliquoties e re viſum, vt abolerentur acta vtriusque corporis, quando in disceptationes iuſto vehementiores ruerunt (b).

(a) Veluti quod ipſe agnouit Carolus VI. litteris d. 4. Apr. 1724. concommiſſario datis: "So ſtatus de corpore ad corpus tractiren wollten; ſollte die Commiſſion im Namen Jhrer Kayſ. Maj. Mittler ſeyn." Moſers Staatsr. tom. 47. p. 115.

(b) Veluti quod contigit 1698. ſuper clauſ. Rysw. & 1727. in der Zwingenb. Sache.

# CAP. IV.
## DE DEPVTATIONIBVS IMPERII ORDINARIIS ET EXTRAORDINARIIS.

### I. DE DEPVTATIONIBVS IMP. ORDINARIIS.

§. 279. Quum comitia vniuerſalia conuocare difficilius, quam vt turbis publicis, vbi periculum in mora, occurri poſſet; tempore conditae pacis religioſae & ordinationis exſecutionis ſancitum fuit, vt tali caſu elector Moguntinus nomine Imperatoris conuocare poſſet electores & quosdam nominatos ex ambobus reliquis collegiis ſtatus, qui loco vniuerſalium comitiorum deliberationes neceſſarias inſtituerent (a); id quod repetitum 1559. (b), factum quoque 1564. (c), & extenſum 1570. fuit ad alias materias ex comitiis, quae praeceſſerant, tum reſiduis (d). Iique conuentus electorum cum certis quibusdam reliquis ſtatibus nomine omnium, loco comitiorum vniuerſalium, inſtituti vocantur DEPVTATIONES IMPERII ORDINARIAE (e).

(a) R. I. 1555. §. 65. Schmauß corp. iur. publ. p. 188.
(b) R. I. 1559. §. 49. ſq.
(c) R. D. 1564. in der Samml. der R. A. tom. 3. p. 202. ſq.
(d) R. D. 1571. in der Samml. der R. A. tom. 3. p. 341. ſq.
(e) In R. I. 1555. §. 68. vocantur die erſcheinende Churfürſten, deputirte Fürſten und Stände oder deren abgefertigte Befehlshaber; In R. D. 1564. der Churfürſten, geordneter Fürſten und Stände Räthe und Bottſchafften; In P. W. art. 5. § 51. *conuentus deputatorum imperii ordinarii.*

§. 280. Interfuerunt iſtis deputationibus, ab earum initio inde, iisque porro accedendi ius quaeſiuerunt 1) omnes electores

ctores; 2) ex principibus initio ſex nominatae perſonae (a), dein 1559. earum quoque ſucceſſores (b), & additi poſthaec quatuor alii (c); 3) ex praelatis vnus, & ex comitibus vnus (d); (4) ex ciuitatibus duae (e).

(a) Nominantur nempe in R. I. 1555. §. 65.: Ferd. von Oeſterreich, Melch. von Würzburg, Wilh. von Münſter, Alb. von Bayern, Wilh. von Gülich, Phil. von Heſſen.

(b) R. I. 1559. § 50.

(c) In conuentu deputationis 1600. acceſſere: Burgund, Coſtanz, Braunſchweig-Lüneburg, Pommern-Stettin.

(d) R. I. 1555. §. 65.: Abt zu Weingarten und Ochſenhauſen von der Prälaten; Graf von Fürſtenberg von der Grafen und Herren wegen.

(e) Ciuitates duae primum indefinitae, nominatae in R. I. 1559. §. 50. Cölln und Nürnberg.

§. 281. Poſt paritatem religionis in P. W. ſtatutam (a) placuit R. I. N. §. 191., & 194. vt tum electorum Euangelicorum numerus augeretur voto ſupernumerario alternante, tum ex reliquis ſtatibus plures adderentur (b).

(a) I. P. W. art. 5. §. 51.: "In conuentibus deputatorum imp. "ord. *numerus ex vtriusque religionis proceribus aequetur.* De "perſonis autem vel ſtatibus imperii adiungendis in comitiis pro"ximis ſtatuatur."

(b) In R. I. N. §. 194. additi: Sachſen-Altenburg, Brandenburg-Culmbach, Mecklenburg, Würtenberg; ein Wetterauiſcher Graf; und die Städte: Aachen, Ueberlingen, Straßburg, Regenſpurg.

§. 282. Ex eo tempore fuit quidem conuentus deputationis ab anno 1657. vsque ad annum 1662. Legibus quoque proſpectum iuribus deputationis (a). Verum ob inſigniter iterum mutatum collegii electoralis atque comitiorum ſtatum haberi adhuc amplius non potuit vllus deputationis ordinariae conventus.

ventus. Nec tam facile videtur fore, vt in poſterum inſtauretur, licet leges nouiſſimae id velint (b).

(a) CAPITVL. (1664. & 1711.) art. 12. §. 6.: "Wollen gleichfalls die ordinari Reichs-Deputation in ihrem Stand ohnverrückt laſſen, und weder an den verordneten Perſonen, noch aufgetragenen Rechten und anderen etwas ändern. ꝛc. ꝛc.

(b) CAPITVL. (1742. ex monitis principum & Brandenb.) art. 12. §. 6.: "die ord. R. Dep. auf nächſtem Reichstage wiederum in ihren Reichsconſtitutionsmäſſigen Stand, Ordnung und Activität ſetzen." ꝛc. ꝛc.

§. 283. Si quando conuenerit iterum deputatio ordinaria; haec potiſſimum obſeruanda forent, vt legitimatione ſingulorum apud directorium Moguntinum peracta, commiſſarius caeſareus proponat, ipſaeque deliberationes inſtituantur ab electoribus ſeorſum, dirigente Moguntino, a reliquis promiſcue & viritim, dirigente Auſtriaco; deinde re- & correlatio inter hos & illos fiat; demum ex ſuffragiis deputationis & ex ratificationibus caeſareis concluſa, ex his receſſus deputationis.

## II. DE DEPVTATIONIBVS IMP. EXTRAORDINARIIS.

§. 284. DEPVTATIONES IMPERII EXTRAORDINARIAE conſiſtunt ex ſtatibus, ſigillatim quouis caſu denominatis, quibus ſingula quaedam negotia nomine imperii expedienda committuntur; & quidem vel in ſpecie ſic dicta negotia, ſiue extra comitia, veluti pacificatio, viſitatio cameralis, cet., ſiue in ipſis comitiis materia quaedam ſpecialis; vel ceremonialia tantum, veluti exhibitio ſuffragii imperii, ſubſcriptio, congratulatio, reliq.

§. 285.

§. 285. *Perſonae* ad deputationes extraordinarias ex ſingulis tribus collegiis, ſed *pares religione* (a), ideoque a quovis corpore ſeorſum denominantur. Nonnulli quoque ſtatus ſunt, qui perpetuo ſe in deputatis eſſe debere contendunt (b).

(a) I. P. W. art. 5. §. 51.: "In horum (deputatorum ord.) "conuentibus itemque comitiis vniuerſalibus, ſiue ex vno, ſiue "duobus aut tribus imperii collegiis quacumque occaſione aut "ad quaecumque negotia deputandi veniant, *aequetur deputato-*"*rum numerus ex vtriusque religionis proceribus.*"

(b) Ex parte electorum cuicumque deputationi extraordinariae interſunt Moguntinus, Bauarus, Saxo, & Brandenburgicus. In ſenatu principum res controuerſiae plena, quis ordinarie denominari, quis extra ordinem adiungi debeat.

§. 286. Demandata peragunt extraordinarie deputati, haud diuiſi in collegia, ſed vna & communiter; accedente etiam, ſi res ita fert, commiſſario Caeſareo.

§. 287. Ob varias, in quas inciderunt, difficultates, nec extraordinariae hae deputationes hodie tam frequenter amplius occurrunt. In ceremonialibus vtplurimum, licet prouiſorie modo & citra conſequentiam, directorio Moguntino committi ſolet, quod per deputatos fieri fas eſſet.

CAP.

## CAP. V.
## DE CONVENTIBVS CIRCVLARIBVS.

Pet. MÜLLER diſſ. *de conuentibus circulorum in S. R. I.* Duderſt. 1670. 4.

Arn. Cph ENGELBRECHT *de conuentibus circularibus imperii R. G.* Helmſt. 1696. 4.

Io. Wil. de GOEBEL diſſ. *de conuentibus circularibus.* Helmſt. 1723. 4.

§. 288. Ex quo Germaniae in circulos diuiſio vtilitatem firmandae pacis publicae praebuit (§. 81.); *quilibet circulus* tamquam *peculiare corpus* ſtatuum conſiderari coepit, quod ſpecialiori nexu vnitum (§. 184.), ſaluo nexu imperii (§. 123. ſq.), quidquid e re videatur, deliberare & concludere poſſit.

§. 289. Eum in finem cuique circulo relictum, vt circa modum deliberandi aliaque *interiora circuli* (innere Kreyß-Verfaſſung), pro ſua cuiusque conditione, quidquid opus, ſtatueret. Vnde *ſtatus circulorum internus non omnium idem* eſt, licet ſint, quae vel ex analogia iuris publici obſeruata, vel ex conuentione plurium circulorum expreſſa, eaque vel in legem imperii redacta, in omnibus conueniunt.

§. 290. In hoc conuenere omnes circuli, vt ſuum quisque, quoties opus viſum, haberet CONVENTVM CIRCVLAREM (Kreyß-Tag), ſiue conuentum omnium vnius circuli ſtatuum ad deliberanda negotia ad circulum ſpectantia.

§. 291. Conuentus circulares *conuocari* oportet a principibus eo nomine vocatis Kreyß=ausſchreibenden Fürſten (§. 82.). Qui litteris vnicuique circuli ſtatui datis futuri conuentus diem, locum, & puncta deliberanda indicant. In ipſo conuentu pariter *directorio* funguntur, aut coniunctim, aut alteruter ſiue alternando, ſiue ſolus ſemper idem, prouti interna cuiusque circuli conditio id fert.

§. 292. Status cuiusque circuli in conuentu, aeque circiter ac in comitiis (§. 218. ſq.), per mandatarios, ſeu quos vocant legatos, comparent, qui coram directorio legitimantur, vtplurimum ſecretariis quoque & cancelliſtis inſtructi; nec multum minus, quam in comitiis, expoſiti ceremonialibus tricis.

§. 293. Inſtar comitiorum imperii quoque & *dictatura* fit, & ſingulis ſeſſionibus *indicitur* curante directorio.

§. 294. Sollenniter auſpicantur ſeſſionem primam. Proponitur, vota colliguntur, concluditur, protocollum geritur ex parte directorii. Status circulares eorumue mandatarii ſuffragia ferunt, ordinarie per ſcamna diſpertiti.

§. 295. Singula circuli concluſa, modo ſaluo nexu imperii (§. 123. ſq.), vim obligandi in circulo perfectam habent, eaque ſub finem conuentus circularis in RECESSVM CIRCVLI (Kreyßabſchied) ſolent colligi.

§. 296. Sic non tantum, quae ad firmandam pacem publicam inſeruierunt (§. 81.), in conuentibus circularibus tractata ſunt, ſed & alia ſecuritatis internae & externae argumen-

ta, atque cauſſae demum qualeſcumque ad ſalutem circuli eiusque membrorum, ſiue principaliter, ſiue qua partis imperii ſpectantes, veluti res politiae, monetae, commercii, cet.

§. 297. Quid quod eo res peruenit, vt, quae feliciſſima circulorum & imperii harmonia erat, quoties comitia imperii haberentur, in comitiis cuiusque circuli tum prius praedeliberarentur, quae in comitiis imperii deinde tractanda, tum poſthaec ad exſecutionem deducerentur, quae in his concluſa.

§. 298. Verum iam aliquot ab exitu ſuperioris ſeculi inde ceſſauerunt conuentus circulares (a); cumque iis & reliqua permulta, quae ad conſtitutionem circulorum pertinent, defierunt, ſeu quieſcere ſaltem coeperunt, detrimento Germaniae haud exiguo.

(a) Poſtremi conuentus circulares fuerunt: 1682. in Saxonico inferiori, 1683. in Saxonico ſuperiori, 1718. in Weſtphalico. Frequentiſſimi adhucdum haberi ſolent in Sueuico. In Auſtriaco & Burgundico nulli vmquam fuerunt.

---

## CAP. VI.
## DE PARTICVLARIBVS STATVVM COLLEGIALIBVS CONVENTIBVS.

§. 299. Qui qua ſtatus vnius generis per modum collegii inter ſe vniti ſunt (§. 183. ſq.), eadem libertate, qua vniones inter ſe condunt (§. 180.), particulares ſuos CONVENTVS COLLEGIALES (Collegial-Tage) habere poſſunt, quoties lubet, tum ad tractanda, quae ſtatum internum cuiusque collegii con-

concernunt, tum ad deliberandum ſuper iis, in quibus conſenſu ſeu conſilio ſtatuum Imperatori opus.

§. 300. *Electores* iam dudum ſic conuenerunt in comitiis electoralibus, idemque ius adhuc hodie habent, & vel ſine praeſcitu Imperatoris ac ſine neceſſitate admittendorum eius legatorum (a). At ex quo tamen comitia imperii hodierna durant, citra ea non conuenerunt electores, quam ad eligendum regem Romanorum ſeu Imperatorem.

(a) CAPITVL. (1519.) art. 3. §. 12, 13.: "Wir laſſen auch zu, daß die Churfürſten je zu Zeiten, vermöge der G. B. (add. 1742. ex mon. Sax.: und der darauf ſich gründenden Churfürſtl. Vereinigung,) nach Gelegenheit und Zuſtand des H. R. R., zu ihrer Nothdurft, auch, ſo ſie beſchwerliches Obliegen haben, zuſammen kommen mögen, daſſelbe zu bedenken und zu berathſchlagen, das wir auch nicht verhindern, noch irren, und derohalben keine Ungnade oder Widerwillen gegen ihnen ſämtlich oder ſonderlich ſchöpfen und empfangen (add 1742. ex mon. Sax.: noch auch, daß ſolches mit unſerm Vorwiſſen, und unter unſerer Auctorität geſchehen, unſere Geſandten auch zu dergleichen beſonderen Deliberationen ſchlechterdings zugelaſſen werden müſſen, verlangen), ſondern uns in dem und andern der G. B. gemäß gnädiglich und (unverweislich, loco eius 1711. poſitum:) unverweigerlich halten ſollen und wollen."

Sam. RACHELIVS *de comitiis electoralibus.* Kil. 1670. 4.

Eric. MAVRITIVS *de origine electorum & comitiis electoralibus* Kil. 1677. 4. (in *opusc.* p. 208)

E. F. de HERZBERG (vid. ſupra p. 86.)

§. 301. *Principes* non quidem omnes, ſed ſeculares antiqui plerique (Altfürſtlichen Häuſer) pariter conuentus eiusmodi iam aliquoties, nouiſſime 1741. Offenbaci, habuerunt.

§. 302. *Comitum diaetae* (Grafen-Täge) aliquando vniuerſales adhuc noſtro aeuo fuerunt; frequentius particula-

res cuiusque collegii habentur. *Praelatorum*, modo ſcamni Sueuici, conuentus conſtant.

Ahasv. Fritsch *de diaetis comitum imperii*. Ien. 1690. 4. (in *opusc.* tom. 1. p. 1021. ſq.)

§. 303. *Ciuitates* olim perfrequenter conuenerunt in diaetis tum vniuerſalibus, tum particularibus, illisque vel ordinariis annuis, vel extraordinariis. Sed ab anno 1668. inde in deſuetudinem hi conuentus iuiſſe videntur.

Phil. Iac. Lautz diſſ. *de conuentibus ciuitatum imperialium*. Arg. 1721. 4.

## Cap. VII.
## DE MODO EXERCENDI IVRA MAIESTATICA IN REBVSPVBL. GERM. SPECIALIBVS.

§. 304. *In rebuspublicis Germaniae ſpecialibus* iura maieſtatica ſeu regalia ſtatuum diuerſimode exercentur, prouti *vel* formam monarchicam ſequuntur, veluti electoratus, principatus, comitatus, dynaſtiae, *vel* formam ariſtocraticam aut democraticam, veluti ciuitates imperii (§. 97.).

§. 305. *In territoriis*, quae formam monarchiae habent, diſtinguendum eſt id, quod auctoritate principis ſeu domini territorialis fit in aula vel ab officialibus eius, atque id, in quo concurrunt ordines prouinciales.

§. 306. *Ipſa principis perſona* regalibus exercendis intereſſe poteſt, & praecipuis ex more Germanico ſolet. At hodie

die tamen cuiuslibet fere arbitrio id relinquitur, an & quibus rebus ſubſcribere, quibus conſiliis ipſe adeſſe velit, niſi qua obſeruantia vel lex fundamentalis ſpecialis ſingularem normam praebeat.

§. 307. A ſeculo XVI. inde principes Germaniae coeperunt vti *collegiis* REGIMINVM ſeu CANCELLARIIS (Regierungen, Canzleyen), quibus quaecumque negotia, auctoritate principis dirimenda, commiſſa fuerunt. Tantum negotia cameralia ſingularibus COLLEGIIS CAMERALIBVS (Rent=Cammern), & inter Euangelicos eccleſiaſtica CONSISTORIIS ordinarie commiſſa.

§. 308. Mox plura paſſim collegia orta, ſpecialiori negotiorum generi deſtinata, in primis vt cauſſae iuſtitiae, feudales, criminales, politiae, commercii cet. tum à ſe inuicem diſtinguerentur, tum ſuprema omnium ordinarentur CONSILIA INTIMA, ſeu MINISTERIA STATVS (Geheime Raths=collegia, Staats=miniſteria, Geheime Conferenzen, Cabinets=Räthe ꝛc. ꝛc.) ad tractandas, quas vocant, CAVSSAS STATVS (Staats=Sachen), i. e. ad deliberandum ſuper adminiſtratione reipublicae in exercendis iuribus maieſtaticis perſonae principis reſeruatis, ſiue ſtatum internum territorii concernentibus, ſiue nexum belli, pacis, foederis, aliumue quemcumque cum exteris.

§. 309. Ceterum & re & nomine haec omnia in diuerſis Germaniae territoriis adeo differunt, vt iuri publico cuique ſpeciali relinquendum ſit: quot & quaenam collegia dominus quisque territorialis habeat? quaenam interna eorum conſtitutio ſit? quibus princeps in perſona interſit? reliq.

§. 310. Ordinarie autem quilibet dominus territorialis ſuos habet ORDINES PROVINCIALES (Landſtände), ex praelatis, nobilibus & ciuitatibus vtplurimum conſiſtentes (§. 79.), inque circulos ex ſitu ad flumina monteſue plerumque diuiſos. Quorum conſenſu vel conſilio quum grauiora nonnulla iura maieſtatica exerceri debeant, inſtar comitiorum imperii in quouis territorio COMITIA PROVINCIALIA haberi, eſt regula iuris publici Germanici (§. 97.).

§. 311. Nonnullis quidem in territoriis haec regula fallit hodie. In pleriſque tamen adhuc obſeruantur, & vel ita, vt ordinaria ſemper certo quodam tempore habeantur comitia, vel vt arbitrio principis, quando conuocare ea velit, relictum ſit.

§. 312. In ipſis comitiis prouincialibus quaenam ſint iura principis, quaenam ſtatuum, quaeque vnius alteriusue eorum claſſis, veluti praelatorum, nobilium, officiorum hereditariorum (der Erbämter), ſigillatim mareſchallatus prouincialis (des Erbmarſchall-Amts) cet? item quae in ceremonialibus ac ſollennitate obſeruentur? immo quis modus ſit proponendi, deliberandi, concludendi? quid in pleno, quid per deputationes peragatur? & quae ſunt reliqua, ea omnia ex iure publico quoque ſpeciali aeſtimanda ſunt.

§. 313. *In ciuitatibus imperii* (§. 304) quidem omnibus eſt certus magiſtratus, vtplurimum nomine conſulis & ſenatus (Burgermeiſter und Rath), nonnumquam alio quoque (veluti Schultheiß, Stättemeiſter, Schöffen ꝛc. ꝛc.). Ex quibus perſonis autem ille conſiſtat? quaenam interna eius conſti-

conſtitutio ſit? an & quatenus praeterea ciues imperii participes ſint? quot & quaenam alia collegia, quibus pars adminiſtrandae reipublicae commiſſa? an extra moenia territorium ciuitati pareat & quomodo? ea omnia, aeque ac ipſa forma reipublicae (§. 97.), in quauis fere ciuitate differunt, adeoque pariter cuiusque ſpeciali iuri publico relinquenda ſunt.

## SECT. II.
## DE SINGVLIS IVRIBVS MAIESTATICIS.

### CAP. I.
### DE POTESTATE LEGISLATORIA ET PRIVILEGIORVM.

§. 314.

Dudum libertati nationis Germanicae conuenit, vt moribus, iisque ſuis quisque populus, quaeque vrbs, quaeque familia peculiaribus, magis quam legibus arbitrio imperantis ſcriptis, regeretur. Scribendarum legum, quae hodie valent, initium vel a priuatis, vel a iudicibus factum (§. 115. ſq.); Nouae leges numquam niſi conſenſu populi ſeu procerum conditae. Hinc

1. tam frequens in Germania obtinet autonomia familiarum, pagorum, vrbium, prouinciarum, cet.

2. Le-

2. Leges ferendi poteſtas ex iure publico Germanico haud abſoluta, ſed adhibendo conſenſui ſtatuum adſtricta.

§. 315. Poteſtas ferendi LEGES IMPERII VNIVERSALES, quae per vniuerſam Germaniam valeant, eſt penes Imperatorem & imperium, ita vt Imperator ſine conſenſu comitiali nullas (a), adhibito illo qualescumque leges ferre poſſit, quae omnes Germaniae ciues ſtringant.

(a) I. P. O. art. 8. §. 2.: „*Gaudeant* (omnes & ſinguli electores, principes & ſtatus imperii) „ſine contradictione *iure ſuf*„*fragii* in omnibus deliberationibus ſuper negotiis imperii, prae„ſertim *vbi leges ferendae vel interpretandae* - -, *nihil horum* aut „quidquam ſimile poſthac *vnquam fiat* vel admittatur, *niſi de* „*comitiali liberoque omnium* imperii ſtatuum ſuffragio & conſen„ſu". CAPITVL. (1665. & 1711.) art. 2. §. 5.: „vielweni„ger neue Ordnungen und Geſetze im Reiche machen, noch al„lein die Interpretation der Reichs-Satzungen und Friedens„ſchluſſes vornehmen (add. 1742.: noch dergleichen unſerm R. H. „R. oder C. G. geſtatten,) ſondern mit geſamter Ständen „Rath und Vergleichung auf Reichstägen damit verfahren, „zuvor aber darinn nichts verfügen, noch ergehen laſſen, (add. „1742.: als welches ſolchenfalls ungültig und unverbindlich ſeyn „ſoll)".

I. Numquam ſoli Imperatori ferre leges licuit, ſed in eo inſigne temporum diſcrimen, vt olim in voluntate Imperatoris, hodie in conſenſu ſtatuum maius pondus obſeruetur.

§ 316. LEGES PARTICVLARES, quae mediatos vnius reipublicae ſpecialis ciues ſtringant, qui hos regit, ferendi poteſtatem habet, adhibito, vbi ſunt, prouincialium ordinum conſenſu; adeo vt

1. quilibet ſtatus imperii in ſuo territorio poſſit leges ferre, modo, quod ex regula vniuerſe per Germaniam neceſſe eſt, conſenſum ordinum prouincialium adhibeat;

2. in

2. in qualibet ciuitate imperii ſiue ſolus magiſtratus, ſiue vna cum ciuibus, ſiue aliter ſecundum formam reipublicae vbiuis receptam, leges ferre poſſit;

3. nobilis quisque immediatus idem ius in ſuos ſubditos habeat;

I. Regula olim plane vniuerſalis etiam hodie plerarumque Germaniae rerumpublicarum ſpecialium iuri publico conuenit, quod conſenſus ordinum prouincialium in condendis legibus adhibendus. Verum hic inuerſe tempora differunt, vt, quod olim penes ordines prouinciales erat, hodie maius ſit pondus in voluntate principis.

§. 317. Nec vel mediatis magiſtratibus veluti municipiorum, aut Landſaſſiis nobilibus denegari paſſim poteſt ex autonomia priſtina vel poteſtate patrimoniali ſuperſtes legislatoriae poteſtatis ſpecies, quae modo confirmatione domini territorialis accedente exerceatur, vbi ſupereſt, oportet.

§. 318. Multo minus ceſſant autonomiae priſtinae in familiis illuſtribus nobilibusue immediatis pleniſſime ſuperſtites, inter mediatos modo legibus particularibus quodammodo circumſcriptiores reliquiae.

§. 319. Hinc quum tam varia in Germania legislatio concurrat; generatim quidem ex nexu totius imperii & ſpecialium eius rerumpublicarum intelligitur, leges particulares non valere, niſi ſalua obligatione legum vniuerſaliorum, veluti vrbium ſtatuta ſaluis ordinationibus prouincialibus, has ſaluis legibus imperii, reliq.; ceteroquin primum obſeruari oportere illas, deinde has. Verum ad conciliandam, ſi qua eſt, colli-

S ſionem

ſionem legum & autonomiae regulis magis definitis opus; eamque ob rem inter ipſas varii generis leges probe diſtinguendum videtur.

§. 320. Quodſi lex vniuerſalis ſimpliciter quid iubet vel prohibet; lege particulari contrarium ſtatui nequit, niſi diſerte vni alteriue ciuium id reſeruatum ſit. Eatenus legibus imperii a nullo ſtatu legislatore, legibus prouincialibus nullo ciuitatis vel familiae ſtatuto contraueniri licet.

I. Sic ſtatuta e. g. pace publica per legem imperii, nemini ſtatuum licuit, ius belli priuati permittere; abrogatum obſtagium, praeter Holſatiam expreſſe exceptam, nemini licet inſtaurare, reliq.

§. 321. Sin lex quid iubet vetatue, ſub conditione, ſi quis hoc vel illud fecerit, vel niſi quis aliter conuenerit, vel generatim plane reſeruata cuiusque libertate ex iuribus ſpecialioribus agendi; tunc qui poteſtate legislatoria ſubordinata vel autonomia vtitur, aliter ſtatuere poteſt. Et ſic quidem plurimae leges imperii ſunt conditae, ſalua cuiusque prouinciae, loci vel familiae conſtitutione ſpeciali. Ac permultae leges intelligendae ſunt ſub hypotheſi, niſi quis aliter conuenerit.

I. E. g. ſtatutum vult communionem bonorum inter coniuges. Ideo non vetat paciſci contrarium. cet.

§. 322. *Mutare*, *abrogare*, vel *authentice*, quod vocant, *interpretari* legem tantum ille, qui eamdem ferre, poteſt; adeoque leges imperii vniuerſales tantum Imperator cum conſenſu ſtatuum (a), leges particulares ſtatus cum conſen-

ſu

ſu ordinum prouincialium vel alii quicumque earum au-
ctores,

(a) I. P. O. art. 8. §. 2., CAPITVL. art. 2. §. 5; Vid. ſupr. §. 315. a.

I. INTERPRETATIO AVTHENTICA hic intelligitur noua legislatio ſuper eo, quod in lege lata ex ipſo legislatoris arbitrio dubium eſt. Neque enim qualiscumque ab hoc vel illo litigatore forte mota dubitatio confeſtim authenticam interpretationem reddit neceſſariam; ſed illa tantum, quae vel ex diſſenſu plurium perſonarum, quae ad legislationem concurrunt, veluti Imperatoris & ſtatuum, vel ex haeſitatione officialium ſeu iudiciorum ſuper intellectu legis ipſi legislatori ſuboritur.

II. Alia eſt INTERPRETATIO DOCTRINALIS, quae in intelligendis, atque IVDICIALIS, quae in adplicandis legibus verſatur; quatenus vtraque ſine noua legislatione ex verbis & ratione legis inſtituitur, ſiue ſolum ex verbis claris & cum ratione legis conuenientibus, ſiue extendendo aut reſtringendo.

§. 323. Non aeque conſenſu ſtatuum circumſcriptum, ſed perſonae imperantis reſeruatum ex iure publico Germanico eſt ius concedendi PRIVILEGIA, ſeu ius concedendi cuidam ciui iura, quae alii eiusdem conditionis ciues non habent, & quae proinde ex lege nec illi eſſent.

§. 324. Priuilegia eiusmodi qualiacumque Imperator olim per totam Germaniam dedit; hodie quilibet ſtatus in ſuo territorio; nemo niſi ſaluo iure tertii; nec itaque Imperator amplius, quam ſalua ſuperioritate territoriali (§. 199.) (a).

(a) CAPITVL. (1519.) art. 1. §. 9.: „S. u. w. auch Churfürſten, F. u. Stände (die unmitt. freye R. Ritt. mit eingeſchloſſen) ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, ..

Gerechtigkeiten, Gebräuche und gute Gewohnheiten, ſo ſie bishero gehabt oder in Uebung geweſen ſind zu Waſſer und Land (add. 1653. auf gebührendes Anſuchen) ohne Weigerung .. confirmiren; ſie auch dabey ;; ſchützen (add. 1658.: und niemanden einig Privilegium darwider ertheilen; und da einige .. ertheilet, .. dieſelbe gänzlich caßiren ꝛc.) CAPITUL. (1658.) art. 15. §. 5.: „Geſtalt wir auch alle und jede dargegen (ſcil. contra ſuperioritatem territorialem eiusque iura in §. 1. ſq. huius articuli nominata) und ſonſten contra ius tertii, und ehe derſelbe darüber vernommen, hiebevor ſub- & obreptitie erhaltene priuilegia .. ſamt allen derſelben Clauſuln, Declarationen und Beſtätigungen .. für null und nichtig erklären, und dieſelben caſſiren und aufheben ſollen und wollen".

§. 325. Hinc in rebuspublicis Germaniae ſpecialibus quilibet imperans priuilegia dandi ius habet, vti ſummus quisque imperans ex iure publico vniuerſali, niſi qua limites ponat lex fundamentalis ſpecialis (§. 199.).

§. 326. Imperator tantum ea adhuc dare poteſt priuilegia, quae vel ſua natura intra fines vnius territorii non contineri poſſunt, ideoque, vt valeant per totam Germaniam, Imperatori per obſeruantiam adhuc conſeruata ſunt, veluti impreſſoria, moratoria, collationes dignitatum cet.; vel quae iura ſoli Imperatori alias reſeruata largiuntur aut imminuunt, veluti priuilegia fori, cet.

I. Olim plura priuilegia dederunt Imperatores, hodie inutilia, quum in complexu ſuperioritatis territorialis comprehenſa nunc habeantur.

CAP.

## CAP. II.
## DE RE IVDICIARIA.

§. 327. Inter iura maieſtatica in praecipuis eſt POTESTAS IVDICIARIA, ſeu ius adſtringendi ſingulos ſubditos ad ſatisfaciendum obligationibus ſuis, ideoque & cognoſcendi ſuper obligationibus eorum dubiis. Poteſtatem illam ſummus imperans & ipſe exercere poteſt tamquam IVDEX SVPREMVS, & aliis eum in finem conſtitutis officialibus ceu IVDICIBVS vel MAGISTRATIBVS eam demandare auctoritate ſummi imperantis exercendam. Quae demandata cuiusque poteſtas tunc IVRISDICTIO vocatur; cuius FONS in vna republica ſemper ſummus imperans eſt. Vniuerſus modus, quo in vna republica ſinguli ſubditi ad ſatisfaciendum obligationibus ſuis auctoritate ſummi imperantis adſtringi poſſint, RES IVDICIARIA dicitur.

### I. HISTORICA REI IVDICIARIAE GERMANICAE DESCRIPTIO.

§. 328. In vniuerſa Germania ſemper *Imperator*, isque *ſolus, ſupremus iudex & fons omnis iurisdictionis* fuit. Quando ipſe ius dixit, ex more Germanico ſcabinorum ſeu aſſeſſorum loco olim adhibuit quidem proceres. Ideo ſemper in comitiis imperii eum ius dixiſſe, ſiue haec fontem iurisdictionis vna cum Imperatore eſſe aut vmquam fuiſſe, neque ex hiſtoria, neque ex legibus imperii contendi poteſt. *Poteſtas iudiciaria* omnino *reſeruatum Imperatoris* ſemper fuit & eſt.

§. 329. *In mediatos Germaniae ciues* hoc primum imperii ſubordinati ſeu ſuperioritatis territorialis initium fuit, vt quisque ſtatus in territorio ſuo poteſtatem iudiciariam adquireret; licet ſubordinatam Imperatori, tum ita, vt hic ſupremus fons omnis iurisdictionis etiam in mediatos maneret, tum, vt a iudiciis ſtatuum ſupremis ſemper ad Imperatorem prouocare liceret.

§. 330. Rem iudiciariam vehementer in medio aeuo turbauit *ius manuarium*, vi cuius inualuerat mos aut viribus perſequendi ius ſuum, aut arbitrio & per modum pacis, interuenientibus arbitris ſeu mediatoribus, potius, quam coram iudiciis & magiſtratibus dirimendi lites. Qualem modum vocarunt Austrag, ipſum quoque arbitrum AVSTRAEGAM, & ius, quod cuiuis fere libero homini demum erat, vt non aliter quam coram Auſtraegis conueniri poſſet, IVS AVSTRAEGARVM.

§. 331. Vna cum perpetua & vniuerſali pace publica demum inſtaurari potuit res iudiciaria Germaniae ſub exitum ſeculi XV., quum anno 1495., poſt diuturna ſtatuum deſideria inſtitueretur IVDICIVM CAMERAE IMPERIALIS (das Kayſerliche und Reichs-Cammergericht), tamquam iudicium Germaniae ſupremum, quod ab aula Imperatoris ſeparatum nomine & auctoritate tamen Imperatoris in cauſſis eidem commiſſis ius in ſuprema inſtantia diceret.

§. 332. Iudicium hoc camerale, per varias viciſſitudines ad hanc vsque diem continuatum, ab initio inde *ordinationes camerales* ab Imperatore cum conſenſu ſtatuum conditas (§. 106.)

(§. 106.) imbuit; & praeterea mox in hunc quoque *nexum cum ſtatibus* peruenit, vt hi perſonas, ex quibus conſiſteret iudicium, *praeſentandi ius* adquirerent, ſed & onus etiam *ſuſtentandi* illas ſuſcipere deberent, atque in *viſitationibus* iudicii mox introductis cum caeſaris commiſſariis concurrerent.

§. 333. Praeter iudicium camerale non tantum alia ſupremae poteſtatis iura reſeruata in aula ſua Imperator exercenda retinuit, ſed & concurrentem ſibi cum camerali iudicio iurisdictionem vindicauit, quam aeque ac illa per CONSILIVM IMPERIALE AVLICVM exercuit (§. 205.). Vnde hoc denique ſenſim *duplicem formam* tum *conſilii* caeſarei in quibuscumque cauſſis, tum *iudicii* cum camera concurrentis adeptum, inque ea poſt nouas ſeculi ſuperioris controuerſias in pace Weſtphalica confirmatum eſt.

§. 334. Inſtaurata RE IVDICIARIA IMPERII, i. e. ea, quae auctoritate Imperatoris exerceretur, inſtaurari quoque coepit RES IVDICIARIA PROVINCIALIS, i. e. ea, quae auctoritate ſtatuum in ſuo cuiusque territorio exerceri debebat.

§. 335. Plerique *domini territoriales* a ſeculo XVI. inde, ad exemplar camerae imperialis, vna cum prouincialibus ordinibus ſuis inſtituerunt CVRIAS PROVINCIALES (Hofgerichte), tamquam iudicia cuiusque territorii ſuprema, quae nomine & auctoritate principis in cauſſis eisdem commiſſis ius dicerent in inſtantia territorii ſuprema, ſed Imperatori eiusque iudiciis ſubordinata.

§. 336.

§. 336. Curiis iſtis prouincialibus vtplurimum ordinationes praeſcriptae ſunt adhibito ordinum prouincialium conſenſu, eaeque ordinationibus cameralibus analogae. Nec ceteroquin in plerisque prouinciis deſunt varia ordinum prouincialium circa curias iſtas praecipua.

§. 337. Praeter curias autem etiam domini territoriales tum ad alia regalia exercenda, tum ad concurrentem cum illis iurisdictionem adhibuerunt REGIMINA, vel aliter quomodocumque nominata collegia (§. 307.); in eodem circiter reſpectu cum curiis iſtis prouincialibus comparanda, quo conſilium imperiale aulicum cum camerae imperialis iudicio (§. 333.).

§. 338. *Ciuitatum* iudicia vtplurimum iisdem in collegiis conſtiterunt, quibus reliqua reipublicae vel ſaltem politiae adminiſtrandae cura commiſſa erat (§. 313.). Eaque in ciuitatibus imperii ſoli Imperatori eiusque tribunalibus; in municipiis ſeu ciuitatibus Landſaſſiis domino territoriali eiusque ſuperioribus iudiciis ſubordinata. In his quoque alii mox officiales a domino territoriali conſtituti ſunt, qui vel adſideant magiſtratui, vel concurrentem cum eo, aut certam quamdam reſeruatam iurisdictionem, veluti criminalem, cet. exerceant.

§. 339. *Ruri* tandem commiſſa fuit res iudiciaria partim iurisdictioni patrimoniali (§. 151.), partim iudiciis ruſticis ex antiquo more Germanico continuatis, partim officialibus a domino territoriali conſtitutis.

II. DE

## II. DE SVBORDINATIONE INSTANTIARVM
### I. RATIONE MEDIATORVM.

§. 340. Sic primum quod ad *mediatos* Germaniae ciues attinet, obtinuit regula: vt *ruſtici & ciuici* in territoriis ſtatuum ſortirentur primum forum coram iudiciis generatim tantum ad primam illorum inſtantiam ordinatis; ab his prouocari poſſet ad *curias prouinciales* vel concurrentia cum illis tribunalia, quae ſimul in nobiles & officiales aliosque honoratiores ius in primo foro dicerent; & ab his demum ad Imperatorem eiusue iudicia ſuprema prouocari poſſet. Quae proinde ratione omnium Germaniae ciuium ſupremam continerent inſtantiam, eamque ratione ruſticorum vel ciuicorum in ordine tertiam, ratione nobilium aliorumque honoratiorum ſecundam; niſi quod ſubditis nobilium immediatorum atque ciuitatum imperii pariter contingere poſſet, vt a primo illorum foro ſtatim immediate ad Caeſarem eiusue tribunalia tamquam ad ſecundam inſtantiam prouocaretur.

§. 341. Vt ne autem per appellationes lites minoris pretii protraherentur ad ſuperiora iudicia; his ordinarie certa SVMMA, quam vocant, APPELLABILIS praeſcripta eſt, infra quam non recipiant appellationem. Qualis demum R. I. N. §. 112. SVMMA, quam vocant, ORDINATIONIS, 600. florenorum ſiue 400. imperialium in ſorte praeſcripta eſt ſupremis imperii tribunalibus.

§. 342. Vltra iſtam ordinationis ſummam plurimi ſtatus per PRIVILEGIA DE NON APPELLANDO quaeſiuerunt maiorem a prouocatione ad ſuprema tribunalia libertatem, ſiue

maiore ſumma appellabili ſtatuta, ſiue ſollennibus aut formalibus appellationis auctis, ſiue certo genere cauſſarum a libertate appellandi exemta. Nonnulli plane omnes appellationes a ſuis iudiciis ſublatas obtinuerunt; quo reſpectu illa priuilegia LIMITATA, haec ILLIMITATA dicuntur. Qualia ſingulis electoribus, inſtaurata ſanctione A. B. cap. 11. §. 3., deinde & aliis quibusdam principibus conceſſa ſunt, & adhuc porro ab Imperatore aeque ac illa concedi poſſunt (§. 326.), atque ambo ſollerter obſeruanda ſunt.

§. 343. Poſt hasce appellationum nouas circumſcriptiones priuilegiati ſic ſtatus, de ſurrogando ciuibus ſuis alio foro ſolliciti, noua APPELLATIONVM TRIBVNALIA ſeu REVISIONVM IVDICIA (Ober-Appellations-Gerichte, Reviſions-Gerichte) condiderunt, & adhuc, qui priuilegia talia obtinent, condere ſolent. Eaque ſupremam tunc, ordinarie tertiam, in territorio ſtatuum talium, efficiunt inſtantiam.

§. 344. *Criminalia* quoque ab appellationibus in Germania exemta ſunt. Iisque, vti & aliis particularibus cauſſarum ſpeciebus, veluti cauſſis mercantilibus, cambialibus, foreſtalibus, metallicis, pupillaribus, militaribus, academicis cet. paſſim nouiore aeuo ſingularia in territoriis Germaniae iudicia dicata, eaque pariter haud raro immunitate ab appellando praedita ſunt.

§. 345. Circa *nullitates* tamen & *protractam vel denegatam iuſtitiam* qualiacumque ſtatuum ſuprema iudicia tribunalibus imperii ſupremis ſubordinata manent.

2. DE

## 2. DE INSTANTIIS IMMEDIATORVM, SPECIATIM AVSTRAEGIS.

§. 346. Ratione immediatorum, inſtituto licet iudicio camerali, tamen non ſublatum fuit IVS AVSTRAEGARVM (§. 330.). Quippe non confirmauit tantum prima ordinatio cameralis conuentiones de Auſtraegis inter immediatos paſſim conditas, qui abhinc AVSTRAEGAE CONVENTIONALES dicti; ſed & citra conuentionem cuicumque actori tribuit ius conueniendi reum immediatum coram Auſtraegis, ex ſanctione legis in eadem ordinatione contenta conſtituendis, qui abhinc AVSTRAEGAE LEGALES vocati ſunt.

§. 347. Quum vero mox incommodo actorum, quod eorum commodo eſſe debebat, multoque magis detrimento iurisdictionis Caeſareae vergere obſeruaretur ius Auſtraegarum; quod tolli amplius non poterat, reſtringendum tamen magis, quam extendendum videbatur. Ideoque *tantum iis mediatis* porro per obſeruantiam *relictum* fuit *ius Auſtraegarum, quibus expreſſe leges imperii id tribuunt,* atque *eo* tantum *modo, vti verbis legis id conuenit.*

§. 348. Sic vtuntur iure Auſtraegarum 1) electores, principes & principali dignitate condecorati (Fürſtenmäßige) (§. 56.), a quocumque conueniantur; 2) immediati comites, praelati & nobiles, ſi a ſuperioribus, vel inter ſe inuicem, non ſi ab inferioribus conueniantur.

§. 349. *Modi, quibus conſtituuntur Auſtraegae,* partim ex antiquiore obſeruantia retenti, partim de nouo in

ordinationibus cameralibus ſtatuti magiſue definiti in eo potiſſimum conueniunt, vt *vel* ambae partes de tertia perſona aequali, veluti duo principes de tertio principe, tamquam Austraega conueniant, *vel* conſiliarii rei aut vtriusque partis Austraegarum munere fungantur, *vel* commiſſarii ab Imperatore Auſtraegarum loco denominentur. Quorum trium modorum ſpeciatim *octo viae*, quibus iſti variantur, conſtitutae ſunt in fauorem inferiorum actorum, qui electores vel principes conuenire cupiunt.

§. 350. Ex pluribus Auſtraegarum modis actoris eſt electio, reique rite ſuper Austraegis requiſiti officium, vt intra menſem reſpondeat, & ad ordinandum iudicium Auſtraegale concurrat, quod ſemeſtris, aut ad ſummum anni & diei, ſpatio finiri oportet.

§. 351. Quodſi quacumque ratione protrahitur inſtantia Auſtraegalis, ex capite protractae vel denegatae iuſtitiae; Sin ſententia alterutram partem grauans fertur, per modum appellationis cauſſa ad ſuprema imperii tribunalia deferri poteſt.

§. 352. *Austraegae conuentionales* hodie vtplurimum diſpoſitionibus nituntur poſt ordinationum cameralium aetatem conditis. Quae quidem ante omnia obſeruandae ſunt, quatenus magis forte definiunt, quae legibus imperii haud contrariantur. Verum tum in ſubſidium, quae diſpoſitionibus illis non definita, aeſtimanda ſunt ex legibus imperii, tum contra leges non valent illae diſpoſitiones, ſed merito tunc illis cedere hae debent (§. 320.).

§. 353.

§. 353. Ciuitates imperii, legalibus Auſtraegis deſtituti (§. 347.), nonnullae Auſtraegarum ius *priuilegiis* caeſareis quaeſiuerunt. Quae rite data non tantum obſeruanda ſunt, ſed adhuc quoque porro dari ab Imperatore poſſunt (§. 326.).

### 3. DE INSTANTIA MEDIATORVM ET IMMEDIATORVM IN IVDICIIS CAESAREIS PROVINCIALIBVS.

§. 354. Ex antiquiore rei iudiciariae formula paſſim ſuperſunt IVDICIA PROVINCIALIA CAESAREA (Kayſerliche Landgerichte), ſiue iudicia, quae auctoritate caeſarea in certis definitis tractibus exercent iurisdictionem primae inſtantiae, tum in immediatos concurrentem cum ſupremis imperii tribunalibus, tum in mediatos concurrentem cum territoriali eorum foro, vtramque ſubordinatam ſupremis iudiciis imperii.

§. 355. Talia ſunt adhuc iudicia Rothwilae, Weingartenſe ſeu quod in ſpecie vocatur iudicium prouinciale Sueuiae, item Onolsbacenſe in Franconia, cet. De quibus abolendis iam in pace Weſtphalica mentio iniecta, eaque repetita capitulationibus nouiſſimis fuit, ſed adhucdum effectu deſtituta.

## III. DE IVRISDICTIONE.

§. 356. *Iurisdictio* itaque per regulam ex iure publico Germanico duplex eſt, *alia*, quae auctoritate ſtatuum in ſuo cuiusque territorio, *alia*, quae auctoritate Imperatoris per totam Germaniam exercetur (§. 50. 334.).

§. 357. *In territorio* ſuo quisque ſtatus iurisdictionem omnimodam habet, & per iudicia qualitercumque ſecundum

ſpeciales cuiusque territorii leges fundamentales ordinata exerceri curat. Neque amplius ad vlla alia iudicia *euocari* ſubditos ſuos quisquam ſtatuum pati debet, niſi qua iudicia provincialia caeſarea id ius adhuc habeant (§. 354.), vel per modum ſeruitutis id ius ſit alteri cuidam (§. 170.), vel ſingularis cauſſa adſit, quae caeſaream primae inſtantiae iurisdictionem in mediatos fundet.

§. 358. *Imperator primae inſtantiae iurisdictionem* non tantum in mediatos regulariter non habet, ſed nec in immediatos eos, qui iure Auſtraegarum vtuntur. Attamen quaedam cauſſae ſuperſunt, quibus *partim* in mediatos pariter ac in immediatos, *partim* in immediatos ſaltem, ad effectum non attendendi iuris Auſtraegarum, primi fori iurisdictio caeſarea locum habet.

§. 359. *In quoscumque Germaniae ciues* ſiue mediatos ſiue immediatos reſeruata eſt Imperatori eiusque ſupremis tribunalibus iurisdictio primi fori potiſſimum 1) in cauſſis fractae pacis publicae (§. 135.), & 2) in ceteris quibuscumque CAVSSIS FISCALIBVS, in quibus vi iuris publici noſtri Imperatoris nomine fiſcalis caeſareus poteſt agere ad id, quod Caeſaris & imperii intereſt.

I. Eiusmodi *cauſſae fiſcales* habentur, ſi quis directe violauerit leges imperii eminentiores, ſi quis hoſtibus imperii contra hoc auxilium tulerit (§. 138.), ſi quis in ferendis imperii oneribus moroſus fuerit (§. 137.), ſi quis alterum immediatum exemerit, vel ſe ab altero eximi paſſus fuerit (§. 177. ſq.), ſi quis Imperatoris ſummorumue tribunalium iuſſibus morem haud geſſerit, ſiue aliter violauerit iurisdictionem caeſaream (§. 124.),

(§. 124.), ſi quis libris, ſcripturis, picturis pernicioſa ſeu iniuria protulerit, cet.

§. 360. Acceſſit vſu fori iuriſque communis praeſidio 3) CONTINENTIA CAVSSAE, i. e. vt vna cauſſa per diuerſos plurium iudicum limites diuiſa ad iudicium commune ſuperius in prima inſtantia deferatur; veluti quod contingit, ſi vna cauſſa plures perſonas vel res, quarum diuerſa ſunt fora, concernit.

§. 361. Ex tali continentia ſummorum imperii tribunalium iuriſdictio in prima inſtantia fundari conſueuit, *tum* contra plures reos immediatos, diuerſos Auſtraegas habentes, *tum* contra plures reos partim mediatos, partim immediatos, modo qua diuerſae perſonae & ex diuerſis factis conueniantur, *tum* in cauſſis plures mediatas ſiue perſonas ſiue res concernentibus, quarum diuerſa fora, nec aliud commune ſuperius, quam in ſupremis tribunalibus, forum. Priores ambo caſus diſerte legibus probati (a); poſterior praxi magis quam lege nititur.

(a) R. D. 1600. §. 23. 24., C. O. C. II. 9. pr. & §. 1.

§. 362. Par ratio fere eſt 4) CONNEXITATIS CAVSSAE ſcilicet, vt cauſſa, cuius alius proprie iudex competens eſſet, ideo ad iudicia imperii trahitur, quia hic pendet cauſſa quaedam principalis, ſine qua tractari nequit illa.

§. 363. Demum 5) BENEFICIVM quoque MISERABILIVM PERSONARVM ex iure communi in Germaniam inuectum eſt, vt perſonae tales, iuſta cauſſa, veluti potentia ad-

verſa,

verſarii, intercedente, praeteritis foris inferioribus illico ad ſupremum magiſtratum deferre cauſſas ſuas poſſint. Quo iure coram ſupremis imperii tribunalibus in ius vocantur non tantum immediati praeteritis Auſtraegis, ſed & mediati, modo non alia eorum, forte vi iuris de non appellando illimitati, ſuprema in territorio ſit inſtantia.

§. 364. *In immediatos* (§. 358.) in ſpecie iuriſdictio primi fori caeſarea fundata eſt, vbi *vel* immediati, qui alias habent ius Auſtraegarum, hoc iure vi legum aut analogiae vti nequeunt, *vel* generatim non habent ius Auſtraegarum.

§. 365. *Ceſſare ius Austraegarum*, praeter cauſſas pacifragii, fiſcales aliasque ſupra relatas (§. 359.), *per conſtitutiones ſpeciales* (§. 132.) ſtatutum fuit primum in cauſſis litigioſae poſſeſſionis inter immediatos, deinde in cauſſis pignorationum & arreſtorum quoque inter immediatos verſantibus, demum quandocumque cauſſa ad mandatum S. C. contra immediatum qualificari poſſet.

I. Antequam haec regula de mandatis ad plenum in praxi effectum peruenerat, certae tantum circumſcriptiones Auſtraegarum ſtatutae erant in *cauſſis ſimplicis ſpolii* ad fractam pacem publicam haud qualificatis. Sed abſorbuit eas poſthaec multo pinguior mandatorum vſus, licet ideo non abrogatas.

§. 366. Ipſi *naturae Auſtraegarum* non conuenit, vt locum habeant, vbi de violentia coercenda agitur, vel vbi non tam notio cauſſae controuerſae requiritur, quam poteſtas mandandi, ſeu alia talis auctoritas, quae magiſtratuum, non arbitrorum eſt (§. 330.). Tanto minus *Auſtraegas conventio-*

*ventionales* ab hisce ceſſantium Auſtraegarum regulis excipi fas eſt (§. 352.).

§. 367. *Renunciari* quoque poteſt Auſtraegarum iuri, tamquam ſoli nunc reorum beneficio, non tantum expreſſe, ſed & tacite, quando vel non reſpondet requiſitus ſuper Auſtraegis (§. 350.), vel conuentus in iudiciis imperii non obmouet praeſcriptionem fori.

§. 368. In immediatos, qui plane *non habent ius Auſtraegarum*, omni modo primi fori iurisdictionem exercent iudicia imperii ſuprema; veluti in ciuitates priuilegio non munitas (§. 353.), in comites, praelatos ac nobiles immediatos, quatenus ab inferioribus conueniuntur (§. 348.), aliosque quoscumque nominatim in lege non expreſſos (§. 347.).

§. 369. Generatim quoque ratione omnium immediatorum a iudiciis imperii exercetur IVRISDICTIO VOLVNTARIA, veluti confirmatio tutorum, pactorum, teſtamentorum, cet.

§. 370. *Superioris* eiusque ſupremae *inſtantiae iurisdictio* eſt Imperatori eiusque ſupremis tribunalibus *tum* ratione omnium Auſtraegarum, *tum* ratione iudiciorum territorialium ſuperiorum, quatenus priuilegia de non appellando haud obſtant (§. 342.), *tum* ratione iudiciorum caeſareorum prouincialium (§. 354.).

§. 371. Nonnullae modo *cauſſae* nouiori iure generatim *exemtae* ſunt a iurisdictione caeſarea, veluti CAVSSAE CIRCVLARES, quae concernunt rem circulorum internam (Die

innere Kriegs- civil- und öconomiſche Verfaſſung der Reichs-Kreyſe); item *cauſſae banni*, cognitioni comitiali reſeruatae, aliaeque, quae vocari poſſent, CAVSSAE COMITIALES, veluti interpretationis authenticae (§. 322.), cet.

§. 372. Inter ſe *concurrunt*, qua ambo iudicia imperii, conſilium imperiale aulicum & iudicium camerae imperialis (§. 331. 333.). Eatenus penes actorem eſt electio fori; idque tribunal, cuius primum citatio inſinuatur, *praeueniſſe* cenſetur alterum. Exceptio tantum ſingularis eſt *priuilegium electionis fori*, quod Regi Sueciae qua ſtatui Germaniae, & domui Brunſuico-Luneburgicae in caſum, ſi conueniantur, datum eſt; atque *iuſtitium*, quod iudicii cameralis praeuentionem per aliquot annos ſub initium huius ſeculi efficacitate deſtituit.

§. 373. Qualitercumque incompetentia iudicia imperii ab omni iurisdictionis exercitio abſtinere debent. Nec *prorogatio fori* a mediatis aliter, quam conſentiente eorum magiſtratu, fieri poteſt. Ab immediatis ad effectum praetereundorum Auſtraegarum prorogari forum poteſt (§. 367.); ſpeciatim quoque ratione iudicii cameralis ita, vt in hoc *compromittere* liceat, vt inſtructis alibi actis in camera ſententia feratur.

## IV. DE CONSTITVTIONE IVDICIORVM INTERNA.

§. 374. Circa *internam iudiciorum Germaniae conſtitutionem* praenotandum eſt, olim hanc fuiſſe illorum formam

mam, vt *vel* ipſe *imperans* tamquam iudex ſupremus ius diceret, *vel* alter eius loco ſubſtitutus *iudex* haud inferioris ordinis, quam ii, de quorum cauſſis iudicandum. Vtroque caſu auctoritas dicendi iuris penes iudicem erat; licet hic rogaret ſententiam a ſcabinis aſſeſſorum loco adhibitis. Ex hac iudiciorum forma multum retinuit & iudicium camerae imperialis, & ſenatus imperii aulicus, & res iudiciaria Germaniae prouincialis.

## I. DE IVDICIO CAMERAE IMPERIALIS.

§. 375. *Iudicium camerae imperialis* ab initio inde ordinatum fuit ſic, vt conſiſteret ex IVDICE, principe ſeculari vel eccleſiaſtico, aut comite, aut barone, qui loco & nomine Imperatoris ius diceret, & ex ASSESSORIBVS partim nobilibus, partim dignitate academica inſignitis, qui pronuncianda conciperent; praeterea PROCVRATORES certi adeſſent ad orandas cauſſas, atque CANCELLARIA ad expeditionem, LECTORIA ad archiuum.

§. 376. Aſſeſſores initio ſemper omnes congregabantur ſub auctoritate iudicis, tum ad audiendas propoſitiones procuratorum in AVDIENTIA, tum ad deliberandum ſuper iis in SENATV.

§. 377. Mox quidam tantum aſſeſſores in audientia, reliliqui ſimul in ſenatu, deinde vel pluribus in ſenatibus congregati fuerunt. Vnde, qui loco iudicis aſſeſſorum coetui praeſidere poſſent, ordinati quidam ASSESSORES GENEROSI, comites vel barones, deinde PRAESIDES dicti.

§. 378. *Iudex* ſemper a ſolo Imperatore conſtitutus fuit, & adhuc conſtituitur. *Aſſeſſores* initio electi in comitiis. Deinde, vt ſinguli de nouo conſtituendi PRAESENTARENTVR, conuenit inter Imperatorem & ſtatus, i. e. vt perſonae proponerentur ipſi iudicio camerali, & ab hoc, praeuio examine, ſi idonei reperirentur, reciperentur. Idque *ius praeſentandi* obtinuerunt ſinguli electores, ſex antiqui circuli (§. 80.), atque Auſtria & Burgundia. Imperator praeſentauit initio tantum aſſeſſores generoſos, poſthaec & aliud ius praeſentandi aſſeſſorem aequalem reliquis adquiſiuit, ſed qui cedere tamen in ordine debuit electoralibus praeſentatis.

§. 379. *Numerus aſſeſſorum* initio XVI. placuit, auctus ſenſim vsque ad numerum quinquagenarium & quatuor praeterea praeſidum in pace Weſtphalica ſtatutum. Qua ſimul *paritas religionis* ſancita fuit ſic obſeruanda, vt tantum duo plures Catholici, quam Euangelici, aſſeſſores eſſent. Vnde & *ius praeſentandi de nouo* inter Imperatorem, electores & circulos pro paritate iſta obtinenda diſtribui, ideoque non tantum circulus Saxonicus duplex, ſed & duplex circulorum Euangelicorum alternatiua praeſentatio admitti debuit.

I. *Schema* nempe *iuris praeſentandi* in P. W. art. 5. §. 57. & R. I. N. §. 169. ſequentem in modum ſtabilitum fuit: vt

CATHOLICOS ASSESSORES

| | |
|---|---|
| 1) Imperator - - - - - - - - | 2 |
| 2) Electores eccleſiaſtici & Bauarus ſinguli duo - | 8 |
| 3) circulus Auſtriacus & Burgundicus, quiuis duo | 4 |
| 4) circulus Bauariae - - - - - - | 4 |

5) Ca-

| | |
|---|---|
| 5) Catholici ſtatus circulorum Franconiae, Sueuiae, Rheni ſup. & inf. ex quolibet circulo duo - | 8 |
| ſumma | 26.; |

EVANGELICOS ASSESSORES

| | |
|---|---|
| 6) electores Saxonicus, Brandenburgicus & Palatinus quilibet duo - - - - - - - | 6 |
| 7) circuli Saxoniae ſup. & inf. quiuis quatuor - | 8 |
| ac praeterea adhuc alternando - - - | 1 |
| 8) ſtatus A. C. circulorum Franc., Sueu., Rheni ſup. & inf. pro quouis circulo duo - - - | 8 |
| iterumque alternando - - - - - | 1 |
| ſumma | 24. |

praeſentare deberent.

§. 380. Sic quidem circuli, ſaltem prouiſorie, quomodo ſuas quisque praeſentationes exerceret, conuenerunt. Verum ob defectum ſuſtentationis, poſteaquam pauci quidam primi praeſentati in perceptione omnis ſalarii conſtituti erant, reliqui *ſerius praeſentati*, donec ad perceptionem peruenire poſſent, nouum locum vacantem *exſpectare debuerunt.* Indeque in circulis nonnullis ordo ſucceſſiuus ſiue *turnus in praeſentando* introductus fuit.

§. 381. Tandem plane numerus pace Weſtphalica ſtatutus (§. 379.) anno 1719 & 1720. noua lege pro dimidia parte diminui debuit ad II. praeſides & XXV. aſſeſſores. Incluſis tamen duobus nouis electoralibus, Bohemico & Brunſuico-Luneburgico (§. 64.), reuera XXVII. aſſeſſores praeſentari

poſſent, ſed XXV. tantum officio & ſalario fungi. Euangelica autem alternatiua praeſentatio vix amplius exerceri poteſt, & Weſtphalica duplex praeſentatio iam aliquamdiu quieuit. Hinc hodie modo XXIV. praeſentati adſunt. Salaria vero necdum hodie pluribus quam XVII. ſufficiunt. Reliquos ex ordine praeſentationis caſum vacantem exſpectare oportet.

§. 382. Vnumquemque praeſentandum ſecundum leges noſtras oportet eſſe legitimae atque honeſtae natiuitatis; Germanum, &, ſi fieri poteſt, ex ea regione, cuius nomine praeſentatur, natum; nobilem aut gradu academico inſignitum; integrum vitae; iuris ac praxeos peritum; eiusque religionis, quae vi pacis Weſtphalicae cuique praeſentationi conuenit.

§. 383. Talem vnum praeſentat, aut duo vel tres, ſi lubet, compraeſentare poteſt quilibet praeſentans, & quidem ſub poena deuolutionis intra ſpatium ſex menſium, ex quo locum vacantem praeſentanti ſignificauit camera.

§. 384. Praeſentatus litteras praeſentationis ipſe exhibet, examen generale & confecta relatione pro ſtatu examen ſpeciale ſubit. Cenſuram vero non prius experitur, quam non adſit prius praeſentatus, quem prae ſe vocari & introduci pati debet, atque exſpectare interim, donec ordo, vt pariter vocetur & introducatur, eum tetigerit.

§. 385. *Modus agendi* cauſſas in iudicio camerali diverſus eſt pro diſtinctione praxeos *extraiudicialis* & *iudicialis*, quae potiſſimum hoc principio nititur, vt iudicium demum poſt inſinuatam citationem, ſeu poſt inſinuatos, quos vocant, proceſſus, per horum reproductionem inchoetur.

§. 386.

§. 386. Alius itaque eſt *modus proponendi* per ſupplicas in cancellaria exhibendas, quod EXTRAIVDICIALITER; alius per receſſus vel producta in audientia, quod IVDICIALITER fieri dicitur. Illud inſcia altera parte fit; hoc in praeſentia omnium procuratorum, adeoque & alterius partis procuratoris praeſcitu.

§. 387. Aſſeſſores in *pleno* ordinarie non conueniunt, niſi a iudice ſpeciatim conuocati, & ad negotia tantum grauiora, quae vel ſtatum iudicii concernunt, vel punctum iuris aut proceſſus per modum dubii cameralis, SCti, aut decreti communis expediendum.

§. 388. Ordinarie aſſeſſores deliberant in *ſenatibus*, in quos iudex cunctos aſſeſſores diſtribuit, ita, vt aliquot tantum aſſeſſores, ſub praeſidio iudicis vel praeſidis, adhibito ſecretarii loco notario, coetum particularem efficiant (§. 377.).

§. 389. *Singuli ſenatus* ad minimum ex tribus quatuorue aſſeſſoribus conſiſtunt, qui extraiudicialia tractare poſſunt. Iudicialia, niſi minoris momenti ſint, non aliter, quam in ſenatu ſex aſſeſſorum tractari licet. Vnde ſenatus quoque in EXTRAIVDICIALES & IVDICIALES diuiduntur.

§. 390. Vtrique ſenatuum generi, ſi paritas votorum oritur, vel ſingularis cauſſae grauitas id exigit, *adiunctio* fit plurium aſſeſſorum; quo caſu ſenatus X. XII. XIV. aſſeſſorum eſſe; immo tandem cauſſa ad plenum deferri poteſt.

§. 391. *Conſtitutio ſenatuum* ab arbitrio iudicis pendet. Qui cunctos aſſeſſores in ſenatus extraiudiciales diſtribuere

buere ſolet, vnumque & alterum ſenatum combinare, vt quisque aſſeſſor ſciat, quibuscum ordinarie in ſenatu ſedeat, & ex quo ſenatu alio, ſi pluribus opus ſit, hi accedant. Attamen in ſingula quauis cauſſa de nouo formari ſenatus debet, primum extraiudicialis, deinde iudicialis. Isque ſemel formatus perpetuo idem in vna cauſſa manet; licet illa generalis aſſeſſorum diſtributio mutari nonnumquam ſoleat debeatque.

§. 392. Quando per ſupplicam cauſſa primum camerae proponitur; iudex denominat *referentem extraiudicialem*, qui in ſenatu extraiudiciali eam proponit, vt, quid decernendum ſit, ſtatuatur. Idque, ſi plures porro ſupplicae extraiudiciales exhibentur, continuat, donec iudicialis litigantium disceptatio incipiat.

§. 393. Quando per reproductionem *iudicium* incepit; ad continuandum illud camera *terminis legalibus* trium menſium ipſo iure currentibus vtitur. Nec deciſio iudicis pendente disceptatione iudiciali opus eſt, niſi vbi procuratores in disputationes incidunt, quas per interlocutorias decidi oportet, & quas ea mente, completis actis, ad notitiam iudicis & asſeſſorum perferri curant.

§. 394. *Interlocutoriae leuiores*, quae fere nulla indigent cauſſae cognitione, veluti in puncto termini, legitimationis cet., ſingulari modo expediuntur, quas vocant Beſcheidtiſch-Sachen. Si *maioris momenti* ſunt, veluti ſi in puncto iurisdictionis, deſertionis, cet. pronunciandum; in ſenatu quatuor aſſeſſorum tractantur, eaeque CAVSSAE SABBATINAE dicuntur.

§. 395.

§. 395. Quando *definitiue* in cauſſa pronunciandum; alius a iudice *iudicialis*, quam qui fuit extraiudicialis, conſtituitur *referens.* Isque extractum actorum, ſpeciem facti & votum conficit. Si grauitas cauſſae vel deſiderium partium id exigit, etiam *correferens* conſtituitur. Nouus demum ſenatus formatur. Cauſſaque ſecundum vnanimia vel maiora ſenatus, vel, ſi opus eſt, adiunctorum deciditur. Sententiae quaeuis in pleno lectae & adprobatae, in audientia publicantur.

§. 396. Ob iuſto pauciorem aſſeſſorum numerum cauſſae omnes iudicari nequeunt. Hinc *ſollicitatura* malum neceſſarium.

§. 397. Vniuerſa camera ab aula Imperatoris loco perpetuo ſeparata, migrare tamen aliquoties coacta, ab anno 1693. inde *Wetzlariae* eſt. Singulae tamen *perſonae camerales* immunitate perſonali gaudent, & ſub iurisdictione ipſius iudicii cameralis omnimoda conſtitutae ſunt, quae ſingulari modo per ſpeciem proceſſus extraiudicialis exercetur.

## 2. DE CONSILIO IMPERIALI AVLICO.

§. 398. *Conſilium imperiale aulicum*, qua alterum ſupremum imperii tribunal (§. 333.), conſiſtit ex *conſiliariis*, quibus Imperatoris nomine *praeſes* praeeſt, vel in eius ſubſidium *propraeſes*, cui praecedit tamen, ſi adeſt, *procancellarius imperii* (§. 207.), qui tamquam primus poſt praeſidem conſilio imperiali aulico, quando lubet, intereſſe poteſt.

§. 399. *Praeſidem* & *propraeſidem* aeque ac omnes conſiliarios ſolus Imperator conſtituit. Illi vt ex nobilitate ſuperiori ſint, requiritur. Principi imperii, ſi quis praeſens fuerit, ipſum praeſidem inferioris ordinis cedere leges iubent.

§. 400. *Conſiliarii*, alii ex nobilitate ſiue ſuperiore ſiue inferiore, alii ex eruditorum ordine, in *duo ſcamna* dispertiti ſunt; numero ſecundum leges *octodecim*, in praxi plerumque plures; inque iis ſaltem *ſex Euangelici*. Singulos leges iubent eſſe viros bonos, iuſtae aetatis; non ex ciuibus tantum vaſallisque Imperatoris hereditariis, ſed in primis quoque ex circulis imperii; iuris praxeosque peritos, examine inſtar aſſeſſorum cameralium tentandos, & ſacramento, in quo & imperii mentio fiat, adſtringendos.

§. 401. In diiudicandis cauſſis ſemper omnes adſint, omniaque *in pleno* tractentur, legibus conuenit. Adſunt praeterea ipſis deliberationibus duo *ſecretarii*, & in anticamera *Ianitor*. *Cancellaria* & *regiſtratura iudicialis* ſeparatas ſuas rationes habent. Ad proponendas cauſſas *agentes* numero circiter 24. vel 30., inque iis ſex vel ſeptem Euangelici, conſtituti ſunt; duoque FISCALES imperiales aulici.

§. 402. Sine iudicialium vel extraiudicialium diſtinctione hic omnia proponuntur *exhibitis* nomine agentium ſcriptis & ab iis ſubſcriptis, aut nonnumquam a ſtatibus quoque *litteris ad Imperatorem* datis.

§. 403. Exhibita per ianitorem praeſidi perferuntur, ab hoc *referenti*, &, quando opus, *correferenti* committuntur, qui ſemel conſtituti per totam cauſſam manent.

§. 404.

§. 404. Ipſae *relationes* in pleno omnes, ordinarie *ſecundum turnum* quemdam inter conſiliarios vtriusque ſcamni obſeruari ſolitum, proponuntur, aliter quodammodo ex ſingulis exhibitis, aliter ex integris actis, quae, ſi cauſſam ordinariam veluti citationis vel appellationis continent, prius irrotulari oportet.

§. 405. *Vota*, primum eruditorum, deinde nobilium, colligit praeſes, & ſecundum vnanimia vel maiora concludit, aut, ſi paria adſunt, votum fert deciſiuum, niſi de intellectu legum imperii agatur, vel in partes eant conſiliarii Euangelici, quo caſu ad comitia cauſſam deferri, leges volunt.

§. 406. Nonnumquam *votum ad Imperatorem* fit, ſiue exigente id Imperatore, ſiue ex officio ob grauitatem cauſſae aliasue rationes. Voto tali, quod referens ex mente collegii concipit, cauſſa cum ſuffragio repraeſentatur Imperatori ad ferendam deciſionem. Per procancellarium Imperatori proponitur, & reſolutio caeſarea, adſcripta voto, ſenatui aulico redditur, & ex hoc publicatur.

§. 407. Conſilium imperiale aulicum peculiarem quoque iurisdictionem exercet in ſingula ſua membra, quippe quae pari iure cum aſſeſſoribus cameralibus immunitate perſonali atque foro illo priuilegiato vtuntur, ſed maiore cum difficultate ob conflictum cum reliquis imperialibus vel prouincialibus iudiciis.

## 3. DE IVDICIIS SPECIALIVM GERM. RERVMP.

§. 408. In ſpecialibus Germaniae rebuspublicis paſſim admodum adhuc conſpicua eſt *antiqua* iudiciorum Germani-

eorum *forma* in iudiciis cauſſarum militarium, criminalium, marcalium, aliarumque talium ſollennibus.

§. 409. In reliquis initio formam iudicii camerae vel ſenatus aulici imperialis potiſſimum imitata fuerunt pleraque ſtatuum ſuperiora iudicia, eaque perfrequenter in duo ſcamna nobilium & eruditorum diuiſa. Nouiore aeuo magis magisque indies quisque ſuum ſenſum in ordinandis iudiciis ſequitur.

§. 410. Magiſtratus *vrbium* nonnumquam deputationem aliumue modum tractandi negotia iudiciaria ſingularem habent; & vtplurimum per ſyndicos, quos vocant, ſeu conſulentes cauſſas referri curant; ceterum reliqua ſua forma vtuntur. Alia *inferiora iudicia*, praeſertim ruri, hodie vtplurimum ex vnica perſona conſiſtunt, iudice nempe, quocumque demum titulo ornato, quem modo actuarium in tractandis cauſſis adhibere, fas eſt.

## V. DE PROCESSV.

§. 411. Proceſſus legibus imperii praeſcriptus eſt principaliter iudicio imperii camerali. Sed eumdem obſeruari quoque oportet a ſenatu imperiali aulico (a), & ceteris paribus (§. 319. ſq.) etiam a cunctis aliis Germaniae iudiciis (b).

(a) I. P. O. art. 5. §. 54. R. H. R. O. tit. 2. §. 8. Conf. ſupra §. 106. II.

(b) R. D. 1600. §. 15., C. O. C. II. 32. §. 9., R. I. N. §. 137.

I. DE PROCESSV PRINCIPALITER PRAESCRIPTO CAMERAE IMPERIALIS IVDICIO.

§. 412. Proceſſus camerae imperiali praeſcriptus alius eſt primae, alius ſuperioris inſtantiae; vterque ordinarius vel extraordinarius. Cuius diſcrimen perſpiciendum potiſſimum ex eo, quod primum ad accipiendum iudicium cognoſcitur, ſeu ex PROCESSIBVS, quos vocant.

§. 413. In omni proceſſu tendit actor ad id, vt reus auctoritate iudiciali adigatur ad ſatisfaciendum obligationi ſuae. Quod vt fieri poſſit, ex parte iudicis, neceſſe eſt, vt conſtet: 1) reum reuera obligari actori; 2) reum non ſatisfacere obligationi ſuae; 3) reum nulla exceptione ſe tueri poſſe contra intentionem actoris.

§. 414. Ordinarie de hoc triplici capite iudex ex prima actoris propoſitione certior fieri non poteſt; hinc, audiatur & altera pars, neceſſe. Vnde etiam camerae ab initio inde praeſcriptus fuit ordinarius primae inſtantiae proceſſus ſola citatione inchoandus atque plenam amborum litigantium disceptationem admittens, i. e. PROCESSVS CITATIONIS.

§. 415. Nonnumquam tamen fieri poteſt, vt actor primo ſtatim libello ſuo conuincat iudicem, quod reus obligatus ſit, nec obligationi ſatisfaciat, quodque nec facile exceptiones reus habiturus ſit. Quo caſu non ſola citatione, ſed vel *mandato* inchoari poſſe videbatur; at regulariter tamen addita CLAVSVLA IVSTIFICATORIA, niſi forte intra certum praefigendum ſimul terminum reus exceptiones, ſiue, quas vocant, cauſſales adhuc protulerit.

§. 416. Tantum ſi vel praeuideri poſſet, neque vllas reo profuturas exceptiones fore, plane *ſine clauſula* iuſtificatoria quoque mandari poſſe, ac tunc quidem ob intercedentem ſalutis publicae rationem, item damni ſaepe irreparabilis, vel periculi in mora, contra quemcumque immediatum ſtatim a mandato S. C. inchoandum eſſe videbatur.

§. 417. Quum proinde alias, exceptis cauſſis pacifragii, cauſſisque fiſcalibus, & litigioſae poſſeſſionis, contra immediatos iure Auſtraegarum munitos, his praeteritis, camera nil decernere poſſet; nunc haec exceptio ab anno 1548. inde inventa fuit, vt mandata S. C. *contra quemcumque immediatum, nulla habita Auſtraegarum ratione*, decerni poſſent. Quumque abhinc indies magis ad ſummum abuſum vsque frequentaretur horum mandatorum S. C. vſus; leges poſteriores demum magis definierunt, quibus caſibus proprie mandata S. C. locum haberent, & quis in iis procedendi ordo obſeruandus eſſet.

§. 418. *Locum eſſe mandatis S. C.*, ſtatuerunt leges, quando *vel* agitur ad compeſcendas facti vias, veluti in cauſſis poſſeſſoriis, ſpolii, arreſti, pignorationis, turbationis cet., vbi modo requiritur, vt demonſtret actor, ſe poſſidere aut poſſediſſe, reumque aut iam turbaſſe aut turbationem minari; *vel* quando agitur ex inſtrumentis guarentigiatis, quae clauſulas exſecutiuas continent. In vtroque caſu iudex praeuidere poteſt, exceptiones aut nullas adfore, aut ad petitorium vel ſeparatum reiiciendas fore. Quod ſi in aliis quoque caſibus conſtat, etiam in iis mandata locum habent.

§. 419.

§. 419. *In ordine procedendi* obſeruandum in primis actori, vt omnium libelli contentorum probationem libello addat. Ipſa mandata quidem S. C. & ſub poena decernuntur, ſed addita citatione ad docendam paritionem, vel videndum ſe incidiſſe in poenam mandato inſertam. Reo tantum obſequii gloria, non facultas excipiendi relinquitur; niſi quod vi citationis illius, ſi non paruerit, cauſſas, cur tamen in poenam declarari haud debeat, & hoc nomine quoque EXCEPTIONES, quas vocant, SVB- ET OBREPTIONIS proferre poſſit. Quibus propoſitis non vltra replicas diſceptando progredi licet. Finitur cauſſa ſententia aut paritoria, aut caſſatoria mandati.

§. 420. Sic itaque comparatus eſt praeter proceſſum citationis exortus PROCESSVS MANDATI S. C. tamquam proceſſus primae inſtantiae extraordinarius, qui mandato inchoatur, quo iudex, nondum diſceptata cauſſa, reum ſtatim iubet ſatisfacere actori, ne conceſſa quidem reo cauſſales proponendi facultate.

§. 421. PROCESSVS MANDATI C. C. pariter quidem mandato inchoatur, ſed relicta reo excipiendi facultate (§. 415.); ita vt demum, ſi nullas cauſſales reus proferat, proceſſus mandati continuetur; ſin proferat, mandatum in vim ſimplicis querelae reſoluatur. Vnde & Auſtraegae hic praeteriri nequeunt.

§. 422. *Ex ſingularibus conſtitutionibus* aliae potiſſimum compoſitae dantur proceſſus primae inſtantiae ſpecies, veluti citationis ſuper fracta pace publica vna cum mandato de

de reſtituendo ablata, de non turbando, cet.; citationis ſuper litigioſa poſſeſſione, nonnumquam cum ſequeſtro; mandati & citationis ſuper pignorationibus; mandati ex conſtitutione de arreſtis; item relaxationis iuramenti ad effectum agendi, atque prouocationis ex L. diffamari.

§. 423. In *ſuperiore inſtantia* ordinarius PROCESSVS eſt APPELLATIONIS, quo ex communi litigantium beneficio, quandocumque in adminiſtranda iuſtitia ſuum in detrimentum praeſcripta legum a iudice inferiore haud obſeruari contendunt, ſuperius tribunal aditur.

§. 424. Extra ordinem ex ſingulari fundamento ſuprema tribunalium imperii inſtantia aditur QVERELA NVLLITATIS, qua contenditur, iudicem inferiorem adeo in adminiſtranda iuſtitia non obſeruaſſe praeſcripta legum, vt hae ipſae id, quod agitur, plane non valere, ſeu nullum eſſe ſtatuant; & QVERELA PROTRACTAE VEL DENEGATAE IVSTITIAE, qua quis queritur, iudicem inferiorem vel iuſto lentius vel plane non adminiſtrare ſibi iuſtitiam, eoque propterea tendit, vt ſuperior iudex promoueat iuſtitiam ab inferiore adminiſtrandam, vel vt ipſe eam adminiſtret.

§. 425. COMMISSIONES, ſi, vti ex primis ordinationibus cameralibus videtur, ad totam cauſſam decerni poſſent, ſingularem proceſſus ſpeciem efficerent. Sed in praxi & vi legum nouiorum a camera tantum decerni poſſunt ad ſingulos iudicii actus, veluti ad examen teſtium, ad inſpectionem ocularem, ad ſequeſtrandum, manutenendum cet.

§. 426. In quocumque proceſſu, quando ſubditi contra magiſtratus ſuos territoriales agunt, non facile proceſſus decernere

nere legibus iubentur ſuprema imperii tribunalia, niſi datis primum magiſtratui tali LITTERIS PRO INFORMATIONE. Quas generatim quoque in cauſſis pauperum leges exigunt, in reliquis quibuscumque cauſſis citra legum neceſſitatem ſaepe decernunt ſuprema iudicia.

§. 427. Iudicium camerale quoque praeter proceſſus legibus praeſcriptos nouiore aeuo frequenter ORDINATIONES decernit (Verordnungen), quibus, vtplurimum loco decernendorum alias proceſſuum, periculum faciunt quaſi breui manu tollendi, quod in lite eſt.

§. 428. Ceterum ordo procedendi in ſingulis proceſſibus obſeruandus iuris priuati potius, quam publici eſt. In primis proceſſui citationis tum in ordinationibus cameralibus, tum in R. I. N. permulta praeſcripta ſunt, quae ſimul normam generalem cuiuscumque iudicii continent.

## 2. DE PROCESSV CONSILII IMPERIALIS AVLICI.

§. 429. *Conſilium imperiale aulicum* ordinationibus cameralibns ſe adſtrictum cenſet in ſubſtantialibus proceſſus, non in minus neceſſariis ſollennibus iudiciariis. Hinc locum quidem in illo habent ſingulae proceſſuum camerae praeſcriptorum ſpecies; ſed non eodem rigore obſeruantur, nec ſolae.

§. 430. Praeterquam quod ſupremum hoc tribunal aulicum in decernendis commiſſionibus & in vniuerſo decernendi & iudicandi modo per concluſa ſua, multo maiore, quam camera, libertate vtitur; in primis ſuccurrit ei modus agendi

 per

per RESCRIPTA tamquam litteras, quae ab Imperatore cuicumque dari, quibusque qualiacumque ſignificari, communicari, repraeſentari, moneri, rogari, ordinari, mandari poſſunt.

§. 431. Quodſi tali reſcripto, proceſſuum loco, reus actioni ſatisfacere iubetur; ſingularis inde oritur proceſſus ſpecies, huic tribunali propria, PROCESSVS nempe RESCRIPTI (der Reſcripts-Proceß). Isque reuera cum proceſſu mandati in eo conuenit, vt ad primam ſtatim ſupplicam actioni ſatisfacere reus iubeatur, licet leniori ſtilo id fiat; vnde & in ipſo procedendi modo pleraque ex mandatorum analogia hic obſeruanda ſunt.

### 3. DE PROCESSV IVDICIORVM TERRITORIALIVM.

§. 432. In foris Germaniae territorialibus per leges cuiusque territorii ſpeciales quidem definiri potuit & adhuc poteſt ordo iudiciarius; ſed in ſubſidium vbique valent leges imperii, O. C. & R. I. N. (§. 319.). Quibus & ceteroquin plerique legislatores proceſſum iudiciis territorialibus praeſcriptum accommodarunt (§. 411.). Tantum Saxoniae proceſſus a reliquis Germaniae prouinciis magis differt. Legibusque, nonnullis in territoriis demum noſtra aetate latis, ſingularis & a legibus imperii magis decedens proceſſus praeſcribi obſeruatur.

## VI. DE EXSECVTIONE.

§. 433. Iudicata contra moroſos *exſequendi poteſtas* in ſpecialibus Germaniae rebuspublicis cuique magiſtratui ſecundum leges ei praeſcriptas relinquitur.

§. 434.

§. 434. Supremis Germaniae tribunalibus hunc exſequendi modum praeſcripſerunt leges imperii, vt, ſi condemnatus fuerit mediatus, ordinarium eius magiſtratum; ſin immediatus, eius circuli directores iubeant exſequi; ſin nec ipſi demum exſequi iuſſi officio ſuo ſatisfecerint, in alium exſecutionem transſcribant,

I. Vbi vnus tantum in circulo director eſt; difficultate res caret. Vbi plures directores ſunt; ordinarie quidem omnium coniunctim eſt exſequendi munus. Quodſi tamen alter litis conſors ſiue directe, ſiue per indirectum eſt, moramue committit; tunc cognita cauſſa exſecutio recte decernitur cum clauſula ſamt und ſonders, ea mente, vt vel ab altero ſolo poſſit exſecutio perpetrari.

II. Nobilium immediatorum exſecutio committitur ei corpori equeſtri (Ritter-Canton), ſub cuius ditione bona exſequendi comprehenduntur,

§. 435. Quodſi inobediens deprehenditur condemnatus; iis, quibus leges poteſtatem exſequendi dederunt, iudicia imperii exſecutionem demandant, ſiue per modum *mandati de exſequendo*, quod fit in iudicio camerali, ſiue per modum *commiſſionis*, quod fit in tribunali aulico.

§. 436. Et ſic quidem non ſua tantum ipſorum iudicata, ſed & *ſententias deputatorum imperii* aut *Auſtraegarum*, vt ad exſecutionem perducant ſuprema tribunalia, implorari poſſunt. Contra magiſtratus ſtatuum immediate iudiciis imperii ſubordinatos, ſi iuſto diutius in exſecutione iudiciorum cunctantur, obtineri quoque poſſunt a ſupremis tribunalibus *mandata de exſequendo propriam ſententiam*.

§. 437. Ab omni autem hacce iudicatorum exſecutione probe ſecerni debet, quando nondum deciſa cauſſa, lege id permittente, media coactiua adhibentur tantum ad rem ſaluam ſeruandam, de qua lis eſt; veluti vbi quid ſequeſtrari, ſiue arreſtum ſiue ſaluum quoque conductum decerni opus eſt. Quibus in caſibus quando ſola ſummorum tribunalium decreta haud ſufficiunt; adhibere, quoad opus, media coactiua iubent alios, quorum poteſtas iis ſubordinata eſt, neque tali in caſu tam ſtricte adligata ſunt legibus ordinariae ſententiarum exſecutionis, quo minus aliis quoque, quorum commodius ſibi pollicentur auxilium, committere ea poſſint.

## VII. DE REMEDIIS CONTRA IVDICATA

### I. IN CAMERAE IMPERIALIS IVDICIO.

§. 438. Camera imperialis ab initio inde tamquam ſuprema omnium Germaniae ciuium inſtantia ſic inſtituta fuit, vt ne cogitaretur quidem de remediis contra eius iudicata admittendis. Nec proprie huc referri merentur, quibus reuera haud impugnatur ſententia, iuris communis praeſidio dudum inuecta *declarationis* & *reſtitutionis in integrum* remedia.

§. 439. Primum ex aliis rationibus accidit, vt in O. C. Conſtantienſi 1507. tit. 14. caueretur, vt quouis anno Caeſar & certi quidam ſtatus eorumue commiſſarii viſitarent iudicium camerale, ad disquirendum in primis rationes camerae, ſimulque naeuos iudicii, ſi qui fuerint, in genere (a). Quales *viſitationes* deinde continuatae, nouisque porro legibus inſtructae ſunt.

(a) O. C.

(a) O. C. 1507. rem ſic exprimit: "um alle und jede des C. G. vorgefallene Gebrechen und Nothdurft zu verhören, zu ordnen, zu handeln und zu verſehen, auch Rechnung zu empfangen".

§. 440. Anno 1524., quum primum in comitiis ſe ſiſterent quidam grauati a camera; horum querelae primam videntur legislatoribus occaſionem praebuiſſe cogitandi de nouo adhuc iniuſte grauatis remedio concedendo. Id quod, vrgente ipſa camera, in R. I. 1532. art. 3. §. 16. ſq. ſic factum, vt grauatis a camera liceret *ſupplicare*, vt *reuideantur* acta, & ad *ſyndicatum* conueniatur iudicium camerale coram viſitatoribus annuis. Mox diſtinxit O. C. SYNDICATVM, tamquam actionem contra perſonas iudicii, quarum dolo mala ſententia lata, ſeu quae litem ſuam fecere, & REVISIONEM, tamquam remedium contra ſententiam cameralem grauatis conceſſum ex fundamento generali, quod male ex actis prioribus iudicatum fuerit; vtrumque remedium a viſitationibus annuis expediendum.

§. 441. Sic in praxi per leges indies magis definitum remedium reuiſionis ita inualuit, vt quicumque grauatus in qualicumque *cauſſa*, alias appellabili & modo 2000. imperialium *ſummam* continente, reuiſionem contra iudicatum camerale interponere poſſit; modo *interpoſitionem* illam *intra quadrimeſtre* coram Moguntino, vel, ſi eius interſit, Treuirenſi electore peragat, & iudicio camerali per notarium ſignificet, ſimulque *iusiurandum reuiſionis* a litigatore reuiſionem petente eiusque aduocato cauſſae praeſtandum offerat; *libellum* quoque *reuiſionis*, niſi ſimpliciter ad acta priora prouocet, intra idem vel rite prorogatum fatale producat.

§. 442. Interpoſita reuiſione ipſi camerae *cognitio* relicta eſt *ſuper admittenda reuiſione*, non quidem an grauamina releuantia adſint, nec ne, ſed tantum an cauſſa & ſumma reuiſibilis adſit, atque formalia an obſeruata ſint, vt reuidentem ad iusiurandum reuiſionis admitti oporteat, nec ne?

§. 443. Admiſſa reuiſio porro cognitionem viſitatorum ſeu reuiſorum exſpectat. Quae quidem ſecundum leges ſingulis annis per *viſitationes annuas* fieri deberet; vti reuera id obſeruatum fuit magnam ſeculi XVI. partem, ſed inſtaurari, licet legum incitamento non caruerit, nec nouiſſimis careat, nondum potuit.

§. 444. Si quando viſitationem iterum conuenire, Deus voluerit; ante omnia *edicto* Imperatoris ſinguli reuidentes monebuntur, vt intra quatuor menſes ſub poena deſertionis & Moguntino & camerae de nouo indicent proſequendam reviſionem ſuam.

§. 445. Ipſa *viſitatio* vi legum nouiorum conſiſteret ex Imperatoris & XXIV. ſtatuum pro paritate religionis iam denominatorum commiſſariis ac mandatariis. Qui rite legitimati in quatuor *ſenatus* diſtributi, niſi quos recuſauerit forte camera, ſingulari ſacramento adſtricti, munere viſitatorum reuiſorumque fungerentur.

§. 446. Singula reuiſionum acta primum taxanda forent, definiendo *pecuniam ſuccumbentiae* certo tempore a reuidente quouis deponendam. Deinde ſuper ipſis grauaminibus in libello reuiſionis prolatis ex ſolis actis prioribus foret cogno-

ſcendum

ſcendum, adhibitis ſimul ſententiae impugnatae auctoribus, eorumue mortuorum relationibus; ſiue confirmando ſententiam priorem & coercendo tunc reuidentis temeritatem, ſiue reformando illam, ſed ſemper tamen remittendo cauſſam ad cameram.

§. 447. Ex quo autem viſitationes annuae in vſu haud fuerunt, omnes interpoſitae reuiſiones exitu caruerunt, & adhuc, quae quotidie interponuntur, carent, quamdiu viſitationes haud inſtaurantur. Vnde ardua dudum quaeſtio fuit, vtrum interpoſitae reuiſioni *effectus ſuſpenſiuus* tribuendus, an denegandus eſſet. Et initio quidem denegatus, ſed mox tamen conceſſus fuit effectus ille ſuſpenſiuus, donec tandem R. I. N. §. 124. in futurum iterum ademit hunc effectum, eumque reliquit ſolum reuiſionibus ante hanc legem interpoſitis, & quae porro in cauſſis religionis interponerentur.

§. 448. Ceſſante itaque effectu ſuſpenſiuo, interpoſita licet reuiſione, pars victrix ſeu reuiſa tamen exſecutionem iudicati obtinere poteſt, modo idoneam praeſtet *cautionem* de reſtituendo adiudicata, ſi in reuiſionis inſtantia olim aliter iudicatum fuerit.

§. 449. Cautionem hanc, quamprimum, reuiſione ab altero interpoſita, poteſt, alter offerre ſolet in camera cum petito pro exſequenda ſententia. Contra eam reuidentis quidem declaratio ac monita admittuntur; indeque diſceptatio vtplurimum inter reuidentem & reuiſum oritur. Plena autem huius rei deciſio eſt penes cameram. Praeſtitaque cautione, quantum ſatis eſt, nulla amplius reuiſionis in camera ratio habetur,

tur, ſed pergitur in ordine exſecutionis, perinde ac ſi nulla reviſio interpoſita eſſet.

§. 450. *Syndicatum* eodem modo, vti reuiſionem, tractari leges volunt; interponendum nempe intra idem fatale eodem modo, expediendum a viſitatoribus tamquam ſyndicatoribus. Sed rarius in praxi hoc remedium, res ipſa docet.

## 2. DE REMEDIIS CONTRA IVDICATA CONSILII IMPERIALIS AVLICI.

§. 451. Ex analogia reuiſionis cameralis in conſilio imperiali aulico per pacem Weſtphalicam introducta eſt ſimilis REVISIO, ſeu quae vna eademque eſt, SVPPLICATIO, dum, „vt ne partes" inquit P. W. art. 5. §. 54. „ibidem litigantes „omni remedio ſuſpenſiuo deſtituantur, loco reuiſionis in ca„mera vſitatae, licitum eſto parti grauatae a ſententia in iudi„cio aulico lata ad Caeſaream Maieſtatem *ſupplicare*, *vt acta* „iudicialia denuo adhibitis aliis grauitati negotii paribus, neu„trique partium *addictis*, ex vtraque religione aequali nume„ro conſiliariis, & qui concipiendae & ferendae priori ſenten„tiae non interfuerint, aut certe referentium & correferentium „partes non ſuſtinuerint, *reuideantur*."

§. 452. Haec reuiſio cum camerali plane conuenit in eo, quod ad cauſſam ſummamque reuiſibilem, ad fatale interponendae, & ad iusiurandum reuiſionis attinet. In eo autem potiſſimum differt ab illa, quod non a viſitatione, ſed in eodem collegio, tantum conſtituto nouo re- & correferente, disquiratur. Vnde ipſe quoque ſenatus aulicus pecuniam ſuccumbentiae definit atque exigit. Nec exitu hic reuiſiones de-

ſtituun-

ſtituuntur. Effectus autem ſuſpenſiuus aeque ac in camera ceſſat; eodemque propterea modo hic exſecutio erga cautionem partis victricis non attenta reuiſione decerni poteſt.

§. 453. Nec ſyndicatum huius tribunalis ordinatio, nec praxis alia remedia reſpuit, veluti declarationis & reſtitutionis in integrum. Nonnumquam facilius hic, mutari concluſa, contingit.

### 3. DE RECVRSV AD COMITIA.

§. 454. Citra leges aduerſus amborum ſummorum imperii tribunalium iudicata inualuit adhuc aliud remedium, RECVRSVS AD COMITIA, remedium nempe, quo quis grauamen a ſupremo alterutro tribunali ſibi illatum in comitiis proponit, ibique opem contra illud quaerit.

§. 455. Hicce recurſus in primis nouiore aeuo ſic inualuit, & quotidie magis inualeſcit, vt ſine vlla formalium fataliumue circumſcriptione, quicumque ſe grauatum contendit, per litteras legatis comitialibus adſcriptas, addita deductione quadam, a quocumque ſummorum tribunalium iudicato ad comitia imperii confugiat. Hic pro dictatura primum, in aulis ſtatuum pro inſtructione legatorum fauorabili ad obtinenda maiora, in comitiis iterum pro propoſitione laborat. Quae omnia ſi ex voto ſuccedunt, demum ſuffragium imperii recurrens obtinet, quo rogatur Imperator, vt a ſupremo tribunali deſiderio recurrentis ſatisfieri curet.

§. 456. Fundamentum recurſus potiſſimum ponitur in *iudicio principum*, quo olim omnes procerum cauſſae in comitiis

mitiis tractari debuiſſent, adeoque ius antiquum eſſet prouocandi in talibus cauſſis ad comitia; deinde in *grauamine communi*, quo non ſinguli tantum recurrentis, ſed vniuerſum commune quoddam ius ſtatuum violatum, hinc de eo cum conſtatibus agendum ſit; ſpeciatim quoque ratione camerae in defectu viſitationum, ratione tribunalis aulici in defectu remedii deuolutiui &c.

§. 457. **Sed nondum probatum quisquam dedit**, reuera olim omnes procerum cauſſas in comitiis tractatas fuiſſe. Nec vel ſequeretur inde, vt hodie adhuc a ſupremis imperii tribunalibus ad comitia recurrere liceat. Grauaminis communis ſpecies, quae cuicumque grauamini dari poteſt; defectus viſitationum, quibus inſtaurandis forte ipſi recurrentes plurimum contribuere poſſent; & deſiderium alterius remedii, quam quod pace Weſtphalica praeſcriptum eſt, an iuſtiorem recurſuum cauſſam reddant, neſcio.

§. 458. In *legibus* certe hucusque latis recurſui nil praeſidii eſt. Fallaciam committunt, qui ex remiſſione cauſſarum ob interpretationem authenticam vel paritatem votorum & religionis, vel ex ſanctione obſeruandorum priuilegiorum fori in P. W. ſtatuta defendere recurſum cupiunt. In R. I. N. §. 165. & in capitulationibus nouiſſimis art. 16. §. 16. contrarium potius ſtatutum, quam vt foueant recurſus. Grauamina ac deſideria ſtatuum, quorum dictaturam ac propoſitionem haud impediri iubetur in capitul. art. 13. §. 8., vel ideo de recurſibus, vti hucusque fieri ſolent, intelligi non poſſunt, quoniam eadem capitulatio art. 17. §. 3. fatetur neceſſitatem: Den

in

in letztern Zeiten ad comitia genommenen recurſibus Ziel und Maaß zu ſetzen.

§. 459. *Obſeruantia* quidem ſat multa praebet interpoſiti qualiscumque recurſus exempla. Sed difficile elicietur inde tacitus Imperatoris & imperii conſenſus in iuſtitiam recurſus, quem, quia tentatum ſciunt, ergo adprobatum eſſe, non ſequitur (§. 109. ſq.). Contrarium potius conſtat ex euentu plerorumque recurſuum inani, ex contradictione Imperatorum plus vice ſimplici facta in primis a Carolo VI. 1715., & ex agnita in capitulationibus nouiſſimis & a toto imperio, negata a nemine, neceſſitate circumſcribendi recurſum certis limitibus.

§. 460. Quaeſtio itaque: *an & quis recurſus iuſtus ſit?* adhuc ex legibus & obſeruantia iure decidi nequit, ſed nouam legislationem exſpectat, quam pro ſuprema imperii ſalute mox fieri optandum eſt.

§. 461. *In praxi* interim in quouis caſu *maiorum* in comitiis *votorum* norma obſeruatur, quae tolerabilis eatenus, quatenus non cuiuis licet hanc adire Corinthum; intolerabilis videtur, quatenus fieri tamen poteſt, vt maiora obtineantur ex rationibus politicis, inuita iuſtitia.

§. 462. Si quis in hac re, quid *analogiae iuris conueniat*, indagauerit; res optime perſpici poteſt, conſiderata modo natura iudicis ſupremi & legislatoris, remediique contra illius iudicata concedendi & comitiorum imperii vniuerſalium.

I. Nimirum *iudicia*, quorum eſt ius ad factum adplicare & ſingulas ciuium obligationes diiudicare, ideo ex viris probatis

ac ſacramento eam in rem adſtrictis conſtituuntur, legibusque iudiciariis circumſcribuntur, vt omnem pro ſe praeſumtionem habeant; ideo inſtantiis & remediis ſubiiciuntur, vt, ſi errauerint vel iniuſte iudicauerint, adhuc corrigi queant. Semel autem litium finis ſit, ſuprema reipublicae ſalus vrget; eique magis prodeſt, vt vnus alterue ciuis laedatur, quam vt lites in infinitum trahendi, via paretur. Hinc ſupremi iudicis iudicata, citra remedia legibus conceſſa, vlteriori cognitioni haud ſubiiciantur, fas eſt.

II. *Legislator* ſingularum cauſſarum cognitioni ſe immiſcere non poteſt. Sed generalibus tantum propoſitionibus iurium & obligationum occupatur. Inuigilare poteſt obſeruantiae legum; ſed tantum vbi, ſine cognitione facti in ſingula cauſſa, intelligit, manifeſto illas negligi vel infringi a iudice. Sin ſecus, rem iudiciariam funditus peruerti periculum eſt; vti vel exemplo rei iudiciariae prouincialis firmari poteſt, quae, vbi bene ordinata, certe non patitur ſingularum cauſſarum cognitionem citra collegia ad adminiſtrandam iuſtitiam conſtituta.

III. In *comitiis imperii* tantum locus eſt deliberandi ſuper conſenſu Imperatori praebendo in iuribus maieſtaticis non reſeruatis (§. 212.), ad quae legislatoria poteſtas, non iurisdictio pertinet. Hinc ad ſummum admitti poſſet imploratio comitiorum pro conſilio & conſenſu Imperatori praebendo ad adigendum vi legislatoriae poteſtatis iudicia imperii, vt leges obſeruent, quatenus ſine cognitione facti id opus eſſe perſpici poteſt.

§. 463. Sin ***prudentiam legislatoriam*** cum ***rationibus politicis*** comparaueris; non facile omnes aut plurimi ſtatus cooperabuntur ad praecludendum ſibi viam recurſus, qui quam vtilis olim aliquando ſibi ſuisue poſteris futurus eſſe queat, praevidere nemo poteſt.

§. 464.

§. 464. In modo procedendi circa recurſus dubitatio noviter exorta fuit, vtrum *informatio* a ſupremis imperii tribunalibus, ſpeciatim a camera, exigenda ſit, priusquam in comitiis quid concludatur, nec ne? Sunt quidem, qui negarunt ex capite obſeruantiae ex vno alteroue exemplo repetitae, & ob fidem narratis principum habendam. Sed obſeruantiae requiſita hic deſunt (§. 109. ſq.), aliamque obſeruantiam alia plura exempla in contrarium docent. Fides partium, earumque cauſſidicorum, praeſumtioni iudicis cedit. Ipſique naturae omnis rei iudiciariae conuenit, vt ne quisquam, ne dicam iudex, inauditus condemnetur; tum & analogiae omnium iurium legumque imperii, quae in appellatione ac reuiſione agnoſcunt neceſſitatem audiendarum iudicis a quo rationum, cur ſic iudicauerit.

§. 465. Tandem *de effectu recurſuum ſuſpenſiuo* quaeritur. De quo dubitari poſſet, ſi vel maxime recurſus in comitiis adprobatus fuerit, ſtatibusque inhibitio placuerit, niſi Imperator eam ratam habuerit; ſiquidem huius adſenſus demum vim obligandi concluſis imperii perfectam tribuit (§. 250.). Sed politice ſic, ſi inhibitio expreſſe in comitiis concluſa, ſine inſigni damno concedi poteſt (§. 461.).

§. 466. Soli recurſus interpoſitioni attribui effectus ſuſpenſiuus nequaquam poteſt. Nec enim ipſum remedium valet ſine lege, multo minus effectus eius ſuſpenſiuus; quum potius quilibet iudex teneatur exſequi iudicata ſua, niſi qua lex praeſcripſerit remedium & effectum ei ſuſpenſiuum relinquendum. Nam & remedia legibus ſtatuta cum effectu tantum deuolutiuo dantur, inque iis in primis ipſa, quae proxi-

mam hic analogiam efficit, reuiſio (§. 447.). Nec vel rationibus politicis id conuenit, ſiquidem alias inania erunt omnia iudicia; & mox potentior quisque abſorbebit impotentiorem.

### 4. DE REMEDIIS SVSPENSIVIS IVDICIORVM INFERIORVM.

§. 467. In foris Germaniae territorialibus, praeter ſubordinationem inſtantiarum, remedium lege imperii ſtatutum eſt *transmiſſionis actorum*, quod reuiſionis alibi, alibi leuterationis alioue nomine in plerisque territoriis ſupereſt (a).

(a) R. D. 1600. §. 16., R. I. N. §. 113.

## CAP. III.

## DE IVRE BELLI, PACIS, FOEDERVM ET LEGATIONVM

### I. EX PARTE IMPERATORIS ET IMPERII.

§. 468. *Ius belli* hodiernum potiſſimum repeti debet ab eo tempore, quo mos belli hodiernus inualuit; quippe diuerſiſſimus a more gerendi bella antiquo.

§. 469. Ex *more belli priſtino* ſingulus quisque ciuis, ſpeciatim quisque vaſallus ad arma gerenda adſtrictus erat; ſed vnusquisque etiam iure belli, vti in ſtatu naturali, vtebatur. Quando familiae, ciuitatis vel populi bellum erat; ſingula familiae, ciuitatis, vel populi membra ad arma ruebant. Quando

do principis, comitis, episcopi alteriusue nobilis; ſinguli eius vaſalli. Quando regis vel Imperatoris; ſinguli proceres imperii eorumque vaſalli.

§. 470. Ex quo, poſt inuentum pulueris ſulphurati vſum, *noua belli ratio* inualuit, ſenſim deſiit mos, vt ipſi proceres & vaſalli arma gererent. Sed ſiſtere dumtaxat certum equitum peditumque numerum, & congerere pecuniae ſummam, neceſſe fuit. Quem in finem initio quouis caſu belli ab Imperatore gerendi confecta MATRICVLA, ſiue index ſtatutum numerique equitum & peditum vel pecuniae, quem quisque conferret. Tandem, quae 1521. in vſum expeditionis Romanae a Carolo V. tum cogitatae confecta, poſthaec retenta fuit; ſed loco 20000. peditum & 4000. equitum in illa contentorum poſtea placuit pro ſingulo pedite ad vnum menſem 4. florenos, pro equite 12. florenos exſoluere. Qua proportione abhinc vnum pluresue menſes Imperatori concedi a ſtatibus conſueuit, eosque vocari adhuc ſolitos Römer-Monathe.

§. 471. Superiori ſeculo, occaſione bellorum imperii poſt pacem Weſtphalicam contra Galliam geſtorum, in circulis praeparatus, in comitiis imperii vniuerſalibus anno 1681. concluſus fuit alter modus concurrendi ad bella imperii per numerum 40000. militum, equitum 12000., peditum 28000., in circulos diſtributum (a). Eumque numerum, deinde porro anno 1702. concluſum fuit, tempore pacis perpetuum in duplo habere, nempe 80000.; tempore belli in triplo, nempe 120000. (b); relicta ceterum cuique circulo repartitione eius numeri inter ſua cuiusque membra (c). Quin etiam caſſam operationis condi, & pecuniam in illam eadem proportione ad ſum-

ſummam 100000. imperialium in ſimplo, pro equite 2. flor., pro pedite 40. crucig., conferri, concluſum fuit 1704. & 1707. (d);

(a) Schmauß. *corp. iur. publ.* p. 1111.
(b) Schmauß *l. c.* p. 1144.
(c) Fabers Staats-Canzley tom. 10. p. 335.
(d) Schmauß *l. c.* p. 1159.

§. 472. Qualiacumque haec conferenda, niſi praeuio conſenſu comitiali, imperari ſtatibus nequeunt. Hinc ipſum ius belli, nomine imperii gerendi, ab Imperatore exerceri nequit, niſi eodem conſenſu comitiali praeuio (a).

(a) I. P. O. art. 8. §. 2. "Gaudeant ſine contradictione iure ſuffragii - - *ubi bellum decernendum*". &c.

I. Firmatum hoc iam dudum in capitulationibus fuit, niſi quod in iis electores, aliquando vel ſuum conſenſum ſufficere voluerint (a), & quod caſus defenſionis ſoli Imperatori committi videatur (b).

(a) Capitvl. (1519.) art. 4. §. 2: "Wir ſ. u. w. auch uns gegen die benachbarte Chriſtliche Gewälte friedlich halten, ihnen allerſeits zu Widerwärtigkeit gegen das Reich keine Urſache geben (add. ex mon. princ. 1658. in perpet. & 1711.: weniger das Reich in fremde Kriege impliciren, ſondern uns aller Aſſiſtenz, daraus dem Reiche Gefahr und Schaden entſtehet, gänzlich enthalten), auch kein Gezänk, Fehde, noch Krieg inn- und außerhalb des Reichs, von deſſelben wegen (add. 1658.: unter keinerley Vorwand, wie der auch ſey,) anfangen, oder Bündniß mit ihnen machen; es geſchehe denn ſolches mit der Churf. F. und Stände Conſens auf offenem Reichstage oder zum wenigſten der ſämtlichen Churfürſten Vorwiſſen, Rath und Einwilligung (add. 1742.: in eylenden Fällen, wo hernächſt gleichwohl und ſobald mit geſamtem Reiche die Gebühr zu beobachten)".

(b) Capitvl. (1519.) art. 4. §. 5.: "Wo wir aber des Reichs wegen angegriffen würden, mögen wir uns aller (add. in perpet. & 1711.: dem Reiche unnachtheiligen) Hülfe gebrauchen".

§. 473.

§. 473. *Generales* quoque *belli officiales* tum belli tum pacis tempore, ſecundum paritatem religionis, ex ſuffragio imperii conſtituuntur, atque ſacramento & Imperatori & imperio adſtringuntur (a), ordinarie 2. General-Feld-Marſchalle, 2. Generale der Cavallerie, 2. General-Feld-Zeugmeiſtere oder Generale von der Infanterie und 2. General-Feld-Marſchall-Lieutenants. Quorum primus (der ältere Reichs-General-Feld-Marſchall) tempore belli ordinarie praeeſt exercitui imperii.

(a) CAPITVL. (ex monito principum 1663. in perpet. & 1711., & ex monito Sax. diſtinctius 1742.) art. 4. §. 3. - - "auch die von uns und dem Reich in gleicher Anzahl beyder Religionen zu beſtellende Generalität, ſamt denen ebenfalls in gleicher Anzahl von beyden Religionen zu ernennenden Kriegs-Raths-Directoren und Räthen ſowohl als das ganze Kriegsheer in unſere und des Reichs Pflichten genommen werden ſolle". Conſtitutio autem conſiliariorum & directorum hic nominatorum in obſeruantiam nondum deducta fuit.

§. 474. Quin & *fortalitia imperii* duo ſunt, die Reichs-Feſtungen Philippsburg und Kehl; ſaltem quod ad munimenta & ius praeſidii attinet; ceterum epiſcopi Spirenſis illud, hoc Marchionis Badenſis ſuperioritati territoriali ſubiectum. Ad ſuſtentanda illa ab imperio nonnumquam conferuntur aliquot ſumtus, 1. oder 2. Römer-Monathe; Copiis tuetur prius potiſſimum Franconicus, poſterius Sueuicus circulus; Praefectum munimenti (Gouverneur von Philippsburg) Imperator nominat, nominatumque ſignificari curat comitiis.

I. Vtrumque fortalitium miſerae conditionis eſt. Nec tamen plura condi, nec vel inſtaurari licet (a).

 (a) CA-

(a) CAPITVL. (1658. ex mon. princ.) art. 4. §. 6.: "Jedoch ſ. u. w. wir weder in währendem ſolchen (add. 1745. Reichs-) Kriege noch ſonſten in der Churf. F. und Stände Landen und Gebiete keine Feſtungen von neuem anlegen oder bauen, noch auch zerfallene, oder alte wiederum erneueren, vielweniger anderen ſolches geſtatten, oder zulaſſen, (add. 1711.: immaſſen dieſes allein die Landesherren, nach denen Reichs-Satzungen, in ihren territoriis zu thun befugt und berechtiget ſind)".

§. 475. Iam ſi imminet bellum imperii, ante omnia adhibito conſenſu comitiali (§. 472.), ceterum ſuo quidem ſolius nomine Imperator curat adnunciari bellum, item dehortatoria, auocatoria, cet. publicari. Quin & ipſi exercitui praeeſſe poteſt, totumque bellum, eiusque operationes quodammodo dirigit. Sed vniuerſe tamen ſecundum leges & praeſcitu imperii eum agere oportet (a).

(a) CAPITVL. (ex mon. princ. 1653. & 1658. in perpet. & 1711.) art. 4. §. 3. "Dergleichen Reichskrieg ſodann nach Inhalt der Reichs-Conſtitutionen, der Executions-Ordnung und Inſtr. pacis geführet = = werden ſolle".

§. 476. Adnunciato itaque bello imperii in comitiis deliberari ſolet, ſuper quaeſtione: *an?* primum, de cogendo ſcilicet triplo illo, quod exercitum 120000. militum efficiat (§. 471.); deinde ſuper quaeſtione *quomodo?* wegen Proviants, Artillerie, Diſciplin, Marſchweſen, Winter-Quartiere, Commando, Rang der Generale ꝛc., & poſtremo vtplurimum loco ſuper erigenda caſſa operationis (a). Ceterum ſuo quisque militum numero, ſeu, vt aiunt, contingenti ſtipendium & annonam praebere debet.

(a) Vide exemplum nouiſſimum anni 1734. in Schmauß. corp. iur. publ. p. 1407. ſq. Conf. Moſers kürzere Einleitung in das Teutſche Staatsrecht (Frankf. u. Leipz. 1753. 8.) p. 188. ſq.

§. 477.

§. 477. Imperatoris poteſtas ſpeciatim legibus circumſcripta eſt, quod ad conſiliarios & officiales eius domeſticos attinet (a), item circa copias exterorum auxiliares (b), circa vſum copiarum imperii extra eius fines (c), circa tranſitum copiarum per territoria ſtatuum (d), & circa collocationem (e) atque conquiſitionem militum (f).

(a) Capitvl. (1742. ex mon. Treuir.) art. 4. §. 4.: "Dargegen wollen wir unſerm eigenen Kriegsrath und Generalität nicht geſtatten, wider die Reichs- und Kreys-Verfaſſungen eigenen Gefallens das Marſchweſen anzuordnen, jemanden von derley gemeinen Laſten zu entbürden, ſich einer eigenmächtigen Cognition über die Contreband oder andere Commercien-Händel anzumaßen, über die Reichs-Feſtungen zu diſponiren, oder der Reichs-Generalität einſeitige Verhaltungs-Befehle zuzuſchicken".

(b) Capitvl. (1519., omiſſ. 1711., reſtit. 1742.) art. 4. §. 7.: "noch einiges Kriegsvolk ins Reich führen, oder führen laſſen, ſondern, da von einem oder mehr Ständen des Reichs ein fremdes Kriegsvolk in- oder durch das Reich, wem ſie auch gehören, unter was Schein und Vorwand immer es ſeyn mögte, gegen den Münſter- und Oſnabrückiſchen Friedens-Schluß, geführet würde, daſſelbe wollen Wir mit Ernſt abſchaffen, Gewalt mit Gewalt hintertreiben, und dem Beleidigten ſeine Hülf-Handbieth- und Rettungs-Mittel kräftiglich wiederfahren und nach Inhalt der Reichs-Satzungen und Executions-Ordnungen gedeyhen laſſen".

(c) Capitvl. (1637., omiſſ. 1711., reſtit. 1742.) art. 4. §. 8.: "und das Kriegsvolk, ohne Churfürſten Fürſten und Stände Vorwiſſen und Bewilligung außerhalb des Reichs nicht führen, ſondern zu deſſen Defenſion und Rettung der bedrängten Ständen gebrauchen und anwenden laſſen".

(d) Capitvl. (1742. ex mon. Mogunt. & Brand.) art. 4. §. 15.-17.: "Mithin ſollen unſere eigne ſo wohl, als unſere etwa habende Hülfs-Völcker nicht anderſt, als nach vorhergehender gewöhnlicher Requiſition, durch der Chur-Fürſten und Ständen Lande einen unſchädlichen Durchzug nehmen, und für dieſelbe führohin

keine Etappen=mäßige Verpflegung gefordert werden, ſondern es ſollen ſolche beyderley Völcker im Marſche und im Feld für den Landläuffigen Preiß, und durch ihr eigen Commiſſariat leben, mithin alles nöthige und vom Land anſchaffende baar bezahlen. Es ſollen alſo die Völcker bey Quartieren und Stationen in der Ständen Landen alleinig Dach und Fach, und keineswegs einige Verpflegung ſich anweiſen laſſen, ſo ſich gleichfalls auf die Generalität, Artillerie, Commiſſariat, und Feld=Canzeleyen verſtehet. Welches alles damit in Begebenheiten befolget werden möge, von wegen deren durchziehenden Völker genugſame Sicherheit und annehmliche Bürgſchaft, mittelſt hinlänglich angeſeſſener Wechſeler und Kaufleuten in Reichs-Städten, gegeben werden ſolle, wie bereits in denen Reichs-Conſtitutionen verſehen, oder ſich mit denen darmit betreffenden Ständen in Fällen zu vergleichen".

(e) CAPITVL. (1658. & perpet., omiſſ. 1711.. reſtit. 1742.) art. 4. §. 9.: "Wir wollen auch keine Einquartierungen im Reiche, ohne vorhergehende Einwilligung der geſammten Churfürſten, Fürſten und Ständen, ausſchreiben, oder machen, auch über das zu keiner Zeit keinen Stand des Reichs mit Einquartierungen, Muſterplätzen, Durchzügen und dergleichen Kriegs-Beſchwerden, wider die Reichs-Conſtitutionen, ſelbſt belegen, noch durch jemand anders beſchweren laſſen".

(f) CAPITVL. (ex mon. princ. 1658. in perpet., omiſſ. 1711., reſtit. 1742.) art. 4. §. 7. "Desgleichen ſ. u. w. wir auch ohne vorgedachten Conſens der Churfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs keine Werbung im Reich anſtellen". CAPITVL. (1637.) art. 4. §. 14.: "Und dieweil denen fremden Potentaten je zu Zeiten im Reich ihre Werbungen anzuſtellen wohl verſtattet wird, auch in dem Inſtrumento pacis und denen Reichs-Conſtitutionen vorhin zur Gnüge verſehen, wie weit einem Stand oder angeſeſſenen des Reichs ſich bey auswärtigen in Kriegs-Dienſten zu begeben, oder einzulaſſen erlaubt; ſo ſollen und wollen Wir, dafern etwa von Uns, oder anderen einiges Volck im Reiche oder in ſeinen eigenen Landen zu ausländiſcher Potentaten Dienſten geworben würde, zuförderiſt dahin ſehen, daß das Reich der Mannſchaft nicht entblößt werde, auch die Verfügung thun, daß die Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs, ſammt allen deſſen Angehörigen, bey obgemeldter Werbung mit Verſammlung, Durchführ-Einquartierungen, Muſterplätzen, oder ſonſt in einige andere Wege wider die Reichs-Con-

ſtitutio-

ſtitutiones und das Inſtrumentum Pacis nicht beſchweret, oder darwider verfahren werde".

§. 478. Vti ius belli, ita *ius pacis* quoque Imperatori circumſcriptum eſt (a), adeo vt bellum imperii pace terminare illi haud liceat, niſi vel deputatione imperii non tantum ad deliberandum cum legatis caeſareis, ſed & immediate ad tractandum cum exteris adhibita (b), vel mandato prius Imperatori dato, eoque haud iuſto latius extendendo (c). Tantum in caſu feſtinantis neceſſitatis ſaltem electoralem conſenſum interim, donec ad imperium res deferri queat, requirere promiſerunt Imperatores capitulationibus nouiſſimis (d). Qualitercumque concluſae paci imperii ratificatio comitialis accedat, neceſſe eſt.

(a) I. P. O. art. 8. §. 2.: "nec non, vbi *pax* aut *foedera* facienda". CAPITVL. (1690.) art. 4. §. 11.: "Sodann ſ. u. w. wir auch keine verbindliche Präliminar=, weniger Haupt=Friedens=Tractaten, ohne Zuthun und Mitbewilligung der Churfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs, vornehmen, weniger ſchließen".

(b) CAPITVL. (1742.) art. 4. §. 11.: "Sofort wollen wir auch gedachte Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs bey denen Friedens-Handlungen ihres Deputations= und Beywürkungs-Rechts ſich ohngeſchmählert gebrauchen, und ihnen daran keinen Eintrag geſchehen laſſen, alſo daß zwiſchen Unſerer Geſandtſchaft und denen Reichs=Deputirten der auf Reichs- und andern Deputations-Tägen herkomnliche modus tractandi beobachtet, ſo viel aber die Congreſſen mit Alliirten, oder andern auswärtigen, beſonders deren Mächten, mit denen man im Krieg befangen geweſen, Geſandten betrifft, die Reichs-Deputirte zu ſelbigen ohnweigerlich zugelaſſen, und ohne deren Zuziehung nichts verhandelet, weniger von denen Unſrigen unternommen werde, die Reichs-Deputirte zu vertretten".

(c) CAPITVL. (1742.) *l. c.* "Im Fall aber Uns Churfürſten, Fürſten, und Stände zur Friedens-Handlung Vollmacht ertheilen wür-

würden, die ihnen allerdings frey ſtehet; ſo ſollen und wollen Wir ſothane Vollmachten weiters nicht erſtrecken, noch gebrauchen, als deren wörtlicher Verſtand mit ſich bringet".

(d) CAPITVL. (1742.) *l. c.*: Es wäre denn, daß eine wahre und würckliche eylende Noth ein ſolches nicht geſtatte, welchen Falls Wir wenigſtens einsweilen, bis die Sache an das geſammte Reich gebracht werden kann, des Churfürſtlichen *Collegii* Einwilligung einholen wollen, ehe Wir Uns in etwas verbindliches einlaſſen".

§. 479. Nec *ius foederis* denique limitibus caret (a) modo controuerſis iterum quodammodo inter electores & principes (b); ſed vel ita ceterum, vt nec qua imperans terrarum hereditariarum imperii rationem omittere queat Imperator (c).

(a) I. P. O. *l. c.*, CAPITVL. (1519.) art. 6. §. 1.: "Wir ſ. u. w. auch vor uns ſelbſt, als erwehlter Röm. Kayſer in des Reichs Händeln keine Bündnüß oder Einigung mit andern in oder auſſerhalb des Reichs machen, Wir haben dann zuvor der Churfürſten Fürſten und Stände Bewilligung auf einem Reichstage hierzu erlanget".

(b) CAPITVL. (1654. ſed omiſſ. in perpet., & contradicentibus principibus retent. 1711. ſq.) art. 6. §. 2.: "Da aber publica ſalus & vtilitas eine mehrere Beſchleunigung erforderte, da ſollen und wollen Wir aller Churfürſten ſämmtliche Einwilligung, zu gelegener Zeit und Mahlſtatt, und zwar auf einer Collegial-Zuſammenkunft, und nicht durch abſonderliche Erklärungen, bis man zu einer gemeinen Reichs-Berathſchlagung kommen kann, wie ſonſten in allen andern des Reichs Sicherheit und ſtatum publicum concernirenden Sachen, alſo auch vornehmlich, in dieſer, zuvor erlangen".

(c) CAPITVL. (1658.) art. 6. §. 3.: "Wann wir auch inskünftige Unſerer eigenen Lande halber einige Bündnüß machen würden, ſo ſolle ſolches anderer Geſtalt nicht geſchehen, als unbeſchädiget des Reichs und nach Innhalt des Inſtrumenti pacis".

§. 480. *Legatos* Caeſar mittit & accipit. Tantum exteros rebus imperii ſe immiſcere (a), armatosue in aula Im-

Imperatoris vel conuentibus imperii verſari (b), ne patiatur Imperator, cautum eſt.

(a) Capitvl. (1658.) art. 28. §. 1.: "Wir ſ. u. w. auch, zu Verhütung allerhand Simultäten, und daraus entſtehender gefährlicher Weiterung nicht geſtatten, daß die auswärtige Gewälte oder deren Geſandte ſich heim- oder öffentlich in die Reichs-Sachen einmiſchen".

(b) Capitvl. (1658.) art. 28. §. 2.: "Vielweniger zulaſſen, daß dieſelbe Bottſchaften an Unſerm Hof, oder bey Reichs-Deputationen oder andern publicis Conuentibus mit bewehrter Guarde zu Pferd, oder zu Fuß, auf den Gaſſen und Straßen aufziehen und erſcheinen mögen".

## II. DE IVRE BELLI, PACIS, FOEDERVM ET LEGATIONVM EX PARTE SINGVLORVM STATVVM.

§. 481. Bella imperii quum aliter geri nequeant, nec vmquam potuerint, quam vt ſtatus ad formandum exercitum concurrerent, quumque vniuerſum imperium ex ſingulis territoriis conſiſtat; cuique ſtatui negari haud potuit, quidquid pro ratione temporis neceſſe fuit ad finem iſtum concurrendi ad bella imperii, & defendendi ſingula territoria qua partes imperii.

§. 482. Hinc *ius militis*, ſeu *armandiae*, quod vocant, & quidquid eo pertinet, veluti delectum militum, fortalitiorum curam, cet. non tantum haud negarunt, ſed vel imperarunt ſtatibus leges imperii, quatenus *ad ſecuritatem imperii* id tendit.

§. 483. Ciui autem in ciuem, quod olim vi iuris manuarii fuit, hodie nulli quidem amplius ius belli eſt, nec cuiuscumque

cumque eius generis, veluti repreſſaliarum cet. At quatenus tamen ciuibus vnius reipublicae *ius defenſionis* negari nequit, eatenus nec ſtatui negandum ius defendendi territorium ſuum. Et diſerte pax Weſtphalica ſtatuit "*ius faciendi* „inter ſe & cum exteris *foedera*, *pro ſua cuiusque conſer-* „*vatione ac ſecuritate*, ſingulis ſtatibus perpetuo liberum, „ita tamen, ne eiusmodi foedera ſint contra Imperatorem & „imperium, pacemque eius publicam, vel hanc in primis „transactionem, fiantque ſaluo per omnia iuramento, quo „quisque Imperatori & imperio obſtrictus eſt" (a).

(a) I. P. O. art. 8. §. 2.

§. 484. Dudum quoque tum obſeruantia tum legibus conſeruata fuit ſingulis Germaniae ciuibus (a), ne dicam, ſtatibus, libertas *ſeruiendi exteris* (b), modo ſaluo nexu imperii, ſaluisque legibus contra abuſum in transitu & conquiſitione militum latis (c).

(a) Strube von der Teutſchen Landſaſſen und Unterthanen Freyheit in fremde Dienſte zu treten, in Nebenſtunden 3. Th. p. 332. ſq.

(b) R. A. 1570. §. 4.: "Wie es im heil. Reiche Teutſcher Nation von Alters eine löbliche Geſtalt Teutſcher Freyheit, um Ehr und Ruhm mit ritterlichen Thaten fremden Potentaten, ohne alles Beleidigen des Vaterlandes und deſſen Angehörigen, zu dienen, gehabt": Add. R. A. 1582. §. 31., I. P. M. art. 3. in f., CAPITVL. art. 4. §. 14.

(c) R. I. 1570. §. 5. ſq., I. P. O. art. 17. §. 9., CAPITVL. (1711.) art. 4. §. 14. (vid. ſupra §. 477. f.)

§. 485. Aliis limitibus leges imperii ius belli ſtatuum haud circumſcribunt. Quod per obſeruantiam potius pleniſſime

me exercent, modo ſaluo ſemper nexu imperii, ſaluisque legibus fundamentalibus cuiusque territorii ſpecialibus (§. 199.).

§. 486. Vti cum iure belli *ius pacis* & foederum, ita cum hoc vtroque *ius legationum* ſingulis ſtatibus negari nequit; licet disputetur inter electores, principes & reliquos ſtatus tum inter ſe inuicem, tum cum aliis gentibus, cuiusnam iure gentium hodierno recepti ordinis legatos mittendi poteſtas cuique competat.

## CAP. IV.
## DE DOMANIIS TRIBVTIS ET IVRE COLLECTANDI.

§. 487. Suppeditandis ſumtibus publicis praecipui modi ſunt domaniorum, tributorum, collectarum.

### I. DE ONERIBVS IMPERII.

§. 488. Imperatoribus olim *domania* aliique reditus inſignes fuerunt. At domaniis iam dudum exciderunt Imperatores partim liberalitate olim, partim venditionis aliisue titulis; in primis quoque *oppignorationibus*, quas quidem relui poſſe fas erat, ſed ſecus ſtatutum legibus (a).

(a) Iam a Carolo V. inde promiſerunt Imperatores confirmare ſtatibus pignora in CAPITVL. art. I. §. 9. Deinde P. W. art. 5. §. 26. ait: "Quod ad *oppignorationes imperiales* attinet, quum „in capitulatione caeſarea diſpoſitum reperiatur, quod electus „Romanorum Imperator electoribus, principibus, ceterisque „ſtati-

„ſtatibus immediatis imperii, eiusmodi oppignorationes confir„mare, atque illos *in earundem* tranquilla (& quieta) *poſſeſſione* „*defendere* ac manutenere debeat; conuentum eſt, hanc diſpo„ſitionem, donec conſenſu electorum, principum & ſtatuum ali„ter ſtatutum fuerit, obſeruandam eſſe". Demum nouiſſime promiſerunt Imperatores in CAPITVL. (1742.) art. 10. §. 4.: "Die Churf. F. und Stände bey denen ihnen verſchriebenen, und innhabenden Reichs-Pfandſchaften, nach Maaßgebung des Inſtrumenti Pacis, ohne Wiederlöſung und Widerruffung zu ſchützen, und ruhig dabey, bis auf anderweite Vergleichung zwiſchen denen Römiſchen Kayſeren und Reichs-Ständen bleiben . . . zu laſſen".

§. 489. *Tributa ciuitatum imperialium* paſſim ſuperſunt quotannis Imperatori ſoluenda. Sed permultae ciuitates oppignorationis alioue titulo ad immunitatem adſpirauere; licet leges iam dudum de reducendis iniuſte alienatis iſtiusmodi tributis ſollicitae fuerint (a).

(a) CAPITVL. (1519.) art. 11. §. 16.-20.: "Wir ſ. u. w. auch neben andern die Reichs-Steuren der Städte und andere Gefälle, ſo in ſonderer Perſonen Hände erwachſen und verſchrieben ſeyn mögten, wiederum zum Reich ziehen, und zu deſſen Nutzen anwenden; (add. 1619. Auch eine gewiſſe Deſignation, in was Stand dieſelbe jederzeit ſeyn, inner Jahres-Friſt, nach würklicher Antrettung Unſerer Kayſerlichen Regierung zu der Chur-Maynziſchen Reichs-Canzley zu fernerer Communication an die Stände unnachbleiblich einſchicken); Und nicht geſtatten, daß ſolche dem Reich und gemeinen Nutzen wider Recht und Gerechtigkeit entzogen werden, es wäre denn, daß ſolches mit rechtmäßiger (add. 1658.: Collegial-) Bewilligung ſämtlicher Churfürſten beſchehen wäre; (add. ex perpet. 1711.; Dergleichen Bewilligung doch für das künftige von Churfürſten, Fürſten und Ständen ertheilet werden ſollen)".

§. 490. De *collectis imperii* demum quaeſtio fuit, ex quo noua belli ratio id exegit (§. 470.). Matricula autem 1521. con-

confecta impugnata ab initio inde fuit; Nec tamen noua componi (a), nec rectificari priſtina potuit.

(a) R. I. 1582. §. 64.

I. Leges quidem modum huius rei hunc ſtatuerunt, vt in ſingulis circulis deputati quidam conſiliarii, omni alio ſacramento ad eum finem liberati, alii ad inquirendum cuiusque facultates, alii ad moderandum vel augendum pro earum proportione quantum matriculae conſtituerentur; ſingulisque eorum cognitione grauatis ad cameram appellare liceret, ac tandem in comitiis vel in ſingulari conuentu moderationis vniuerſum negotium componeretur (a). Nonnulli etiam iam ante bellum tricennale, alii poſt pacem Weſtphalicam cognitionem iſtam ſubierunt, aliique obtinuerunt petitam moderationem, alii appellarunt ad cameram (b). Verum compoſitio vniuerſi negotii adhuc in piis deſideriis eſt.

(a) R. I. 1541. ſq. R. I. 1544. §. 12. ſq., R. I. 1548. §. 78. ſq., R. I. 1555. §. 115. ſq., R. I. 1582. §. 50., R. I. 1594. §. 107., R. I. 1603. §. 57. R. I. N. §. 184.

(b) PFEFF. *ad Vitr.* I. 1013. ſq.

II. Reuera itaque ſciri nequit, quanta conueniat ſumma pecuniae, ſi quot menſes contribui ſtatuitur. Ne vſualis enim quidem matricula in promtu eſt (a). Tantum circiter conſtat numerum vnius menſis efficere 88464. florenos (b).

(a) MOSER *ad capitul. Car. VII.* P. 3. p. 81. & *ad cap. Franc. I.* P. 2. p. 151.

(b) SCHMAVSS, *corp. iur. publ.* p. 1506. ſq. & p. 1539.

III. Tempore belli interim ab exitu ſuperioris ſeculi inde ſuccurrit alter modus iam ſupra (§. 471.) nominatus, quo, loco ſuppoſitae in matricula diuiſionis ſtatuum collegialis, per circulos

culos diſtributa ſumma in ſimplo 100000. imperialium confertur ad caſſam operationis.

§. 491. Recipiendis collectis certa loca (Legſtädte) certaeque perſonae (Caſſirer, Pfennigmeiſter) quouis caſu deſtinantur (a). Imperatoris poteſtas hac in re omni fere modo circumſcripta eſt (b).

(a) CAPITVL. (ex mon. princ. 1658. in perpet.) art. 5. §. 3. 4.: "Dieſelbe (Steuern) in den gewöhnlichen Legſtädten, durch die von den Kreyſen dahin verordnete Bediente, empfangen laſſen, und daran ſeyn, damit der Rückſtand von denen vorhin bewilligten Reichs-Steuren eingetrieben, und von denen Reichs-Pfenningmeiſtern, (add. 1745.: denen ſolchenfalls die Erhebung und Zuſammenbringung derer in denen Legſtädten eingegangenen Gelder, den Reichs-Geſetzen und Verfaſſungen gemäß, ohne Eintrag zu überlaſſen), jedesmal dem Reich, oder wen daſſelbe bey der Bewilligung zur Aufnahme ſolcher Rechnungen verordnen wird, (add. 1742.: auf dem ſodann fürwährenden, oder da ſelbiger Zeit keiner wäre,) dem nächſt darauf folgenden Reichs-Tag, wann es nicht Anlagen betrifft, welche zu eines Römiſchen Kayſers freyer Diſpoſition bewilligt worden, richtige Rechnung gethan werde".

(b) Praeſcriptum nempe Imperatoribus in CAPITVL. art. 5. praeter cetera, quae in not. praeced. contenta ſunt:

1) §. 3. (ex mon. princ. 1653. & 1658. in perpet. & 1711.): "Daran zu ſeyn, damit der Rückſtand von denen vorhin bewilligten Reichs-Steuern eingetrieben werde" (omiſſis tamen verbis moniti: ehe eine neue begehrt würde.)

2) §. 5. (ex mon. Palat. 1612.): "die Steuren und Hülfen zu keinem andern Ende, als dazu ſie gewilliget worden, anzuwenden".

3) §. 6. (1742.): ſich ſelbſt mit den Erblanden des Beytrags zu denen vom Reiche verwilligten Hülfen und Anlagen nicht zu entziehen".

4) §. 7. (1658. ex mon. princ., & fuſius in perpet. & 1711.): "nicht zu geſtatten, daß ein Stand, welcher ſeſſionem & votum

rum bey Reichs-Conventen hat, von ſolchen Reichshülfen und Anlagen, unter was Vorwand ſolches geſchehe, ſich Befreyungsweiſe eximire, oder (add. 1742.: von uns oder ſonſt jemanden inner- oder auſſerhalb Reichs auf einigerley Weiſe) eximirt werde".

ſ) §. 8. (1742.): "Niemanden *aſſignationes* auf Reichs-Kreyſe oder Stände, wider deren Willen auszuſtellen, keine *compenſationes*, ohne des Reichs Vorwiſſen oder Bewilligung am wenigſten mit denen Reichs- ſodann Unſeren oder anderen Privatgelderen oder Schulden zu geſtatten".

§. 492. *Ad ſuſtentandam cameram* imperii ſpeciatim concurrunt ſtatus imperii ſecundum ſingularem matriculam ab anno 1500. inde varie auctam, & poſtremum quidem 1720. loco dupli ad proportionem ſeptenariam vsque confectam matriculam, quam vocant, vſualem (a); ita tamen, vt terminus ſoluendi duplex per annum priſtino more continuetur, isque inchoatus ab anno 1654. inde, quo, per R. I. N. §. 14. remiſſis aliis reſiduis, alia adhuc in 12. terminis ſex annorum (zwölf alte Ausſtands-Termine) ſoluenda decernebantur, inchoanda ſimul nouorum terminorum noua computatione.

(a) SCHMAVSS *corp. iur. publ.* p. 1310. 1540. ſq.

I. Secundum nouam iſtam matriculam in promtu quouis anno deberent eſſe 103. 600. imp. 2$\frac{11}{12}$. cruc., vel deductis, quorum ab initio inde ad effectum non potuit perduci ſolutio (nach Abzug der ungangbar gebliebenen Poſten) 93. 115. imp. 79$\frac{11}{12}$. cruc. Et tunc ſuſtentari poſſent 25. Aſſeſſores, quorum ſalaria vna cum eo, quod ex imperio ſoluitur reliquis perſonis cameralibus, efficiunt modo 91. 069. imp. 70. cruc.

II. Verum in ſoluendis huius matriculae ſummis mox tanta fuit mora, vt iam 1725. deberentur camerae 531. 190. imp. Praeterea permulti ſtatus moderationem ſuae ratae mox rogarunt, eamque haud iniquis ex rationibus obtinuerunt, ita vt

 hodie

hodie in matricula vſuali vnius termini (zu einem oder eigentlich $3\frac{1}{2}$. Ziel) referantur tantum 39. 391. imp. $75\frac{17}{48}$. cruc. adeoque per annum 78. 783. imp. $50\frac{14}{48}$. cruc., hinc vel ex ipſa hac matricula hodierna ei ſummae, quae ad ſuſtentandam cameram cum 25. aſſeſſoribus requiritur, decedant 12. 286. imp.

III. Iam quidem eodem tempore, quum moderationes illae fierent, ſimul de fundo ſurrogando in locum huius defectus actum, multumque deliberatum fuit; ſed non aliter conueniri potuit, quam, vt reſiduum illud & praeteritum & futurum, quod ſtatus moroſi liquido deberent, in ſortem redigeretur, eiusque vſuris augerentur reditus camerales. Id vero vt fieri potuerit, tantum abeſt, vt potius hodie adhuc idem reſiduum, immo multo inſignius illud ſuperſit, & indies potius creſcat, quam decreſcat.

§. 493. *Modus* in concurrendo ad ſuſtentandam cameram hic obſeruatur, vt quisque ſtatus ratam ſuam *vel* immediate Wetzlariam mittat, ibique per procuratorem ſuum quaeſtori exſolui curet, *vel* ſolutionem adſignet in eine Legeſtadt, veluti hodie in primis Francofurti ad Moenum, quo ſingulis nundinis proficiſcitur quaeſtor cum lectore, ceu Gegenſchreibern.

I. Exſoluenti *apocham* dat *quaeſtor* ſubſcriptam ſimul a lectore, & deſcriptam in manuali quaeſtoris, qui dein accuratiſſima proportione *diſtribuit* pecunias, & rationes quotannis reddit deputatis ad caſſam aſſeſſoribus, quotannis quoque *extractum* quemdam conficit, qui impreſſus deinde imperatori & comitiis mittitur, vt, quae ſoluta ſint, quae reſidua, conſtet.

II. *Moroſos* in ſoluendo ſtatus *fiſcalibus* quidem *proceſſibus* compellere ſtudet fiſcalis, ſed non eadem ſemper efficacitate. Vnde nec graues repraeſentationes omittuntur, quibus extra-

ctum

ctum ſeu ſpecificationem illam annuam, quam caeſari & comitiis mittit, comitari ſolet iudicium camerale.

§. 494. Generatim *ius exigendi collectas* non eſt penes ſolum Imperatorem, neque vmquam aliter, quam conſenſu comitiali, id exerceri poteſt (a). Sed ne in hoc quidem, an & quatenus maiora valeant, decidi adhuc potuit (b).

(a) CAPITVL. (1519.) art. 5. §. 1. 2. : "Wir ſ. u. w. auch die Churf. und andere des H. R. R. Stände mit Canzley-Geldern, Nachreyſen, Auflagen und Steuern ohne Noth nicht beladen, noch beſchweren, auch in zugelaſſenen nothdürftigen unverzüglichen Fällen die Steuren und dergleichen An- und Auflagen, (add. in perpet. & 1711.: es ſeye zu Kriegs- oder Friedens-Zeiten) anders nicht, als mit Rath, Wiſſen und Verwilligung der Churfürſten, (add. in perpet. & 1711.: Fürſten und Ständen auf allgemeinen Reichs-Tägen), anſetzen".

(b) I. P. O. art. 5. §. 52. in f.

§. 495. *Nobiles immediati* ad onera imperii haud concurrunt. Tantum loco ſeruitiorum perſonalium olim praeſtitorum, ex more iam dudum inuecto (a), Imperatori inſignes pecuniae ſummas tamquam *ſubſidia charitatiua* offerre ſolent.

(a) R. I. 1542. §. 58.

2. DE IVRE COLLECTANDI
IN SPECIALIBVS GERM. REBVSPVBL.

§. 496. Dominis territorialibus initio domania tantum ſeu *bona cameralia* fuerunt, donec ſeculo XVI. ſubditos rogare collectas coeperunt, legibusque imperii primum *ius ſubcollectandi* ſubditos obtinuerunt (a).

(a) R. I.

(a) R. I. 1543. §. 24.: "Dieweil ſolche Hülfe (nehmlich damahls verwilligte 2. Monathe) von der Stände eignen Cammergütern in Anſehung etlicher viel Urſachen zu leiſten, beſchwerlich und unmöglich ſeyn mögte; Iſt geordnet und zugelaſſen, daß eine jede Obrigkeit alle ihre Unterthanen, die ſie vermöge der Rechten, und alten beſitzlichem Herkommen, zu ſteuren und zu belegen hat, auf den gemeinen Pfennig, wie der hievor in dem Reich bewilliget, doch allein derſelben Obrigkeit zu gut, oder ſonſt durch eine Steuer oder Anlage, wie eine jede Obrigkeit für gut anſehen würde, anlegen und einziehen möge; und ſoll in ſolcher Anlag niemand ausgeſchloſſen ſeyn noch verſchonet werden. Doch ſollen die Obrigkeiten hierin nicht anders dann von Rechtswegen, und wie ſie es in ruhigem Gebrauch und Herkommen haben, fürnehmen, und inſonderheit den armen gemeinen Mann, ſo viel möglich, für andern nicht beſchweren, ſondern nach eines jeden Vermögen Gleichheit halten". Add. R. I. 1555. §. 82., R. I. 1576. §. 11. 12.

§. 497. Porro vt ſatisfieri poſſit ordinationi exſecutionis, anno 1654. conceſſum dominis territorialibus fuit ius collectandi ſubditos ſuos ad praeſidia & conſeruationem neceſſariorum cuiusque munimentorum (a). Idque tandem a. 1670. extenſum ad id, quod defenſio territorii contra quemuis adgreſſorem, forte exegerit, item ad ſumtus legationum ad conventus imperiales, & ad alios in quoque territorio per obſervantiam innectos fines (b). Denegata autem extenſio huius rei vlterior (c). Nec in vniuerſum defuerunt ea de re querelae ordinum prouincialium paſſim ab annis 1654. & 1670. inde inſtitutae, ex eo, quod legibus fundamentalibus ſpecialibus ea omnia aduerſentur. Capitulationes autem de nouo proſpexerunt illis ſtatuum iuribus (d).

(a) R. I. N. §. 180.: - - "Sonderlich ſollen jedes Churfürſten und Standes Landſaſſen, Unterthanen und Bürger zu Beſetz- und Erhaltung der einem oder andern Reichsſtande zugehörigen nöthigen Feſtungen, Plätze und Garniſonen, ihren Landes-Fürſten, Herrſchaften und Obern mit hülflichem Beytrage gehorſamlich an Hand zu gehen ſchuldig ſeyn".

(b) Vide

(b) Vide reſolutionem caeſaream de 19. Jun. 1670. ad deſiderium ſtatuum ſub dato 26. Ian. 1667. propoſitum: "Daß ein jeder Churfürſt und Stand des Reichs von ſeinen Unterthanen zu Reichs-Deputations- und Kreys-Conventen die nöthige Legations-Koſten erheben möge, in SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* p. 1092.; item reſolutionem Caeſaream menſ. Febr. 1671. ad deſiderium ſtatuum ſub d. 29. Oct. 1670. propoſitum, puncto extenſionis §. 180. des R. A. 1654. "Daß es nicht allein bey angedeutem §. und dem den Churfürſten und Ständen gegen ihre Unterthanen wegen der Reichs- und Kreys-Verfaſſungen, wie auch der Reichs-Anlagen gebührenden iure collectandi verbleiben, ſondern auch jene Churfürſten und Stände, ſo ein mehreres, als in vorangezogenen §. begriffen, gegen ihre Unterthanen und Landſaſſen rechtmäſſig hergebracht, darbey geſchirmet und gehandhabet; die Landſaſſen und Unterthanen aber zu allem deme zu contribuiren angewieſen werden, was das Reich pro ſecuritate publica verwilliget, die Executions Ordnung vermag, und die Landes Defenſion contra quemuis aggreſſorem, dem Herkommen, und erheiſchenden Nothdurft nach erfordert". SCHMAVSS. *l. c.* p. 1093. LVDOLF. *ſymphor. conſult. & deciſ. forenſ.* tom. I. adp. n. I. p. I. ſq.

(c) "Daß eines jeden Churfürſten und Standes Landſtände, Landſaſſen, Städte und Unterthanen, nicht allein zur Landes-Defenſions-Verfaſſung, ſondern auch zur Handhabe und Erfüllung der gedachtem Inſtrum. Pacis nicht zuwiderlauffenden Bündniſſen, wie auch nicht nur zu Erhalt- und Beſetzung der nöthigen, ſondern indefinite, der Veſtungen, Oerter und Plätze, auch zu Verpflegung der Völker und andern hierzu gehörigen Nothwendigkeiten ihren Landes-Fürſten, Herrſchaften und Obern, die jedesmal erforderende Mittel, und folglich alles, was an ſie, und ſo oft es begehrt wird, gehorſamlich und unweigerlich darzugeben, ſchuldig ſeyn, und daß einige Klagen der Unterthanen, weder bey dem Kayſerl. Reichs-Hofrath, noch Cammergericht hierwider nicht angenommen, und alle Proceſſe und Mandata, ſowohl wegen der vorgegangenen, als gegenwärtigen und künftigen Zeit abgethan und aufgehoben ſeyn; auch denen Landſtänden, Landſaſſen und Unterthanen, einige priuilegia und exemtiones, wie ſie auch Namen haben., oder zu was Zeit ſelbige erlangt ſeyn mögten, nicht zu ſtatten kommen ſollen"; Daß Ihro Kayſ. Maj. in dieſen neuen Vorſchlag willigen ſollten, ita continuatur in reſolutione

ne not. praeced. allegata de 1671., dazu können dieſelbe einmahl nicht gehelen. Vid. SCHMAVSS. & LVDOLF. *l. cr.*

(d) CAPITVL. (1658.) art. 15. §. 2. 3.: " Wie wir dann keinem Churf. F. und Stande (die unmittelbare Reichs-Ritterſchaft mit begriffen) ſeine Landſaſſen ihme mit- oder ohne Mittel unterworfene Unterthanen und mit Lands-Fürſtlichen, auch andern Pflichten zugethane Eingeſeſſene, und zum Lande gehörige, von deren Bottmäßigkeiten und Jurisdictionen, wie auch wegen Lands-Fürſtlich hoher Obrigkeit, und ſonſten rechtmäßig hergebrachten reſpectiue Steuren, Zehenden und andern gemeinen Bürden und Schuldigkeiten, weder unter dem Prätext der Lehenherrſchaft, (add. 1742.: Stands-Erhöhung,) noch einigen andern Schein, eximiren und befreyen, noch ſolches anderen geſtatten. Auch nicht gut heiſſen noch zugeben, daß die Landſtände die Diſpoſition über die Landſteuer, deren Empfang, Ausgab und Rechnungs-Receſſirung, mit Ausſchlieſſung des Landsherrn, priuatiue vor- und an ſich ziehen, oder in dergleichen andern Sachen, ohne der Lands-Fürſten Vorwiſſen und Bewilligung Conventen anſtellen und halten, oder wider des jüngſten Reichs Abſchieds (add. 1742.: und anderer darüber zeithero errichteter Reichs-Schlüſſen,) ausdrückliche Verordnung, ſich des Beytrags, womit jedes Churfürſten, Fürſten und Stands Landſaſſen und Unterthanen zu Beſetz- und Erhaltung deren einem und andern Reichs-Stand zugehöriger nöthiger Veſtungen, Plätzen und Guarniſonen, wie auch zu Unſers und des Heil. Reichs-Cammergerichts-Unterhalt, an Hand zu gehen ſchuldig ſeynd, zur Ungebühr entſchlagen".

§. 498. Ceterum per regulam in vniuerſa Germania non niſi *ordinum prouincialium conſenſu* domini territoriales imperare ſubditis *tributa* aliosue *reditus* qualescumque poſſunt. Quorum *varia indoles* cuiusque territorii ſpecialibus legibus fundamentalibus relinquenda eſt.

§. 499. *Nobiles* quoque *immediati* iure collectandi in ſubditos ſuos vtuntur, diuerſo nonnihil ab eo, quod reliqui domini territoriales exercent.

§. 500.

§. 500. Plane alter demum isque iterum peruarius in *ciuitatibus imperii* obſeruatur modus concurrendi ad onera publica, raro ſoli magiſtratui, vtplurimum ipſorum ſimul ciuium arbitrio & inſpectioni commiſſus.

## CAP. V.
## DE REGALIBVS VTILIBVS.

§. 501. Praeter modos principaliter introductos, vt vniverſa ciuitas ad ſumtus publicos concurrat (§. 487.), alia dantur, quae ex alio quidem fundamento, ſed ea tamen potiſſimum ex ratione, quia ſumtus proferunt, exercentur, REGALIA VTILIA.

§. 502. Varie nimirum, niſi qua ſpeciatim lege fundamentali reſeruata, ad ſalutem publicam reſtringi poteſt a ſummo imperante libertas ſubditorum naturalis. Vindicari poſſunt adminiſtrationi publicae, quae a priuatis vel plane non, vel non pro ſalute publica adminiſtrari poſſent. Introduci queunt varia inſtituta publico vtilia, ſed quorum ſumtus compenſari merito oportet. A peregrinis quoque, vel abituris ad exteros, ſunt, quae iure meritoque exiguntur. Ex quibus omnibus vti variis aerarium reditibus augeri poteſt; quaenam ſint Imperatoris & ſtatuum hac in re iura, diſpiciendum eſt.

§. 503. Olim flumina maiora, ſiluae aliique non habitati terrae tractus maiores, forte & viae publicae, item ſubterranea quaeque, ſaltem quod ad ſupremam inſpectionem & admi-

adminiſtrationem attinet, ſolius regis fuerunt. At partim expreſſe talia iura ſtatibus Imperatores conceſſerunt, partim alio modo ſuperioritati territoriali vindicarunt ſtatus. Reliquiae tamen priſtini regii iuris nonnullae ſuperſunt; neque in primis hac in re limitibus ſuperioritas territorialis caret, tum ex obſervantia, eaque toti fere Germaniae nonnumquam communi, tum ex legibus cuiusque territorii fundamentalibus ſpecialibus.

## I. DE VECTIGALIBVS ALIISQVE CIRCVMSCRIPTIONIBVS COMMERCII.

§. 504. Primum, quod huc pertinet, VECTIGAL eſt, quod in pecunia, pro numero perſonarum iumentorumue, vel pro pondere mercium alioue modo definita, conſiſtit, quae exigitur pro libertate transeundi transuehendiue. Cuius fundamentum generale eſt, quod a cuiusque ciuitatis arbitrio pendeat admittere exterorum aditum transitumue, aut non admittere; vel fundamentum ſpeciale compenſandi ſumtus, quos ad exſtruendum vel reparandum & conſeruandum pontem viamue impendi oportet.

§. 505. Inter ciues vnius reipublicae, ſi non omne, certe primi generis vectigal haud quadrat. Sed Germaniae respublicae ſpeciales dudum inter ſe inuicem hoc iure vſae fuerunt, aliae priuilegiis, aliae ſaltem confirmationibus caeſareis fretae. Quare, quum plus iuſto vectigalibus premi Germania animaduerteretur (a), iam a Carolo V. inde conſenſu electorali adhibendo, multoque magis a Carolo VI. inde capitulationibus circumſcripta fuit Imperatorum in hac re poteſtas.

(a) CA-

(a) Capitvl. (1519.) art. 8. §. 1.: "Dieweil die Teutſche Nation und das H. R. R. zu Waſſer und Lande zum höchſten damit beſchweret".

§. 506. Qualescumque nempe conceſſiones ſiue noui vectigalis, ſiue augendi, prorogandi, transferendi antiqui (a) fieri amplius nequeunt, quam 1) adhibito conſenſu electorum vnanimi & collegiali (b), 2) auditis ſimul, quorum intereſt, vicinis & circulo (c), 3) ſaluisque antiquioribus vectigalium reditibus aliisque iuribus (d).

(a) Capitvl. (1519.) art. 8. §. 1.: "Wir ſ. u. w. . . keinen Zoll von neuem geben, noch einige alte erhöhen, add. 1637.: oder prorogiren, (& 1742.: weniger von einem Orte oder Bezirke zum andern, weiter als ſich gebühret und rechtmäßig hergebracht, erſtrecken oder verlegen) laſſen, auch vor uns ſelbſt keinen aufrichten, erhöhen oder prorogiren".

(b) Capitvl. (ex perpet. 1711.) art. 8. §. 2.: "Es ſey dann = = mit aller und jeder Churfürſten Wiſſen und Willen, Zulaſſen, und Collegial-Rath, durch einhelligen Schluß, alſo in dieſem Stück verfahren, daß keines Churfürſtens Widerrede, oder Diſſens dargegen, und dergeſtalt alle und jede in Dero Collegial-Stimmen einmüthig ſeyn, maßen diesfalls die maiora nicht zu attendiren, und ohne die vnanimia nichts zum Stande zu bringen". Add. §. 4. (1562.): "S. u. w. auch allen denenjenigen, ſo um neue Zölle ꝛc. ꝛc. . . anhalten werden, keine Vertröſtung oder Promotorial-Schreiben an die Churfürſten geben noch ausgehen laſſen, (add. 1637.: ſondern dieſelbe ſchlechterdingen einer Collegial-Verſammlung der Churfürſten zu erwarten, erinnern".)

(c) Capitvl. (ex perpet. 1711.) art. 8. §. 3.: "auch die intereſſirte benachbarte, und derjenige Kreys, in welchem der neue Zoll aufgerichtet, oder ein alter erhöhet, (add. 1742.: transferiret,) prorogiret oder perpetuiret werden will, darüber gehöret, deren darwider habende Bedenken und Beſchwerden (add. 1742.: von Uns und denen geſamten Churfürſten) gebührend erwogen, und nach befundener Billigkeit beobachtet worden".

 (d) Ca-

(d) CAPITVL. (1658.) art. 8. §. 5.: "und neben dem Churfürſtlichen Collegio jedesmal dahin ſehen, damit durch die ertheilende neue Zölle und Conceſſiones andere Churfürſten, Fürſten und Stände in ihren vorhin habenden Zoll=Einkünften und Rechten keine Verringerung, Nachtheil oder Schaden zu leiden haben".

§. 507. Secus factas conceſſiones ipſo iure nullas eſſe (a), & vel ſine iudice contra eas agi poſſe (b), leges ſanciunt; idque ad alios etiam quoscumque vectigalium abuſus (c) & vſurpationes (d) extendunt.

(a) CAPITVL. (1637.) art. 8. §. 18.: Sollen "alle ohne (add. in perpet. 1671. & 1711.: die zu ſelbiger Zeit erforderliche requiſita ausgebrachte, hinfüro aber ohne ordentliche einhellige) Bewilligung des Churfürſtlichen collegii (add. 1671. & 1711.: auch obgedachte von neuem feſtgeſetzte Erforderniſſe) ausbringende Zoll-conceſſiones (add. 1654.: oder ſonſt ein und andern Orts jetzt und ins künftige für ſich unternehmende vſurpationes ſolcher Auflagen) unter was Schein und Namen auch dieſelbe erhalten worden (add. 1654.: oder eigenes Gewalts und Willens durchzuführen geſucht werden mögten,) null und nichtig ſeyn".

(b) CAPITVL. (1637.) art. §. 20.: "auch einem jedweden des H. R. Churf. (add. 1663. & 1711.: Fürſten und Stande,) welcher ſich damit beſchweret befindet, frey und bevorſtehen, ſich ſolcher Beſchwerung, ſo gut er kann, ſelbſten zu entheben".

(c) CAPITVL. (1658.) art. 8. §. 8. 9.: "Auf den Fall auch einer oder mehr, was Stands oder Weſens er, oder die wären, einige neue Zölle, oder eines alten (add. 1742.: Verlegung,) Erſteigerung oder Prorogation, in ihren Chur- und Fürſtenthum, Graf- und Herrſchaften, und Gebiet zu Waſſer und Land im Auf- und Abführen, für ſich ſelbſt, ohne der vorigen Röm. Kayſer und des Churfürſtlichen Collegii Bewilligung, und damaligen Requiſiten, angeſtellt und aufgeſetzt hätten, oder künftiglich anders als obgemeldt, anſtellen oder aufſetzen würden; Oder falls auch jemand diejenige Zoll=Conceſſionen, ſo er von einem Röm. Kayſer und denen Chur-Fürſten auf ſich und ſeine Leibs-Erben erlanget, hernacher ohne ihr, der Churfürſten Bewilligung und Beobachtung

tung gehöriger Requiſiten auf andere Erben (add. 1742.: oder Beſitzere) hätte extendiren und erweitern laſſen; den oder dieſelbe, ſo bald Wir deſſen von Uns ſelbſten in Erfahrung kommen, oder von andern Anzeig davon empfangen, wollen Wir durch mandata ſine clauſula und andere gehörige nothdürftige Rechts-Mittel, auch ſonſt in alle andere mögliche Wege abhalten, und was alſo vorgenommen, (add. 1742.: oder ſonſt von jemand anders wider dergleichen auf die eheliche Leibs-Erben und Nachkommen allein reſtringirte Conceßion ſich angemaßet) worden, gänzlich abthun und caſſiren". Add. §. 12. (ex perpet. & 1711.): "wie nicht weniger am Rhein und andern ſchiffbaren Ströhmen geklagte neuerlich und zur Ungebühr, vor und unter währendem dreyßig-jährigen Teutſchen Kriege, (add. 1742.: oder nachhero) aufgerichtete: und erhöhete Zölle und Licenten, auch ungebührliche, wider das Herkommen, auch alte und neue Verträge lauffende Gelait-Gelder aller Orten ohne Verzug abſtellen und aufheben, auch gegen die Uebertretere gebührenden Ernſtes Einſehen thun". Porro §. 6. (1654.): auch weder am Rhein noch ſonſten einigem ſchiffbaren Strohm im Heil. Reich keine armirte Schiff-Auslägere, Licenten, und andere ungewöhnliche Exactionen, oder was ſonſten zur Sperr- und Verhinderung der Commercien, vornehmlich aber den Rheiniſchen und anderen Churfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs zu Schaden und Schmählerung ihrer hohen Regalien und anderer Gerechtigkeiten und Herkommens gereichig, verſtatten oder zulaſſen". Item §. 11. (1654.): "Wenn auch einige, ſie ſeyen gleich unmittelbar oder mittelbar dem Reich unterworfen, ſich unterſtanden haben, und noch unterſtehen ſollten, unter ihren Thoren, oder ſonſten anderen Orten, in- und vor denen Städten, die ein- aus- und durchgehende Waaren, Getrayd, Wein, Salz, Vieh und anderes, mit gewiſſen Aufſchlag, unter dem Namen Accis, Umgeld, Niederlag, Stand- und Mark-Recht, Pforten- Brücken- und Weeg- Kauf- Haus- Rhent- Pflaſter- Steinführen- und Cento-Gelder, Multer, Steuer und andern dergleichen Impoſten zu beſchweren; ſolches alles aber in dem Effect und Nachfolg für nichts anders, als einen neuen Zoll, ja oftmals weit höher zu halten, und denen benachbarten Churfürſten, Fürſten und Ständen, deren Landen, Leuten und Unterthanen, auch dem gemeinen Kauf- und Handelsmann zu nicht geringem Schaden und Ungelegenheit gereichig, auch der Freyheit der Commerciorum, des Handels und Wandels zu Waſſer und Land, ſchnurſtracks zuwider; ſo ſollen und wollen Wir bald bey Eintrettung Unſerer Regierung hierüber gewiſſe Information einziehen laſſen, auch wor-

worinnen ſolche unzuläſſige Beſchwerungen und Mißbräuche beſtehen, von denen benachbarten Churfürſten, Fürſten und Ständen Nachricht erforderen, und dann dieſelbe ‥ ohne Verzug abſtellen und aufheben ꝛc. ꝛc." Vel denique ſecundum §. 17. (1637.): wo "ſich zuträgt, daß zwar der Name des Zolls bisweilen nicht gebraucht, ſondern unter dem Mißbrauch und Prätext einer Niederlage, Licent, Stapel-Gerechtigkeit, oder ſonſten von denen auf- und abfahrenden Schiffen und Waaren eben ſoviel, als wenn es ein rechter Zoll wäre, erhoben, auch der Handlung und Schiffahrt durch ungebührliche und abgenöthigte Aus- und Einladen, Ausſchiffen und Ausſchütten des Getrayds und anderer Güter oder Conſumptibilien, merkliche große Beſchwer- und Verhinderung verurſacht und zugefüget wird; ſo ſollen alle und jede dergleichen, ſowohl unter währendem Krieg, als vor- und nach demſelben, auf allen Ströhmen und ſchiffbaren Wäſſern des Reichs, ohne Unterſchied, neuerlich anmaßende Vornehmen ‥‥ null und nichtig ſeyn".

(d) CAPITVL. (1654.) art. 8. §. 18. vid. ſupra not. *a*.

§. 508. Poenam quoque (a) & modum procedendi ſingularem (b) hac in re ſtatuunt leges. Et tum iubent Imperatorem (c), tum permittunt cuicumque ſtatui (d) occurrere his abuſibus.

(a) CAPITVL. (perpet. 1671. & 1711.) art. 8. §. 13. 14. 15.: "Geſtalten auch jeder Churfürſt, Fürſt und Stand, ſo ſich der habenden Zollgerechtigkeit mißbrauchet, und dieſe mehrer oder weiter, als er befugt, erſtrecket, oder erhöhet, oder doch führohin und inskünftig erhöhen und erſtrecken würde, dieſer mit der That ſelbſten, wann er nicht alsbalden ſolchen Exceß, auf zuvor beſchehene Erinnerung der Kreys-ausſchreibenden Fürſten, mit Ernſt abſtellen würde, ſo lang ein ſolcher Churfürſt, Fürſt oder Stand im Leben ſeyn würde, und eine Communität auf dreyßig Jahre, würklich verfallen und verwürket, und derentwegen a competente iudice alſobald ad declarationem geſchritten werden; Es auch in obigem allem eine gleiche Meynung und Verſtand haben ſoll, wann ſchon der Uebertretter kein Immediat, ſondern ein mittelbarer Landſtand wäre; Mit dieſer weitern Erklärung, daß, wann einer aus denen Kreys-ausſchreibenden Fürſten mit Mißbrauchung der Zolls-

Zolls-Conceſſion ſelbſt intereſſirt wäre, die Ermahnung dem andern mit-ausſchreibenden Fürſten obliegen; im Fall aber beyde intereßiret wären, oder ihr Amt darunter zu beobachten unterließen, ſolche Ermahnung denen andern Ständen des Kreyſes zuſtehen; (add. 1742.: oder auch da derjenige, ſo auf obige Weiſe die Zoll-Conceßionen mißbrauchet, ſich etwa noch zur Zeit eigentlich zu keinem Kreyſe hielte, denen benachbarten dardurch Beſchwerde leidenden und ſolchergeſtalt darbey intereßirten Ständen gebühren) ſoll".

(b) Praecipitur 1) in CAPITVL. (1671. & 1711.) art. 8. §. 13. 15. vid. not. praeced.): "Erinnerung der Kreys-ausſchreibenden Fürſten, oder, wenn ſolche intereſſirt, Ermahnung anderer Stände des Kreyſes", & in §. 30. (1742.): daß dieſelbe ſchuldig ſeyn ſollen, dem Kayſer "alle ſolche vorgehende Zoll-Neuerungen ſo bald anzuzeigen, um dargegen von höchſten Amts wegen die Gebühr verhängen zu können". 2) §. 28. 29. (1654.): daß der Kayſer ſich "deſſen bey jedes Kreyſes ausſchreibenden Fürſten (add. 1742.: ohnausſtellig und baldmöglichſt) erkundigen, darüber auch eine Specification geben" ꝛc. und (vi §. 9. ſq.) mit mandatis S. C. und fiſcaliſchen Proceſſen helfen, auch (vi art. 19. §. 5. ex perpet. 1663. & 1711.) "zu Behauptung der neuerlichen, ohne Conſens der Churfürſten und ſonſten dem vorhergegangenen achten Articul zugegen, unternommenen Zöllen, Auflagen und Attentaten, einige Proceſſe oder mandata nicht erkennen".

(c) CAPITVL. art. 8. §. 9. 10. 12. 22. (vid. not. praeced.)

(d) CAPITVL. (1637.) art. 8. §. 16.: "und ſolle darneben einem jeden Churfürſten, Fürſten und Stand, die freye Reichs-Ritterſchaft mit begriffen, erlaubt ſeyn, ſich und die ſeinige ſolcher Beſchwerden ſelbſt, ſo gut er kann, zu erledigen und zu befreyen". Add. §. 20. (vid. ſupr. §. 507. not. *b*.)

§. 509. Conceſſiones autem, prorogationes & perpetuationes vectigalium ante capitulationem Caroli VI. cum requiſitis cuiusque temporis factae ſartae tectae ſeruari iubentur (a).

(a) CAPITVL. (1654.) art. 8. §. 21.: "Doch ſoll denenjenigen Privilegien, welche Churf. F. und Stände des Reichs (die

 freye

freye Reichs-Ritterſchaft mit eingeſchloſſen) von weyland denen vorgeweſenen Röm. Königen oder Käyſern zur Zeit, da der Churfürſtliche Conſens per pacta & capitulationes noch nicht alſo eingeführet oder nöthig geweſen, rechtmäßig erlangt, oder ſonſten ruhiglich hergebracht, hierdurch nichts präjudicirt, oder benommen, ſondern von Röm. Kayſern auf gebührendes Anſuchen confirmiret, und die Stände dabey, ohne Eintrag männiglich, gelaſſen (add. 1742.: und auf deren Anruffen nachdrücklich geſchützet) - - werden.". Et CAPITVL. (1658. ſq.) art. 8. §. 1.: "Wir ſ. u. w. auch - - nun hinfüro, jedoch unbeſchädigt der vor Aufrichtung weyland Kayſers Car. VI. Wahlcapitulation, mit Beobachtung der zu ſelbiger Zeit erforderlichen Requiſiten, gewilligter und von unſeren Vorfahren Römiſchen Kayſern, abſonderlich denen Churfürſten des Reichs ertheilten und in Obſervanz gebrachten Zoll-Conceſſionen, Prorogationen, und Perpetuationen, keinen Zoll von neuem geben ꝛc."

§. 510. Ceterum „*plena commerciorum libertas* & „tranſitus vbique locorum terra marique tutus, adeoque ea „eundi, negotiandi, redeundique poteſtas, quae vnicuique „ante Germaniae motus paſſim competebat", inſtaurata fuit pace Weſtphalica (a); aliisque porro legibus cautum, vt Imperator commercia Germaniae & generatim promoueat (b), & impedimenta exterorum e medio tollere (c), nec a quoquam flumina, quo minus nauigabilia reddantur, impediri ſtudeat (d), & demum iura ciuitatum, penes quas adhuc commercium maritimum floret, tueatur (e).

(a) I. P. O. art. 9. §. 2.

(b) CAPITVL. (perpet. 1663. & 1690.) art. 7. §. 1.: S. u. w. wir - - die *commercia* des Reichs (add. 1742.: zu Waſſer und Land) nach Möglichkeit befördern".

(c) CAPITVL. (1658., perpet. 1663. & 1690.) art. 7. §. 6.: "Wann auch in den benachbarten Landen die Durch- oder Einfuhr und Verhandlung derer im Reich gefertigten Manufacturen, und guter aufrichtiger Waaren verbotten ſind, oder

oder verbotten werden ſollten; weilen ſolches der Freyheit der Commercien zuwider; ſo ſollen und wollen Wir Uns deſſen Abſtellung angelegen ſeyn laſſen; im widrigen aber die Vorſehung thun, daß andere Waaren hinwider aus ermeldten Landen ins Reich zu bringen gleichergeſtalt nicht zugelaſſen ſeyn ſolle".

(d) CAPITVL. (1690.) art. 8. §. 7.: "Derentwegen wir dann auch nicht zugeben wollen, daß, wo ein in den Rhein (add. 1742.: oder andern ſchiffbaren Strohm) gehender Fluß weiters ſchiffreich gemacht werden könnte, ſolches durch eines oder anderen angelegenen Stands darauf eigennützig vorgenommenen verhinderlichen Bau verwehret werde; ſondern es ſollen ſolche Gebäu, zu Beförderung des gemeinen Weſens, wenigſt alſo eingerichtet werden, daß die Schiffe ohngehindert auf und abkommen können, und alſo der von Gott verlichenen ſtattlichen Gelegenheit und Beneficirung der Natur ſelbſten ein Stand weniger nicht, als der andere, nach Recht und Billigkeit, ſich gebrauchen möge".

(e) CAPITVL. (1742.) art. 7. §. 2.: S. u. w. "auch, wie die Handlung treibende Städte überhaupt, alſo insonderheit die vor anderen zum gemeinen Beſten zur See traſiquirende Städte Lübeck, Bremen, und Hamburg bey ihrer Schiffahrt und Handlung, Rechten und Freyheiten, dem instrumento pacis gemäß, erhalten und kräftigſt ſchützen".

§. 511. *Immunes a* quocumque *vectigali* vi legum imperii ſunt perſonae camerales (a) & membra conſilii imperialis aulici (b), tum ſtatus quoque, eorumue legati, quatenus in conuentibus imperii ſubſiſtunt vel eos adeunt (c), tum electores in ſpecie, quatenus in conceſſione vectigalis iis reſeruata haec immunitas (d), quam in poſterum ſemper reſeruari ſibi ſtipulati ſunt (e), aliis autem non concedi cauerunt (f).

(a) R. I. N. §. 141.: "Daß C. R., Präſidenten, Beyſitzer, Advocaten, Procuratoren, Protonotarii, Notarii, Leſer, Schreiber, Boten und alle andere zum Cammergericht gehörige Perſonen, auch deren nachgelaſſene Wittwen und Kinder, ſo lang ſie ihr häuslich Anweſen bey und an dem Cammergericht haben, ohnverrück-

verrückten Stand halten, und ſich der Orten nicht in die Bürgerſchaft verheyrathen, oder ſonſten unter andere Jurisdiction begeben, ſamt allem ihrem Hausgeſind und Haushaltung, ſo lang ſie in den Schranken ihrer Cameral-Function verbleiben, aller Orten Ungelds, Datz, Mauth, Zoll, und aller Beſchwerung, auch anderer Gerichtszwäng frey ſeyn".

(b) CAPITVL. (1658.) art. 25. §. 6.: "Wie ſelbige (nempe der R. H. R. Präſident, Reichs-Vicecanzler, Vicepräſident, u. Reichshofräthe) dann auch wegen der Zölle, Steuer und anderer Beſchwerden Befreyung den C. G. Aſſeſſoren gleich gehalten werden" - - ſollen.

(c) CAPITVL. (perpet. & 1711.) art. 8. §. 31.: "Nachdem auch die Billigkeit erfordert, daß Churfürſten, Fürſten und Stände und deren Abgeſandten, ſo ſich auf Reichs-Collegial-Deputations- und Kreys-Tägen befinden, oder alldahin verfügen, ihre an das Ort der anberaumten Zuſammenkunft abſchickende *mobilia* und *conſumtibilia*, als Wein, Bier, Getraid, Vich und andere Nothdurft, ohne Zoll, Mauth, Aufſchlag, oder einig andern dergleichen Entgeld, wie es auch Namen haben mag, auf Fürweiſung beglaubter, und mit ihr, derer Churfürſten Fürſten und Ständen, oder ihrer Abgeſandten Unterſchrift, und Inſiegel bekräftigter Urkund, (add. 1742.: aller Orten in geſamten Reichs- auch Unſern Erblanden ohne Ausnahme) pas- und reſpective repaſſiret; zugleich, wann jemand von dieſen ableibete, deren Erben und Nachfolgern, ingleichen augeregte mobilia ohne Zoll, Mauth, Aufſchlag, oder anderwärtigen Entgeld zurück- und durchgelaſſen werden; Als ſollen und wollen Wir die würkliche Vorſehung thun, daß deme allen nachgelebt, und hierwider kein Churfürſt, Fürſt oder Stand, noch deren Abgeſandte auf einigerley Weiſe beſchweret, darbey jedoch aller Unterſchleif vermieden werde". Conf. mandatum Leopoldi de a. 1666. in FABRI Staatscanzley tom. 1. p. 13. & tom. 16. p. 348.

(d) CAPITVL. (1619., omiſſ. in perpet. 1671., reſtit. 1690. ſq.) art. 8. §. 26.: "Auch ſ. u. w. wir diejenigen Stände, denen von Unſern Vorfahren Röm. Kayſern mit Verwilligung des Reichs-Churfürſten, mit dieſer Maaß und Vorbehaltung entweder neue Zölle gegeben, oder die alte erhöhet oder prorogiret worden, daß die mehrgedachte Churfürſten, deren Geſandte und

Rä-

Räthe, und deren Wittwen und Erben bey ihren Ein- und Abzug, wie auch ihre Unterthanen, Diener, zugewandte und andere gefreyte Perſonen, auch derenſelben Haab und Güter mit ſolchen von neuem gegebenen, erhöheten oder prorogirten Zöllen nicht beſchweren, ſondern an allen und jeden Orten ihrer Fürſtenthümer und Landen, mit ihren Waaren und Gütern Zollfrey durchpaſſiren, verfahren und treiben laſſen, ſich auch ſonſten der Zoll-Erhöhungen halber gewiſſer vorgeſchriebener Maaße verhalten, und darüber vermittelſt eines ſonderbahren verglichenen Reverſes gegen die Churfürſten kräftiglich verbinden ſollen, die aber ſolche Reverſe noch nicht von ſich gegeben, mit allem Ernſt, auch bey Verluſt des concedirten Privilegii dahin erinnern und anhalten, ſich hierinnen der Schuldigkeit zu bequemen, und angeregten Revers ohne längern Verzug herauszugeben und denen Churfürſten einzuhändigen".

(e) CAPITVL. (1619.) art. 8. §. 27.: "Denen aber, ſo inskünftig obbeſchriebener maßen neue Zölle, oder der alten Erſteigerung oder Prorogation erhalten werden, wollen Wir vor Herausgebung ſolcher Reverſe unſere Kayſerliche Conceſſiones keinesweges ausfertigen, noch ertheilen laſſen".

(f) CAPITVL. (1519., perpet. & 1711.) art. 8. §. 24. 25.: "Nachdem vormahls die Churf. F. und Stände an Dero an ſchiffbaren Ströhmen und ſonſten habenden Zöllen mit vielen und großen Zoll-Freyungen über ihre Freyheit und Herkommen oftmals durch Beförderungs-Briefe, auch Exemtions-Befehle, und zum Präjuditz der Churfürſten, Fürſten und Ständen Zoll-Gerechtigkeit, ertheilte priuilegia, und in andere Weeg erſucht und beſchweret worden; So ſollen und wollen Wir ſolches als unerträglich abſtellen, fürkommen, und zumalen nicht verhängen noch zulaſſen, forthin mehr zu üben noch zu geſchehen: Auch keine Exemtions-*priuilegia* mehr ertheilen, und die, ſo darwider ohne Conſens des Churfürſtlichen Collegii bey vorigen Kriegen ertheilet worden, ſollen caſſiret und abſeyn".

## II. DE IVRE POSTARVM.

§. 512. Neminem hodie latet POSTARVM inſtitutum, quo auctoritate publica, curſoribus & equis per duorum triumve

ve milliariorum ſpatia, vulgo ſtationes, mutatis litterae & merces aliaeue res ac perſonae, pro modica ex earum proportione aeſtimata pecunia, quaqua mitti & transuehi poſſunt.

§. 513. Inſtitutum hoc omnino ad ſalutem publicam tendit, nec commode aliter quam publica auctoritate & protectione fieri poteſt, publicis item ſumtibus & publica fide ac legislatione ſuffulciendum. Hinc iure in eius commodum & reſtringitur libertas ſubditorum naturalis (§. 502.), ſaltem vt ne paria inſtituta ſuſtentent, & vtile inde fit REGALE POSTARVM.

§. 514. Ante ſeculum XVI. incognitum fuit hoc inſtitutum. Vel ſingulares eo tempore nuntii mittebantur, vel vtebantur, quibus e re videbatur, laniis proficiſcentibus, aut nuntiis Cancellariarum, quibus ſub inſpectione iudicii & cancellariae permittebatur litteras aliaque iis commiſſa ſecum portare. Vnde vel adhuc hodie id ſupereſt, vt ſuprema poſtarum in imperio inſpectio ad archicancellariatum Moguntinum pertinere cenſeatur.

§. 515. Nonnullae tantum ciuitates, maiore commercio vſae, veluti Norimberga in primis, iam aliquot curſus publicos certis locis directos ſuſtentabant, eosque pariter adhuc paſſim ſuperſtites.

§. 516. Demum ſub initium ſeculi XVI., ab Auſtriacis ad Burgundicas terras vsque, primas in Germania poſtas inſtituit Franciſcus de Thurn & Taxis. Easque eius fratris poſteri & continuarunt, & extenderunt adeo, vt in primis ab anno 1595. inde florere inciperet hoc inſtitutum, vtque tandem Lamoral

L. B.

L. B. de Taxis anno 1615. inueſtituram caeſaream obtineret als Reichs-General-Poſtmeiſter (a).

(a) SCHMAVSS *corp. iur. publ.* p. 774. ſq.

§. 517. Ex eo tempore generale poſtarum imperii officium (Reichs-General-Poſtmeiſter-Amt) titulo feudi (als ein Mannlehen) fuit penes familiam illam baronum, deinde comitum, nunc principum imperii de Taxis, erga certas tamen conditiones in litteris reuerſalibus a primo inueſtito promiſſas, & ſaluis in ſpecie aliis in aula imperiali interim inſtitutis poſtis Auſtriacis (a).

(a) Promittit nempe inueſtitus: " 1) ob beſtimmten Reichs-General-Poſtmeiſter-Amts halber, nach Ihrer Maj. und derſelben Nachkommen, Röm. Kayſern und Königen, ſeinen gehörigen Reſpect und Aufſehen in alle Wege auf Chur-Maynz als Erz-Canzlern zu haben; 2) die Poſten nach Nothdurſt fleißig zu beſtellen, und in ihrem hergebrachten eſſe zu erhalten; 3) die von Ihrer Kayſ. Maj. verordnete Staffetten ohne Entgeld fortzuführen, die an und von Ihro Kayſ. Maj., wie auch Dero und des Reichs Erz- und Vice-Canzlern, Geheimen und Reichs-Hof-Räthen, auch andern Dero hohen Officirern abgehende Briefe ohne Abforderung einiger Tax- oder Brief-Gelds zu überliefern; 4) auch ſonſten mit Einnehmung erſtbemeldten Briefgelds wider Gebühr niemand zu beſchweren; 5) den Kayſerlichen Hof- und Nieder-Oeſterreichiſchen Poſt-Aemtern keinen Eintrag zu thun". SCHMAVSS. *l. c.* p. 776. ſq.

§. 518. Mox tamen quum anno 1624. Ferdinandus II. Imp. baronibus, deinde comitibus de Paar inueſtitura concederet ius poſtarum imperiale aulicum per Hungariam, Bohemiam & Auſtriam; prima cum hoc exorta fuit colliſio generalis illius poſtarum imperialium officii, quod tum defenderunt electores a. 1641. ſingulari ſuffragio Imperatori exhibi-

to (a) paſſuque deinde capitulationibus inſerto & nouiſſime demum immutato (b).

(a) Des Churfürſtl. Collegii Gutachten in puncto des Reichs-Poſtweſens ſub d. Regenſp. den 12. Jun. 1641.: . . "Nachdem . . Churfürſtl. Gn. und Durchl. dafür halten, daß dem H. R. R. durch das von E. Kayſ. Maj. in Dero Erb-Königreich und Landen angeſtellte Poſtamt nichts derogirt und entzogen werden könne; zumahlen das Reichs-Poſtamt viel älter, und alſo quoad totum imperium ſchon lange vorhin ius quaeſitum & fundatum gehabt hat; Als haben ſie uns in Befehl aufgetragen . . zu bitten: das Reichs-Poſtamt bey ſeinen hergebrachten iuribus zu manuteniren, und durch den Poſtmeiſter in Dero Erblanden keinen Eintrag thun, keineswegs ob dem Unterſchied dieſer Poſtämter auf die Qualität der Perſonen oder Briefe, ſondern auf die Orte und Mahlſtatt ſelbſten fundiren zu laſſen; alſo und dergeſtalt, daß, gleichwie der Reichs-Poſtmeiſter in E. K. M. Erbkönigreich und Lande, wann nehmlich Deroſelben Hofſtatt ſich im Reich befindet, einigen Eintrag nicht thun ſolle, dieſes ebenmäßig durch dieſen jenem um ſo billiger beſchehen ſolle, alldieweilen der Reichs-Poſtmeiſter nicht allein von E. K. M. darauf belehnet, ſondern auch ohne Zuthun oder Unkoſten des Hof-Poſtmeiſters die Poſten im ganzen H. R. R. auſſerhalb der Erbkönigreiche und Lande auf ſeine eigene Unkoſten beſtellen muß. Wir vernehmen zwar, ob ſollte . . Taxis in dem von ſich gegebenen Revers etwas mehreres, als ſich gebühret, und dem Reichs-Poſtamt nachtheilig, erkläret haben. Es halten aber Churf. davor, daß durch ſolchen Revers dem H. R. R. an ſeinem Regal nichts präjudicirt, noch begeben werden könne; bevorab weil ſolches ohne Vorwiſſen und Conſens Jhro Churf. Gn. zu Maynz, Dero als des H. R. R. Erzcanzler die Protection des Poſtweſens oblieget, geſchehen, und Jhre Churf. Gn. auch darein nicht conſentiren, und dem Röm. Reiche an dieſem ſeinen ſonderbaren Regal etwas entziehen laſſen könnten" ꝛc. ꝛc. Lünigs Reichs-Archiv tom. 4. p. 544. ſq.

(b) Capitvl. (1658. -- 1711.) art. 29. §. 4.: Wir ſ. u. w. aber (omiſſ. 1742.: zu gänzlicher Aufhebung derer zwiſchen Unſern Poſtämtern haftenden Differentien, in Erwägung des vom Churfürſtlichen Collegio in anno 1641. auf dem Reichstag zu Regenſpurg wegen des Reichs-Poſtamts eingegebenen Gutachtens, und der in ſelbigem Reichs-Abſchied beſchehener Verordnung,) die beſtän-

dige

dige Verfügung thun, daß Unſer General (add. 1742. Kayſerlich- und) Reichs-Obriſt-Poſtamt, in ſeinem eſſe (add. 1742.: allenthalben) erhalten, und zu deſſen Schmälerung nichts vorgenommen, verwilliget oder nachgeſehen, (omiſſ. 1742.: inſonderheit aber der damit belehnte General Reichs-Poſtmeiſter wider alle von Unſerm Kayſerlichen Hof-Poſtamt jenem bis dahero im Reich beſchehene, oder noch ferner anmaßende Eingriffe, und Verſchließung abſonderlicher Amts-Paqueten, Hand gehabt,) und ſowohl in Beyſeyn Unſerer Kayſerlichen Perſon und Hofſtaat, als abweſend derſelben, (loco eius poſitum 1742.: als ſonſten im Reiche jederzeit) bey ruhiger Einnehm-Beſtell- und Austheilung aller und jeder (omiſſ. 1742.: vermittelſt der Reichs-Poſten ankommender und abgehender) Brief- und Paquetten, gegen erhebendes billiges Poſtgeld gelaſſen, (omiſſ. 1742.: und was deme und gemeldtem Reichs-Abſchied zuwider, auf einigerley Weiſe und Weg ergangen und verliehen worden, hiermit allerdings aufgehoben ſeyn; Hingegen, Unſer Kayſerlicher Erblande Hof-Poſtamt bey ſeiner 1624. erlangter Inveſtitur, und des General-Reichs-Poſtmeiſters auf dieſelbe ertheilte Reverſe, in den Erblanden ganz unbeeinträchtiget verbleiben und dabey geſchützt werden ſoll".)

§. 519. Noua poſthaec colliſio poſtarum imperialium exorta fuit cum poſtis ab exitu ſeculi ſuperioris inde a nonnullis electoribus principibusque vi ſuperioritatis territorialis & paſſim quoque per modum ſeruitutis iuris publici inſtitutis, initio tantum, vbi nondum fuerant poſtae imperiales, deinde & praeter illas. Quamobrem non defuere quidem querelae poſſeſſorum poſtarum imperialium. Sed impediri non potuit, quo minus plures porro poſtae territoriales inſtituerentur. Et reuera haud ita expeditum eſt: quod a ſolo Imperatore ius poſtarum per vniuerſam Germaniam pendeat adeo, vt ſaluum ius cuiusque ſtatus in territorio ſuo haud intelligi debeat; id quod cum illo ex forma reipublicae noſtrae omnino conſiſtere poteſt (§. 193.).

§. 520. Poſtremum colliſio quoque poſtarum imperialium exorta cum nuntiis ciuitatum, quibus interdictum tandem fuit, in itinere litteras aliasue res vel perſonas recipere, equosque mutare (a).

(a) CAPITVL. (1742.) art. 29. §. 3.: "Dargegen ſoll den gemeinen Land- und Reichs-Städtiſchen Botten unterwegs und zwiſchen denen Orten, wo aus und hin ein Bott ſeine Commiſſion hat, die Mitbringung und Sammlung der Briefe, Wechſelung der Pferde, und Aufnehmung derer Perſonen und Paquetter nicht zugelaſſen, ſondern die Reichs-Städte und deren gehende, reitende und fahrende Botten hierunter, denen bereits in annis 1616. 1620. und 1636. ergangenen Kayſerlichen Decreten, Patenten, und Reſcripten ſich gemäß bezeugen, und ſolcher geſtalt dieſes Boten-Weſen ſowohl der Chur-Maynziſchen Reichs-Poſt-Protection, als dem General-Reichs-Erb-Poſtmeiſter und ſonſten männiglichen ohne Nachtheil ſeyn".

§. 521. Abuſibus nonnullis poſtarum imperialium, quorum iam in pace Weſtphalica erat mentio iniecta (a), vt contraueniretur, capitulationes ſtatuerunt, ne exteris committantur poſtae (b), neque exemtionem ab oneribus contendant officiales poſtarum (c), & generatim vt probe adminiſtrari poſtas curetur (d).

(a) I. P. O. art. 9. §. 1.: - - - "*Immoderata poſtarum* omniaque „alia inuſitata *onera* & impedimenta, *quibus commerciorum* & „nauigationis *vſus deterior redditus eſt, penitus tollantur*". Vnde & exiſtimatum fuit adnumerari debere hoc argumentum illis "*ſimi-* „*libus negotiis*, *quae* in P. W. *expediri nequiuerant*," & de quibus proinde vt "in proximis comitiis ex communi ſtatuum con- „ſenſu ageretur," ſtatutum fuerat in I. P. O. art. 8. §. 3. Ideoque ſancitum in CAPITVL. (1658.) art. 29. §. 1.: "Demnach wider die im H. R. R. verordnete Poſt (einige, loco cuius 1690. poſitum:) nicht geringe Beſchwerden geführet (werden; ſo ſind zwar dieſelbe, nach Anweiſung des Inſtr. pacis, auf die bey nächſtkommendem Reichstag erfolgende Erinnerungen auszuſtellen;

wir

wir ſ. u. w. ꝛc. ꝛc., loco cuius 1690. poſitum:) ſelbe auch nach Anweiſung des I. P. auf dem Reichstag ausgeſtellt worden; ſo wollen wir mit Beobachtung deſſen keinesweges geſtatten" ꝛc. ꝛc.

(b) CAPITVL. (1690. ex mon. Euang. 1658.) art. 29. §. 1.: "Wollen wir - - keinesweges geſtatten, daß Churfürſten, Fürſten, und Stände in ihren Landen und Gebieten, wo dergleichen Kayſerliche Poſtämter vorhanden und hergebracht, ſolche Perſonen, welche keine Reichs-Unterthanen ſeyn, und deren Treue man nicht verſichert iſt, angeſetzt, oder dieſelbe außerhalb der perſonal-Befreyung von dem Beytrage gemeiner Real-Beſchwerden eximirt und befreyet werden".

(c) CAPITVL. (1690.) art. 29. §. 1. in f. vid. not. praeced.

(d) CAPITVL. (1690.) art. 29. §. 2.: "Nicht weniger wollen wir den General-Reichs-Poſtmeiſter dahin halten, daß er ſeine Poſten mit aller Nothdurſt wohl verſehe, die getreue und richtige Brieffſtellungen, gegen billiges Poſtgeld, ſo in allen Poſthäuſern zu jedermanns guter Nachricht in offenem Druck beſtändig angeſchlagen ſeyn ſolle, ohnverweislich befördere, und alſo zu keiner ferneren Klage und Einſehen Urſache gebe".

§. 522. Sic itaque ius poſtarum in Germania hodie duplex eſt, alterum *imperiale*, quod partim ſolitarie exercetur in primis in Germania ſuperiore, partim concurrenter cum poſtis territorialibus, vbi hae praeter illas inſtitutae ſunt, veluti praeſertim in Germania inferiore; alterum *territoriale*, quod in hac potiſſimum Germaniae parte partim ſolitarie exercetur, vbi numquam fuerunt, vel forte deſierunt poſtae imperiales, partim concurrenter cum poſtis imperialibus, vbi praeter has illae inſtitutae ſunt. Vniuerſum negotium plene componi legibus nondum potuit (a).

(a) In primis actum ea de re fuit in deliberationibus ſuper capitulatione perpetua. Sed nec in illa territorialium poſtarum mentio facta, & ne retentus quidem eius articulus de hac re agens

gens in capitulatione Caroli VI. & ſequentibus fuit, quae Ioſephinam potius in hoc argumento ſecutae ſunt. Tantum addebatur in CAPITVL. (1711.) art. 29. §. 5.: "Jedoch ſ. u. w. wir auf dieſen Articul, das Poſtweſen belangend, in ſo lang halten, auch halten laſſen, bis von Reichs wegen ein anders beliebet werden wird".

## III. DE REGALIBVS VTILIBVS EX RESTRICTA LIBERTATE NATVRALI SVBDITORVM CIRCA OCCVPATIONEM.

§. 523. Summus imperans ex iure publico vniuerſali inter alia quoque libertatem ſubditorum naturalem, vi cuius alias qualescumque res nullius cuilibet occupare licet, certis limitibus circumſcribere, & vel ſibi res, quas alioquin occupare liceret, earumue partem vindicare, adeoque multifariam & hoc modo reditus publicos augere poteſt, quatenus ſaluti publicae id conducit, nec lege fundamentali reſtricta eſt haec ſummi imperantis poteſtas.

§. 524. Germanorum quidem priſtinae libertati id non conuenit olim, quum potius cuiusque liberi hominis in terra ſua qualiumcumque rerum nullius liberrima eſſet occupatio, in primis libera *venatio*, piſcatio, aucupium, & quae ſunt id genus reliqua.

§. 525. Imperatoribus tantum in ſiluis maioribus olim ius fuit banni regii. Hodie nullum amplius Imperatorum circa venationem regale.

§. 526. In rebuspublicis Germaniae ſpecialibus ruſticis interdici venationem, nec priſtino iuri aduerſatur. Nec denegari

gari paſſim ſtatibus potuit reſtringere vel adimere ciuicorum venandi libertatem. Nobilibus autem ius venandi adimere, obſeruantia Germanica non patitur; nec ideo ratione nobilium venationem regalibus accenſeri, fas eſt. Tantum nouiore aevo, ex quo diſtinctio venationis ſuperioris & inferioris inualuit; illam paſſim regalibus adnumerari, nobiles pati debuerunt.

§. 527. Eminentiores quaedam occupationis ſpecies, veluti *metallifodinae* & *ſalinae* in primis, iam in medio aeuo iuri regio vindicatae fuerunt, ſaltem ſic, vt nulli ſtatuum eo iure vti, niſi ex conceſſione caeſarea, liceret; donec per A. B. cap. 9. electoribus, & per varia priuilegia aliosque titulos, iure demum vniuerſali, ſingulis imperii ſtatibus id ceſſerit. Vnde nunc ad regalia, quibus pollet ſuperioritas territorialis, ea iura referuntur.

§. 528. Alia id genus regalia non aeque per Germaniam vniuerſalia ſunt, veluti *decimae* e. g. *nouales*, quas, vbi obſeruantiae id conuenit, ex terris ante incultis, nunc in culturam redactis, ſibi vindicant domini territoriales.

## CAP. VI.
## DE IVRE SVPREMAE INSPECTIONIS ET POLITIAE INDEQVE FLVENTIBVS REGALIBVS MONETAE ET RELIQVIS.

§. 529. Quidquid in republica exſiſtit, quatenus ſalutis publicae in commodum vel detrimentum vergere poteſt; in illud

IVS SVPREMAE INSPECTIONIS, & quatenus ad ſalutem publicam legibus adcommodari poteſt, IVS POLITIAE eſt ſummo imperanti.

## I. DE POLITIA IN GENERE.

§. 530. Varia itaque, quae ad alia principalia regalia referri nequeunt, nec principaliter reſpectum redituum publicorum habent, iure politiae circumſcribi poſſunt priuatorum ſeu ciuium vnius reipublicae iura, quibus in ſtatu naturali ſine vllis limitibus vterentur. Eaque politia in primis felicitas ciuitatis interna promouetur, idque eo felicius, quo magis omnes & ſingulae politiae leges vnius reipublicae ad vnum eumdemque iſtum finem conſpirant.

§. 531. Germania tamquam vna reſpublica vt vna eademque politia vteretur, fas eſſet. Sed a primis inde reipublicae huius initiis id fieri non potuit (§. 24.). Nec continuata ſpecialium Germaniae rerumpublicarum, in primis quoque vrbium autonomia (§. 314.), nec exorta demum ſuperioritas ſingulorum procerum territorialis(§. 199.) id porro permiſit.

§. 532. Tantum ob inſignes politiae defectus, qui iuris manuarii tempore per totam Germaniam inualuerant, quum neceſſarium duceretur communem eius rei curam agere, quumque necdum ita inſolitum id eſſet, communi totius imperii cura leges ferre; confectae ſunt nomine Imperatoris & totius imperii ordinationes politiae (Reichs-Polizey-Ordnungen) a. 1548. & 1577. Quarum quidem nonnulla capita adhucdum per totam Germaniam obſeruantur; noua autem lege mutatum rerum ſtatum indigere, dudum agnitum (a), interea tamen, vt Imperator

rator conditas huc vsque politiae ordinationes obſeruet, ſtatutum legibus eſt (b).

(a) I. P. O. art. 8. §. 3.: "In proximis comitiis - - de refor-„matione politiae - - agatur".

(b) CAPITVL. (1663. & 1690.) art. 7. §. §. 1.: "Ferner ſ. u. „w. wir über die Polizey-Ordnungen, wie die ſind, und noch „ferners auf dem Reichstage geſchloſſen werden, halten".

§. 533. Quo magis autem nouiore aeuo, in primis a pace Weſtphalica inde inualuit, vt ſui quisque territorii potius, quam communis totius Germaniae ſalutis curam habeat; eo frequentius quoque leges politiae in rebuspublicis Germaniae ſpecialibus, poſthabita politia totius imperii, latae ſunt, & vel curauere potius ſtatus, caueri legibus imperii, ne Imperator eiusue ſuprema tribunalia facile ſe immiſceant politiae prouinciali (a), nec priuilegiis caeſareis ei detrimentum fiat (b).

(a) R. I. N. §. 106.: "Wenn Sachen, die der bey einem Stande insgemein eingeführter guter Polizey, Zunft- und Handwerks-Ordnungen anhangen, durch Appellation an Unſer Kayſ. und des Heil. Reichs Cammergericht gezogen werden wollen, daß der Richter, ehe er die Proceſſe erkennt, jedes Orts Obrigkeit, und des ſtatus publici mit einlaufendes Intereſſe, mit ſeinen Umſtänden wohl erwege, fürnehmlich aber in dergleichen Sachen keine Inhibition leichtlich erkenne, ſondern daſern ſolche Sache wider ſelbigen Orts hergebrachte vernünftige und den Reichs-Conſtitutionen nicht ungemäße Handwerks- und andere herbrachte rechtmäßige Ordnung lauſet, zu Abſchneidung des in den Reichs-Conſtitutionen ſo hoch verbottenen Auſtreibens, und Scheltung der Meiſter und Geſellen, und anderer Ungelegenheiten, ab- und an des Orts Obrigkeit, als die ohne das den Gewalt haben, dergleichen ſtatuta nach Gelegenheit der Läufte und Zeiten zu widerruffen und zu ändern, verweiſe".

(b) CAPITVL. (1742. ex mon. Brandenb.) art. 7. §. 5.: "Worneben wir fürohin keinerley von Unſeren Vorfahren zu ertheilen nicht herge-

hergebrachte priuilegia, ſo derer Churfürſten, Fürſten, und Stände, in Dero territoriis zuſtehenden Policey-Weſen und gleichfalls hergebrachten Gerechtſamen in einigerley Weg vorgreiffen, ertheilen, noch die etwa bereits ertheilte erneuern ſollen noch wollen". Quibus addi merentur, quae olim de priuilegiis monopoliorum ſtatuta fuerant poſt R. I. 1512. part. 1. §. 16.--18. in CAPITVL. (1519.) art. 7. §. 3.: "Die groſſe Geſellſchaften und Kaufgewerbs-Leute, (add. 1658. und andere), ſo bißhero mit ihrem Gelde regieret, ihres Willens gehandelt, und mit Wucher und unzuläßigem Vorkauf und Monopoliis viele Ungeſchicklichkeit dem Reich und deſſen Inwohnern und Unterthanen merklichen Schaden, Nachtheil und Beſchwerung zugefügt, und noch täglich einführen, und gebähren thun, mit der Churfürſten, Fürſten und anderer Stände Rath, inmaßen, wie deme zu begegnen, hiebevor auch bedacht, und vorgenommen, aber nicht vollſtrecket worden, gar abthun"; & in CAPITVL. (1654.) art. 7. §. 4.: "keinesweges auch jemanden einige priuilegia auf monopolia, es geſchehe ſolches bey Kauf-Handel, Manufacturen, Künſten und andern in das Policey-Weſen einlaufenden Sachen, oder wie es ſonſten Namen haben möge, ertheilen, ſondern, da dergleichen erhalten, dieſelbe als denen Reichs-Satzungen zuwider, abthun und aufheben".

§. 534. Hodie itaque cura politiae, vti generatim fere poteſtas legislatoria (§. 314. ſq.), in Germania comparata eſt, ita, vt in quouis potiſſimum territorio politia legibus dirigatur, nonnullis modo ſpecialibus eius capitibus vel adhuc autonomiae vrbium relictis.

§. 535. Ea tantum, quae intra fines vnius territorii haud continentur, quibusque proinde leges ſpeciales haud ſufficiunt, adhuc in comitiis imperii vniuerſalibus tractari ſolent, veluti quod haud ita pridem adhuc circa abuſus opificiarios contigit, quodque adhuc in re monetaria agitur.

II. DE

## II. DE RE MONETARIA.

Gründliche Nachricht von dem Münzweſen insgemein, insbeſondere aber von dem Teutſchen Münzweſen älterer und neuerer Zeiten ꝛc. Göttingen 1739. Helmſtädt 1741. 8.

§. 536. Ad commoditatem commercii & ad obtinendum pretium eminens neceſſarium fuit diſcernendis metalli generibus & ponderibus interponere fidem publicam. Vnde *regale monetae* exortum, non vtilitatis vel lucri cauſſa, ſed honoris potius & fidei publicae ergo.

§. 537. In Germania *initio ſoli reges* exercuere ius monetae. Mox honoris cauſſa & proceres eccleſiaſtici ad illud adſpirarunt, priuilegiis regiis id adepti. Quibus deinde etiam ſeculares ſtatus eo iure praediti fuerunt; donec tandem A. B. cap. 10. id ius firmatum ſingulis electoribus, & ſingulorum quoque priuilegiorum reliquis ſtatibus datorum indies copia maior reddita.

§. 538. Hinc iam dudum in varios *rei monetariae naevos* Germania incidit, potiſſimum ex duplici capite *tum* ob diuerſitatem monetae fere innumeram, ſiue valorem, ſiue ſigna modumque numerandi ſpectes, in vna alias republica intolerabilem & commercii impedimentum incredibile, *tum* ob internum valorem lucri cauſſa ab vno magis, quam ab altero diminutum. Quod poſterius ad intelligendum rem paullo altius repeti oportet.

§. 539. Ius monetae ea mente imperantibus tribuitur, vt fide publica cuilibet particulae metalli, eum in finem pro commodi-

moditate in maiores minoresue partes diſpertiti, imprimatur eius valor, isque aeſtimandus *tum* ex genere & bonitate metalli (Korn), *tum* ex pondere eiusque & numeri comparatione (Schrot). Qualis VALOR, quatenus vere adeſt, dicitur INTERNVS.

§. 540. Exſpectari poterat in moneta tantum internus eius valor fide publica indicandus. Sed ſine iactura tunc metallum monetatum pari commoditate, quam non monetatum, aliis etiam vſibus, veluti vaſis argenteis aureisue, adhiberi poſſet, ideoque periculum eſſet, fore, vt plurima monetae pars mox commercio iterum ſubtraheretur. Et reuera ſic quoque citra aequitatem onerosum foret regale monetae, ſi impendendos monetae cudendae ſumtus ſpectes.

§. 541. Coeptum itaque, monetae auctoritate publica valorem paullo maiorem tribuere, quam internum. Isque VALOR, auctoritate publica monetae tributus, vocatur EXTERNVS. Sic valor externus ſuperare coepit valorem internum, & quidem ſuprema ex aequitate in tantum, vt valor internus demum additis ſumtibus monetariis exaequaret valorem externum, ſiue valor externus deductis ſumtibus conueniret cum interno. Quod diſcrimen vocatur der Schlagſchatz.

§. 542. Valorem externum maiorem interno reddendi duplex cogitari modus poteſt: *vel* vt particulae minoris ponderis, adeoque & minoris valoris interni, inſcribatur maius pondus maiorque adeo valor externus, *vel* vt generi metalli inferiori tribuatur idem in eodem pondere valor, quam meliori &

puriori

puriori metallo, ideoque huic immiſceatur metallum inferius, quod vocant Zuſatz ſiue Beſchickung.

§. 543. Poſterior modus rei monetariae vel ideo magis conuenit, quoniam non tam decet auctoritatem publicam, ſtatuere pondus e. g. vnius librae, quod non ſit, & quod ſtatim cuique in oculos incurrere poſſit; deinde quoniam natura metallorum ſuperiorum commodius patitur admixtionem, eamque fere inſenſibilem, immo durius adeoque vſui commodius metallum reddentem, & vel naturae metalli iam inſitam.

§. 544. Enimuero quo commodius ſic valor monetarum externus maior interno redditur; eo facilius diſcrimen vtriusque valoris vel excedere poteſt indemnitatem ſumtuum quaerendam, adeo vt non tantum indemne, nec ſolum honoris cauſſa exerceri, ſed vel lucrum adferre poſſit hoc regale, eoque minus mirandum, qui iam dudum plures ad illud indies adſpirauerint.

§. 545. Immo iam fingas: duo vicinos ſtatus monetam cudere, alterum ſine lucro vel cum exiguo tantum, alterum cum lucro & vel cum maiori lucro. Ambo ciues vnius reipublicae ſunt. Amborum ſubditi mutuo inter ſe commercio vtuntur. Huius certe moneta mox obruet illius territorium. Conquiret contra vel ſtudio illius monetam, recoqui & recudi admixtiorem, maiore cum lucro curabit.

§. 546. Quae quum ita ſint, vix fieri potuit, quin quisque ſtatus iure monetae praeditus id cum lucro exerceret, & vel maius alter altero lucrum quaereret. Quumque alias non conueniat rei monetariae, vt monetam cudi curet, niſi cuius

in territorio metalla fodiuntur; nunc, qui & reliqui ius monetae exercere, & vel lucrum inde quaerere poſſint, intelligitur.

§. 547. Ex hisce omnibus non potuere non oriri illi naevi (§. 538.), quorum emendatio tanto maiore premitur difficultate, quanto difficilius e medio tollitur, quae ſemel adeſt, monetae copia, &, quod a quouis allegatur, ius ſemel quaeſitum cudendae monetae.

§. 548. Haud igitur mirandum, ſperata adhuc efficacitate deſtitutas manſiſſe omnes fere *ordinationes monetarias.* Quarum praecipuam poſt eas, quae 1524. & 1551. publicatae ſine effectu fuerant, FERDINANDVS I. anno 1559. promulgauit, quam porro aliae leges monetariae particulares in comitiis & conuentibus deputationum confectae annis 1566. 1570. 1571. 1576. 1582. 1594. multoque maiores mutationes nouioris aeui inſecutae ſunt.

§. 549. Prima ſingularum iſtarum legum cura verſatur in definiendo certo, quem vocant, PEDE MONETARIO (Münzfuß) i. e. quotuplices monetae ſpecies, quo pondere & qua bonitate cudendae ſint. Quod ad intelligendum iterum generalia rei monetariae principia praemoneri oportet.

§. 550. Ad obtinendam certam ponderis menſuram ſupponuntur *grana*, quorum Romani 6912. numerarunt ad libram, diuiſam in 12. vncias, 96. drachmas, 6912. grana; quam diuiſionem & Carolus M. retinuit, niſi quod 6912. grana Romana in pondere conuenirent tantum cum 6048. granis Francicis, adeoque 12. vnciae Romanae efficerent tantum $10\frac{1}{2}$. vncias Francicas.

§. 551.

§. 551. Nouiore aeuo aliae plane *librae* introductae ſunt 16. vnciarum (jede Unze von 2. Loth). Reique monetariae adhibitum ſingulare pondus marcarum (Markgewicht), quarum ſingula eſt 8. vnciarum, ſiue dimidiae librae, & granorum extra Germaniam 4608., in Germania 4352.

I. Extra Germaniam nempe praecipuum pondus marcarum inualuit Trecis (zu Troyes in Champagne), vbi marca diuiditur in 4608. grana.

II. In Germania obſeruatur marca Colonienſis, quae diuiditur in

8. Unzen, jede Unze 2 Loth,
16. Loth, jedes Loth 4. Quintgen,
64. Quintgen, jedes Quintgen 4. Pfennige,
256. Pfennige, jeder Pfennig 2. Heller, oder 17. Gran oder Esgen,
512. Heller,
4352. Gran oder Esgen.

III. Quando opus eſt ſubdiuiſionibus minoribus, adhibetur der Richtpfennig ſiue ſubdiuiſio idealis eines Pfennigs, deren 256. auf die Cöllniſche Mark gehen, wiederum in 256. Theilgen, ſo daß die ganze Mark ſo viel beträgt, als 256. mahl 256. Theilgen, oder 256. durch ſich ſelbſt multiplicirt, d. i. 65. 536. Theilgen.

§. 552. Huius ope ponderis computatur, vt aiunt, der Schrot, i. e. quot monetae ex marca cudi, & quanti ponderis quaeque moneta eſſe debeat (wie viel Stücke aus einer Mark zu münzen, und wie ſchwer jedes Stück?).

§. 553. Ad computandam *bonitatem metalli* (das Korn), aliud adhibetur pondus (Probiergewicht), dum ſupponitur

alia idealis diuiſio plane purae maſſae in certas particulas, vt indagari poſſit, quota particula ſit admixta; auri quidem in 24. gradus (Carats, jede zu 12. Gran) & 288. grana; argenti in 16. ſemiuncias (16. Loth, jedes zu 18. Gran) & 288. grana.

I. Sic ad probandum aurum ſumitur zur Probe

$\frac{1}{2}$. Pfennig, i. e,

$\frac{1}{512}$. vom Markgewichte, ſiue 128. Theile aus dem Richtpfennig, ſo für 24. Carats gelten muß;

Sicque ſubdiuidi poteſt der halbe Pfennig in 12. 6. 3. 2. und 1. Carat, und in 6. 3. 2. 1. $\frac{1}{2}$. und $\frac{1}{4}$. Gran.

II. Ratione argenti ſumitur zur Probe

1. Pfennig, ſiue

$\frac{1}{256}$. von Markgewicht, vel

256. Theile vom Richtpfennig.

Isque computatur pro 16. Loth, adeoque diuiditur in 8. 4. 2. 1. Loth, und in 9. 6. 3. 2. 1. $\frac{1}{2}$. Gran.

§. 554. Hoc modo computatur in cudenda moneta (Ausmünzung), cuiusnam bonitatis aurum argentumue adſit? quot marcae purae ad certam monetae ſummam requirantur? quantum admiſceri? & quanta monetarum copia cudi poſſit? Parique circiter modo proceditur in probanda moneta (Valvation oder Probirung.).

I. Addam exempla ex libello ſupra (p. 225.) allegato vom Münzweſen p. 42. ſq.:

1. Von Berechnung der Ausmünzung

Z. E. die feine Mark Silbers ſoll in Species-Thaler, deren einer 1 $\frac{1}{3}$. Thaler gilt, zu 14. Loth 4. Gran fein um 12. thlr. aus-

ausgebracht werden; der Münz-Meiſter aber hat 505. Mark 15. löthigen Silbers nebſt anderm Silber, ſo nur 3. löthig iſt, und womit er jenes beſchicken will. So muß per regulam alligationis zuförderſt ausgefunden werden, wie viel er von dem 3. löthigen zu erwehnten 505. Mk. 15. löthig Silbers hinzuzuthun habe, damit der Gehalt von 14. L. 4. Gr. heraus komme.

14. L. 4. Gr. thun 256. Gr.
15. Loth thun 270. Gr. ✕ 202.
3. Loth thun 54. Gr. . 14.

(Man ſubtrahire die 54. Gr. von 256. Gr., bleibt 202.; item die 256. Gr. von 270. Gr., bleibt 14. Gr.)

202. Mk. 15. löthig werden beſchickt mit 14. Mk. 3. löthig. Wie 505. Mk. 15. löthig? facit 35. Mk. 3. löthig.

1. Mk. hält 15. L.; was halten 505. Mk? facit 473. Mk. 7. L.

1. Mk. hält 3. L.; was halten 35. Mk? facit 6. Mk. 9. L.

540. Mk. 480. Mk.

540. Mk. halten fein 480. Mark; was hält fein 1. Mk.? facit 14. L. 4. Gr.

Ferner: 1. Mk. wird ausgemünzet vor 12. Thlr.; wie 14. L. 4. Gr.? facit 10$\frac{2}{3}$. thlr.

Item: 10$\frac{2}{3}$. Thlr. thun 16. Loth; was thun 1$\frac{1}{3}$. Thlr. facit 2. Loth.

Oder man hat 36. Mk. 2. löthigen, und 56. Mk. 10. löthigen Silbers, welche in einfachen guten Groſchen-Stücken, deren 24. einen Thlr. thun, zu 8. Loth fein alſo ausgemünzet werden ſollen, daß die feine Mk. um 12$\frac{1}{2}$. Thlr. ausgebracht werde; wieviel Kupfer wird dazu erfordert? und wie viel Stücke müſſen auf die rauhe Mk. geſtückelt werden?

1. M. hält fein 12. L.; was 36. M.? fac. 27. M.
1. M. hält fein 10. L.; was 56. M.? fac. 35. M.

92 62

8. Loth.

8. Loth fein thun 1. rauhe Mk; wieviel rauhe Mk. thun 62. Mk. fein? facit - - - - - - - - - - - - - 124.
Davon abgezogen, was bereits im Tiegel - - - - - 92.

muß an Kupfer nachgeſetzt werden - - - - - - - 32.

1. Mk. fein ſoll gelten $12\frac{1}{2}$. Thlr.; was 8. Loth? facit $6\frac{1}{4}$. Thlr.

Item: 1. Thlr. thut 24. Stücke; was thun $6\frac{1}{4}$. Thlr.? facit 150. Stücke.

## 2. Von Valvation.

Z. E. Man hat einen Speciesthaler, ſo nach dem Richtpfennige 8192. Theile wäget; und theilet man den ganzen Richtpfennig mit dieſer Zahl ab, ſo ergibt ſich, daß 8. dergleichen Stücke auf die rauhe Mk. gehen. Schneidet man ferner die Münze entzwey, und nimmt davon aus der Mitte, (weil der Rand wegen des Ausſudes allezeit etwas reicher iſt,) ein Stück, ſo man mit dem Gran-Gewichte einwäget, ſetzet es nachhero auf die Capelle, und befindet, daß es 14. L. 4. Gr. fein habe; ſo zeiget ſich, daß die Münze exacte nach dem Reichs-Fuß gepräget, und dahero ihren vollen Werth habe. Oder: man hat 5. zweydrittel Stücke, ſo nach dem Richtpfennig insgeſamt 24273. Theile wägen, und davon die Mark nach dem Gran-Gewichte zu 12. Loth fein befunden wird, wie hoch kommt die feine Mark nach dem Reichsfuß, und was iſt ein Stück werth?

24273. Theile geben 5. Stück; was 65536. Theile? facit $13\frac{12151}{24273}$. Stück oder vielmehr $13\frac{1}{2}$. Stück.

12. L. fein geben $13\frac{1}{2}$. Stück; was 16. L. fein? facit 18. Stück.

18. Stück ſollen 12. Thlr. gelten, was gilt 1. Stück? facit $\frac{2}{3}$. Thlr. oder 16. Ggr.

§. 555. Nunc intelligetur forte ſanctio ordinationis monetariae de a. 1559., quam ſequenti ſchemate repraeſentabo:

I) Innerhalb des Reichs ſollen
1) Gemeine Reichs-Münzen
A) an Silber
a) von Reichs-Gulden zu 60. Kreutzer bis auf die 5. Kreutzer-Stücke herunter incluſiue die Cölniſche Mark fein halten 14. Loth 16. Gran; von Gulden in ſpecie $9\frac{1}{2}$. Stück auf die Cölniſche Mark gerechnet; Alſo die feine Mark Silbers in groben Sorten, als in $10\frac{14}{67}$. Stück Gulden, zu 10. Gulden $13\frac{1}{2}$. Kreutzer ausgebracht.
b) Von geringern Sorten ſollen
α) $2\frac{1}{2}$. Kreutzer-, oder 2. Kreutzer-Stücke in der Mark fein halten 8. Loth;
β) einfache Kreutzer 6. Loth 4. Gran.
B) An Gold (überhaupt nach der Proportion zu Silber, wie 1 zu $11\frac{1}{2}$.) ſollen
a) Rheiniſche Goldgulden, zu 75. Kreutzer, 72. Stück auf 1. Mark gehen, und fein halten 18. Karat (oder 12. Loth); alſo die feine Mark in $93\frac{45}{111}$. Stück 116. Gulden 45. Kreutzer.
b) Ducaten, zu 104. Kreutzer oder 1. Gulden 44. Kreutzer, ſollen 67. Stück auf 1. Mark gehen, und fein halten 23. Karat 8. Gran; alſo die feine Mark ſoll thun in $67\frac{67}{71}$. Stück 117. Gulden 45. Kreutzer.
2) Von eines jeden Münzſtandes geringern Sorten ſollen
A) Pfennige, 636. auf die Mark gehen,
B) Heller, aus 1. Mark fein, nicht mehr als 11. Gulden 5. Kreutzer.
II) Auswärtige Münzen ſollten nach 6. Monathen alle verrufen ſeyn, und nicht mehr gelten.

§. 556. Poſt ordinationem monetariam anni 1559., quas ſubiit res monetaria, viciſſitudines commode quinque periodis abſoluuntur.

I) Ab anno 1559. vsque ad a. 1665.

1) 1566. admiſſi quoque thaleri ſiue imperiales cudendi zu 24. guten Groſchen, oder 18. Batzen, oder 72. Kreutzern.

2) 1596. admiſſum maius argenti pretium, die feine Mark Silbers in groben Sorten auszubringen zu 12. Gulden 36. Kreutzern.

3) 1623. ob ſummam rei monetariae perniciem ſub initium ſeculi XVII. inuectam, die Kipper- und Wipper-Zeit, retenta quidem priſtina auri & argenti proportio, wie 1. zu $11\frac{1}{2}$, ſed

a) thaleri pretium ſtatutum 90. Kreutzer, iterumque admiſſum augmentum pretii argenti, die feine Mark um $13\frac{1}{2}$. Gulden in groben Sorten auszubringen;

b) in vtraque Saxonia retentus priſtinus thaleri valor 24. groſſorum, & hi modo rectificati.

II) Ab a. 1665. vsque 1690.

1) 1665. in circulis Germaniae ſuperioribus admiſſum nouum thaleri augmentum zu 96. Kreutzern, und die Mark Silbers auszumünzen zu 14. Gulden 24. Kreutzer, in der Proportion zwiſchen Gold und Silber wie 1. zu $14\frac{1}{8}$; idque prouiſionaliter in comitiis adprobatum 1667.

2) 1667. Saxo & Brandenburgicus conuenere Zinnae (vnde Zinniſcher Fuß), die Mark Silbers zu $10\frac{1}{2}$. Reichsthaler, oder 15. Gulden 45. Kreutzer auszubringen, und den Thaler auf 1. Gulden 45. Kreutzer zu erhöhen, mit der Proportion zwiſchen Gold und Silber wie 1 zu $13\frac{1}{5}$. Vnde nouum genus monetae ortum der $\frac{2}{3}$. Stücke.

3) 1669. circuli ſuperiores, quibus diſplicuit pes Zinnicus, reduxere thalerum ad crucigeros 90.; indeque multum diſputationis exortum in comitiis ab anno 1680. inde.

III) Ab a. 1690. vsque 1711.

1) 1690. domus Saxonica, Brandenburgica & Brunſuicenſis conuenere

a) menſe Ianuario Lipſiae (vnde Leipziger Fuß) in $\frac{2}{7}$. und $\frac{1}{7}$. Stücken die feine Mark Silbers zu 12. Reichsthaler oder 18. Gulden auszubringen;

b) menſe Februario, Torgauiae, (Torgauer Fuß) in der Scheidemünze die feine Mark Silbers auszubringen:

in 2. gGr. Stücken zu 12$\frac{1}{8}$. Thlr.

in gG. u. Mgr. zu 12$\frac{1}{2}$. Thlr.

in 6. Pf. Stücken zu 13. Thlr.

Alſo den Thaler auf 2. Gulden, oder 1. Rthlr. 30. Kreutzer oder 120. Kreutzer zu ſetzen; die rauhe Mark, zu 14. Loth 4. Gran fein, in 8. Stücken 10$\frac{2}{7}$. Rthlr.; die feine Mark in 9. Stücken um 12. Rthlr.; mit der Proportion zwiſchen Gold und Silber, wie 1. zu 15$\frac{1}{10}$.

Uebrigens behielt der Reichsthaler nach dieſem Leipziger Fuß ſeinen alten Gehalt von 14. Loth 4. Gran, oder zuſammen 256. Gran. Nun halten 1) in der rauhen Mark 8. Species-Thaler oder 10$\frac{2}{7}$. Current Reichsthaler 256. gute Groſchen; alſo eben ſo viel gute Groſchen, als Grane der rauhen Mark im Korne; 2) in der feinen Mark ſind 9. Species- oder 12. Current-Thaler, alſo 288. gute Groſchen, und wieder eben ſo viel Grane in der feinen Mark. Alſo bleibt allezeit 1. guter Groſche und 1. Gran einerley.

a) eod. a. 1690. huic Lipſienſi pedi iam acceſſere ſinguli quidam alii ſtatus, mox 1693. quoque circuli ſuperiores, demum totum imperium, excepto tantum pede Torgauienſi, qui non placuit circulis ſuperioribus.

IV) Ab a. 1711. vsque 1748.

1) ſenſim increuit valor nummorum aureorum erga argenteos minores (das agio auf die goldene Münze gegen kleine Silber-Münze) als Ducaten zu 2. Rthlr. 18. Ggr. und im Reiche zu 4. Gulden 12. 15. und mehr Kreutzern;

2) nouum genus monetae aureae coepit cudi Carolinen zu 10. 5. 2$\frac{1}{2}$. Gulden, ſo 1736. auf 9. Gulden 20. Kreutzer heruntergeſetzt;

3) ob ſuperſtitem ſimul differentiam ratione pedis Torgauienſis reaſſumta 1736. in comitiis deliberatio ſuper re monetaria, & placuit ſuffragio imperii d. 10. Sept. 1738. condito:

a) den Leipziger Fuß künftig als den eigentlichen Reichs-Fuß anzunehmen; alſo 1. Speciesthaler auf 2. Gulden, 1. Ducaten auf 4. Gulden, 1. Goldgulden auf 3. Gulden zu ſetzen; und alle grobe Münze von Thalern bis 10. Kreutzer-Stücke zu 14. Loth 4. Gran fein zu münzen;

b) wegen der Scheidemünze 17. beſtimmte Sorten gelten zu laſſen.

4) De reſiduis ex iſto ſuffragio in capitulationibus nouiſſimis actum (a), ſed nondum quid perfectum.

(a) Capitvl. (1742.) art. 9. §. 4.: "Nachdem in den Jahren 1737. und 1738. bey der allgemeinen Reichs-Verſammlung, wegen Herſtellung des Münzweſens, verſchiedenes gehandelt, und von nächſten Unſern Vorfahren am Reich genehmet worden, theils noch zu erörtern ausgeſetzt iſt; Als ſollen und wollen wir, ſo balden nach angetrettener Unſerer Regierung, ernſtlich daran ſeyn, damit alles und jedes vollends gänzlich zu Stand gelange, mithin das noch zu berathſchlagen übrige zu ſeinem Schluß beſtens befördert, das bereits beſchloſſene aber einsweilen, mittelſt auszulaſſender Münz-Verordnungen, und dazu gehöriger Valvations-Tabellen verkündet, auch allenthalben ohne Unterſcheid, und beſonders von denjenigen, die ſich des Münz-regalis bedienen, genaueſt befolget werde".

V) Ab a. 1748. inde

1) ipſi quidam auctores pedis Lipſienſis ab eo receſſerunt, aliamque in primis exterorum cauſſa proportionem auri & argenti introducendam eſſe ſtatuerunt;

2) nouae inde, tum inter ſingulos ſtatus, tum in circulis nonnullis, tum in comitiis imperii, diſceptationes & delibe-

liberationes monetariae exortae, quarum exitum exſpectari adhuc oportet.

Abdruck von einem Schreiben (von C. J. P. Graumann), die Deutſche und anderer Völker Münzverfaſſung, und insonderheit die hochfürſtlich Braunſchweigiſche Münze betreffend. 1749. 4.

Gründliche Prüfung des Schreibens die Teutſche u. a. V. Münzverfaſſung ꝛc. betr. 1750. 4.

Vernünftige Vertheidigung des Schreibens die T. u. a. V. Münzverf. betr., der ſo genannten gründl. Prüfung deſſelben entgegen geſetzt. ꝛc. ꝛc. Berlin 1752. 4.

Unterſuchung der Frage; ob das Silbergeld zu erhöhen ſey? worin die ſo genannte vernünftige Vertheidigung des Schreibens, die T. u. a. V. Münzverfaſſung betr., beantwortet wird. Hannover 1752. 4.

§. 557. Ceterum legibus imperii conuenit, vt nemo ius monetae habeat, niſi qui iuſto titulo id adeptus vel obſeruantia id obtinuit (a), neque aliter illud exerceatur, quam, vti regale caeſareum decet, ad ſalutem totius imperii publicam, nequaquam lucri cauſſa (b), nec admittantur propterea cuiuscumque generis pacta ea mente inita (c).

(a) CAPITVL. (1663. & 1711.) art. 9. §. 7. verbis: " wie auch denenjenigen, ſo ſolches Regal nicht rechtmäßig erhalten, oder ſonſten beſtändig hergebracht, daſſelbe verbieten." ꝛc. ꝛc.

(b) R. I. 1570. §. 132. "Als dann auch die Münzgerechtigkeit keine Mercanzey, ſondern unſer Kayſerlich Regal, ſo die Münzſtände aus unſerm ſondern Vertrauen nicht zu ihrem ſelbſt geſuchten Vortheil, ſondern, wie wir ſelbſt, dem Heil. Reich zu Ehren und Wohlfahrt brauchen ſollen". ꝛc. ꝛc.

(c) R. I. 1551. §. 46. & ORD. MON. 1559. §. 174. R. I. 1570. §. 132. "Daß diejenige, ſo Münzens Freyheit erlangt, ihre Gerechtigkeit keinesweges andern verkaufen, verleyhen, oder ver-

verlegen laſſen; vielweniger mit dem Münzmeiſter wöchentlich oder monathlich den Gewinn theilen, oder ſonſt mit ihnen oder andern deswegen paciſciren oder einig Geding machen, oder daher eignen Nutzen erwarten ſollen". ꝛc. ꝛc. Add. R. I. 1594. §. 103. & CONCLVS. IMPERII 1667. art. 2. §. 5.

§. 558. Immo iis tantum, qui proprias habent metallifodinas, liberum ius monetae leges tribuunt. Ceterum in quovis circulo dumtaxat duo vel tria loca (Münz-Stätte) cudendae monetae deſtinari volunt (a).

(a) R. I. 1570. §. 133.: "Daß nunmehro keinem, ſo Münzgerechtigkeit hat, ſeines Gefallens ſondere Münz-Städte in den Kreyſen anzurichten zu verſtatten, ſondern ſollen die Kreysſtände und Münzherren auf gemeine Kreystäge zuſammen kommen, und, eines jeden Kreyſes Gelegenheit nach, ſich auf drey oder vier Oerter, daſelbſt gemeine Münz-Städte anzuſtellen, vergleichen. - - Doch ſoll denjenigen Ständen, ſo eigne Bergwerke haben, auch ſondere Münzen darneben zu halten, und daſelbſten zu münzen unverboten, ſondern zugelaſſen ſeyn". Cui tamen additum in R. D. 1571. §. 27.: "Daß denen Herren, ſo eigne Bergwerke haben, auf ihren ſonderen Münzen, nur dasjenige Gold oder Silber, ſoviel daſelbſt gewonnen, zu vermünzen unverboten, aber ſonſt alles andere erkaufte oder ſonſt an ſich gebrachte Gold und Silber, ſollen ſie, wie andere Stände, auf den Münzſtädten vermünzen zu laſſen ſchuldig ſeyn". Add. CAPITVL. (1690.) art. 9. §. 2.: "Diejenigen Mittel, ſo im R. A. 1570. wegen der in jedem Kreyſe anzulegenden 3. oder 4. Kreys-Münz-Städte - - und höchſtnöthigen Abſchaffung der Heckenmünzen - - bedacht, in gute Obacht nehmen".

§. 559. Iuſto plures monetas minoris generis qui cudunt, ſingularibus poenis coerceantur (a); & generatim, qui abutuntur iure monetae, ne impunes maneant (b), ſed vel ipſo iure illud amittant (c), leges ſanciunt, & ita quidem, vt immediati non tantum ab Imperatore & circulis ab exercitio iſtius iuris arceantur, nec reſtitui ſine conſenſu comitiali debeant (d), ſed

&

& a voto & ſeſſione in comitiis ſuſpendantur (e); mediati a domino territoriali iſto iure priuentur (f).

(a) Ord. mon. 1559. §. 34.: "Wo kleine Münzen ſich häufen; derſelben Münzherren eine zeitlang weiter zu münzen verbieten". R. I. 1603. §. 56.: - - "gegen Münzmeiſter und Münzgeſellen mit Leibs- und Lebens- auch andern Strafen, nach Geſtalt eines jeden Ueberfahrung zu verfahren".

(b) Capitvl. (1612. 1690.) art. 9. §. 2.: "auch zu dem Ende diejenige Mittel, ſo wegen der 1603. und auf vorigen auch nachfolgenden Reichstägen beliebten Conformität, ſowohl im ganzen Römiſchen Reiche, als auch mit denen benachbarten, und beſonders der dabey denen Kreys-Directoriis aufgetragener Abſtrafung der Contravenienten, durch Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs, in gemein bedacht, in gute Obacht nehmen".

(c) Ord. mon. 1559. §. 175.: "Da jemand dem, wie obgemeldt, in einem oder mehr Puncten zuwider handeln würde; der ſoll - - ſeine Münz-Freyheit oder Gerechtigkeit verlohren und verwürkt haben". Add. R. I. 1570. §. 132.

(d) Capitvl. (1612. 1658.) art. 9. §. 7. 8.: "Auch, wo wir beſtändig befinden, daß diejenige Stände, denen ſolches Regal und Privilegium verliehen, daſſelbe dem Münz-Edict und andern zu deſſen Verbeſſerung erfolgten Reichs-Conſtitutionen zugegen, mißbrauchen, oder durch andere mißbrauchen laſſen, und ſich alſo ihrer Münz-Gerechtigkeit, ohne fernere Erkänntnüß, verluſtig gemacht, ihnen, daſſelbe (Regal) nicht allein verbieten, und durch die Kreyſe wider ſie gebührend verfahren laſſen; Sondern auch einen ſolchen privirten Stand, (add. 1671.: außer einer allgemeinen Reichsverſammlung und der Stände Bewilligung,) nicht reſtituiren".

(e) Capitvl. (1711.) art. 9. §. 9.: "Wie wir dann auch gegen diejenige, ſo obgedachtermaßen das ihnen zukommende Münz-Regale gegen die Reichs-Conſtitutiones mißbrauchet, oder durch andere mißbrauchen laſſen, nebſt der Privation gedachten ihres regalis auch mit der Suſpenſion *a ſeſſione & voto*, (jedoch auf Art und Weiſe, wie in dem erſten Articul dieſer Capitulation enthalten) verfahren, und ſolchen ſuſpendirenden Stand gleichfalls anders nicht,

nicht, als auf einem gemeinen Reichstag, nach gegebener Satisfaction, reſtituiren laſſen ſollen und wollen".

(f) CAPITVL. (1658.) art. 9. §. 10.: "Wofern ſich aber dergleichen bey Mediat-Ständen, und andern, ſo dem Reiche immediate nicht, ſondern Fürſten und andern Reichsſtänden unterworfen, begäbe, alsdann ſoll durch Dero Landsfürſten und Herren wider ſie, wie ſichs gebühret, verfahren, und ſolche Münz-Gerechtigkeit ihnen gänzlich geleget, caſſirt, und ferner nicht ertheilet werden".

§. 560. Nec exterorum monetae maiore, quam in imperio recepto, valore recipiantur, leges cauent (a).

(a) CAPITVL. (1742.) art. 9. §. 5.: - - "beſonders überhaupt darauf halten, daß nach Maaßgab der ältern und jüngern Reichs-Münz-Ordnungen ausländiſche Münz-Sorten in keinem höhern Werthe, als nach dem Reichs-Satzungs-mäſſigen Schrot und Korn, in den Reichs-Landen und im Handels-Laufe geduldet werden". Add. ORD. MON. 1559. §. 50. ſq. & §. 145. ſq. R. I. 1566. §. 171. ſq., R. I. 1570. §. 142., R. D. 1571. §. 35.

§. 561. Quae omnia vt rite queant obſeruari, quotannis ſemel vel bis in quouis circulo inſtitui ſingulares probandae monetae conuentus (Münz-Probier-Täge) (a), & vel plures ea de re correſpondere circulos (b), leges iubent; quales in nonnullis quoque circulis obſeruantur, in reliquis inſtaurari promiſſum (c).

(a) ORD. MON. 1559. §. 157.: "ſoll in jedem Kreyſe durch die Münzgenoſſen verordnet werden, daß alle und jedes Jahr beſonder zweymahl gemeine Probations-Täge und Rechtfertigung der gemeinen Reichsmünzen gehalten werden; - - wenigſtens ein Probations-Tag jährlich. Add. Münzprobir-Ordnung 1559. in SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* p. 248. ſq. & R. I. 1570. §. 137. ſq.

(b) R. I. 1571. §. 28. 29.: "Daß der Chur-Rheiniſche, auch Rheiniſche und Weſtphäliſche Kreys (doch darneben mit dem Weſt-

phäliſchen

phäliſchen Kreyſe ſeine alte Correſpondenz zu continuiren, vorbehalten,) und dann der Fränkiſche, Bayriſche und Schwäbiſche, ſamt dem Oeſterreichiſchen Kreyſe, mit einander gute nachbarliche Correſpondenz zu Handhabung durchgehender Gleichheit bey der Münz-Ordnung zu halten ſchuldig ſeyn ſollen; nehmlich dergeſtalt, entweder alle Jahr einen gemeinen Probationstag ſämtlich zu halten, oder aber doch ſonſten (wie ſie ſich derhalben ihrer beſten Gelegenheit nach zu vereinbaren) mit Zuſchreiben und Bericht, was auf eines jeden ſondern Probation-Tag den Münz-Verordnungen zuwider, in einem oder mehr Weg fürgangen befunden, was dagegen bedacht, tractirt, verabſchiedet, oder weiters zu thun ſeyn mögte".

(c) Capitvl. (1742.) art. 9. §. 5.: "Inmaſſen wir auch dann nachdrücklichſt darob ſeyn wollen, daß die Münz-Probations-Täge bey denenjenigen Kreyſen, wo ſelbige zeithero ins ſtecken gerathen, wieder in Gang gebracht und ordentlich gehalten werden mögen".

§. 562. Nouas cudendae monetae conceſſiones Imperatori nec immediatis (a) nec mediatis (b) dare amplius licet, niſi conſenſu electorali adhibito & audito prius circulo, cuius intereſt.

(a) Capitvl. (1562.) art. 9. §. 6.: "Wir ſ. u. w. auch hinfüro ohne Vorwiſſen (add. 1658. und abſonderliche Einwilligung) der Churfürſten, (add. 1671. & 1711.: und Vernehmung, auch billige Beobachtung desjenigen Kreyſes Bedenken, darinnen der neue Münzſtand geſeſſen,) niemand, wes Standes oder Weſens der ſeye, mit Münz-Freyheiten oder Münz-Städten begaben und begnadigen".

(b) Capitvl. (1612.) art. 9. §. 11.: "Maßen dann wir auch denen (geringern, loco cuius poſitum 1654.:) mittelbaren Ständen mit dergleichen und andern höheren Privilegien ohne Miteinwilligung der Churfürſten (add. 1671. & 1711.: und Vernehmung, auch billiger Beobachtung ſelbigen Kreyſes Bedenkens, als obgedacht, und der Mitintereſſirten,) vielweniger zu derſelben Abbruch nicht willfahren wollen".

## III. DE RELIQVIS REGALIBVS EX IVRE SVPREMAE INSPECTIONIS ET POLITIAE.

§. 563. Reliqua iura maieſtatica, quae iure ſupremae inſpectionis & politiae exercentur, hodierno Germaniae iure publico; non tam Imperatoris, quam ſingulorum ſtatuum in ſuo cuiusque territorio ſunt. Qui quidem pleraque ea ex iure publico vniuerſali exercent, niſi qua lege fundamentali ſpeciali ſint circumſcripta.

§. 564. Sic cuique in ſuo territorio eſt ius ſtatuendi, quae conducunt ad promouendam felicitatem totius ciuitatis, ad augendum numerum ciuium, ad augenda ſingulorum bona animae & corporis, ad promouenda ſtudia, commercia cet., prohibendi & auertendi, quae impediunt ea ſingula.

§. 565. Vnicuique igitur domino territoriali, quae ex iure publico vniuerſali ſummo imperanti, eſt inſpectio in academias, ſcholas, orphanotrophaea, ptochotrophia, ergaſtula, aliaque talia inſtituta, ſocietates, corpora, collegia, item in typographea, pharmacopolia, molendina, piſtrinas, coquinas cereuiſiarias, nundinas, vias, ligna, foreſta cet.

§. 566. Circa omnia haec & quaecumque eius generis alia dominus quisque territorialis poteſt leges ferre & priuilegia dare, inſtituta publica erigere, vel auctoritate publica munire, praemia & poenas ſtatuere, atque iuribus fiſci vti.

§. 567. Cuncta haec cuique domino territoriali licent, quatenus ad ſalutem publicam ciuitatis, cui praeeſt, tendunt, nec

nec generatim iuri publico vniuerſali aduerſantur, & quatenus in ſpecie nec leges fundamentales ſpeciales obſtant, neque nexus imperii negligitur pro ea, qua quisque ſuprema erga Imperatorem & imperium ſubordinatione, vel obligatione erga conciues adſtringitur.

§. 568. Imperatori proinde modo ſuprema omnium inſpectio manet, quatenus vel ſuprema iudiciaria poteſtate cognoſcit, quando aut appellatur a iudiciaria magiſtratuum territorialium cognitione, aut agitur contra dominum territorialem in exercitio ſuperioritatis circa has res excedentem; vel ipſe ſupremam illam inſpectionem iuraque politiae immediate exercet, vbi ſpeciatim ea legibus vel obſeruantia Imperatori conſeruata ſunt, potiſſimum quando ex natura rei intra fines vnius territorii haud ſubſiſtentis vel aliis ex rationibus id commode fieri aliter nequit, veluti ſupremam rei librariae inſpectionem, priuilegia academiarum, nundinarum maiorum, cet. (§. 326.).

## CAP. VII.
## DE IVRIBVS MAIESTATICIS CIRCA SVCCESSIONEM ALIAQVE PRIVATA CIVIVM IVRA.

§. 569. Supremae inſpectionis & politiae iure ſummus imperans etiam ſucceſſionem aliaque priuata ciuium iura, quatenus ſaluti publicae conuenit, dirigere legibus, &, quatenus ius tertii quaeſitum haud violatur, priuilegiis poteſt; vti etiam

 cuique

cuique domino territoriali id ius in ſuo territorio eſt ratione ciuium Germaniae mediatorum. Sed immediatorum hac in re permulta ſingularia ſunt iura, quae in iure publico noſtro eo minus omitti queunt, quum non tantum de iuribus Imperatoris circa ea ſit quaeſtio, ſed & de iuribus hic agatur ciuium, qui ſimul ſtatus imperii & imperantes ſunt.

## I. DE IVRIBVS IMPERATORIS ET STATVVM CIRCA SVCCESSIONEM IN HORVM FAMILIIS.

§. 570. Inter eos Germaniae ciues, qui hodie ſub illuſtrium & nobilium nomine comprehenduntur (§. 45. ſq.), a priſcis inde temporibus pro ſtatu reipublicae militaris antiquo, hocce *ſucceſſionis principium* obſeruatum fuit: vt *bona* potiſſimum *a maribus poſſiderentur*, ad praeſtanda ſeruitia militaria idoneis, & vt bona ſemel *familiae* cuidam adquiſita, ſemper *integra* eidem *manerent*.

§. 571. Ex hoc principio libera diſpoſitione tantum in iis quisque bonis vtitur, quae ipſe adquiſiuit. Quamprimum autem *primus* ille *adquirens* ea bona in poſteros ſuos transmittit, toti familiae remanere debent; Nec quisquam poſterorum in talibus BONIS AVITIS ſeu iure hereditario a maioribus in ſe deuolutis liberam diſponendi facultatem habet, aut detrimento familiae quidquam ſtatuere poteſt.

§. 572. Hinc colligitur aliud Germanicae ſucceſſionis principium: *in bonis auitis non ex beneficio* vltimi poſſeſſoris, ſeu *vltimi defuncti*, quippe qui nec dare nec adimere poteſt.

poteſt hereditatem a maioribus traditam, *ſed ex pacto & prouidentia maiorum*, id eſt, ex iure, quod a primo adquirente immediate ad omnes eius poſteros ſecundum ordinem agnationis tranſit, ſuccedi; hinc *nec facta defuncti* iure Germanico ſemper *praeſtare* debere heredem.

§. 573. Omnis autem ſucceſſio in bonis ex priſtino illo Germaniae ſtatu regulariter tantum de maſculis intelligitur. *Feminae*, ſeruitiis militaribus inidoneae, donec nubant, ex bonis auitis tantum alimenta; nubentes quum ex familia exeant, adparatum & inſtructum petere poſſunt; vxores a marito alendae, viduae ex bonis mariti vidualiſio inſtruendae ſunt. Solum eorum, quae non pertinent ad bona auita, veluti noviter adquiſitorum, in primis mobilium, participes fieri poſſunt. In bonis auitis, demum exſtinctis a primo eorum adquirente oriundis maribus ſuccedunt, vel ſpem ſuccedendi poſteris ſuis relinquunt.

§. 574. Turbari nonnihil haec iura ſucceſſionis Germanica inuecto in Germaniam iure peregrino coeperunt. Plerisque opus viſum, pactis aliisue diſpoſitionibus ſpecialibus, iisque ad normam iuris nunc communis dicti conditis, ſibi proſpicere de eo, quod ante ipſo iure & ex more priſtino ſeruabatur. Hinc orta in primis FIDEICOMMISSA FAMILIAE, ſiue ſtatuta familiarum, quibus cautum, vt principia iuris Germanici in ſucceſſione bonorum in iis comprehenſorum obſeruentur, atque RENVNCIATIONES ſucceſſionis in bona auita vsque ad exitum ſtirpis maſculinae a filiabus nunc expreſſe & vel iurato praeſtandae.

§. 575. Quae quum ita ſint, iura Germanicae ſucceſſionis priſtina non omnino amplius adplicari poſſunt, niſi quatenus vel expreſſis iſtiusmodi ſanctionibus, vel obſeruantia familiae conſeruata ſunt.

§. 576. Sed & alia ex ratione *ſtatuta familiarum* circa ſucceſſionem vtilitatem praebuerunt inſignem, vt ordo ſuccedendi certus in quauis familia definiretur.

§. 577. Ordo nempe ſuccedendi diſtinguendus eſt a iure ſuccedendi. *Hoc* omnibus primi adquirentis poſteris eſt, neque ab vllo eorum, reliquorum detrimento, *in extraneos* transferri, nec adeo quocumque modo bonum auitum *extra familiam* alienari poteſt. *Ordo* omnium idem eſſe nequit. Nec vel ex natura bonorum auitorum, vel ex obſeruantia Germanica, quidquam impedit, quo minus ſuos quisque poſteros poſſit ſtringere, quam diu tantum de ordine ſuccedendi *in ipſa familia* ſiue inter poſteros primi adquirentis obſeruando agitur.

§. 578. Iam quod *generatim* ad obſeruantiam circa *ordinem ſuccedendi illuſtrium & nobilium* attinet; feuda quidem regalia, ducatus, comitatus, cet., tamquam officia originetenus ſua natura erant indiuidua. Allodia autem omnino inter pares gradu diuidebantur. Inque iis adeo ſuccedendi ordo conueniebat eatenus cum ſucceſſione iuris communis ſecundum gradus. Et vel idem ordo etiam in feudis eo frequentius ſenſim introductus, quo magis ea hereditatis iure tractari coeperunt.

§. 579.

§. 579. Demum A. B. cap. 7. inſtaurauit indiuiduitatem electoratuum & primogeniturae ordinem in ſucceſſione terrarum electoralium obſeruandum. Verum nec vltra terras electorales in familiis electorum, nec in aliis familiis illuſtribus ille ordo inde obſeruatus fuit; ſed vel diuiſiones porro factae, vel alternatione ſiue communione definitae ſucceſſiones plurium, donec a ſeculo XV. & XVI. inde ſingulae pleraeque familiae electorum ac principum ordinem illum primogeniturae ſtatutis ſuis adoptarent. Ex quo vel noua lege proſpectum iterum primogeniturae electorali fuit (a).

(a) CAPITVL. (1690. ex mon. Sax.) art. 1. §. 2.: - - " inſonderheit auch die weltliche Churhäuſer bey ihrem Primogenitur-Rechte, ohne daſſelbe (omiſſ. 1711.: wider die Gebühr) reſtringiren zu laſſen, beſage der G. B., ſonderlich des 13. Titels - - laſſen".

§. 580. Sic itaque potiſſimum & principaliter duplex ſuccedendi ordo in familiis illuſtribus obſeruatur, *vel* diuiſio, *vel* primogenitura.

§. 581. Vbi DIVISIO obtinet, ibi ſecundum gradus & ex ordine iuris communis ſucceditur, & quidem, quoties plures eiusdem gradus vel iure repraeſentationis concurrunt, in capita vel in ſtirpes.

§. 582. Diuiſio, inter plures eodem iure praeditos ſiue aequalis ſiue inaequalis fiat, parentis iura immedietatis & ſuperioritatis territorialis aequali iure in diuidentes deuoluit.

§. 583. Diuidentium poſteri in bonis diuiſis iura in poſterum ſuccedendi reciproca retinent, ita modo, vt in ſingula linea

linea prius, quiqui ad eam pertinent, ſibi inuicem ſuccedant, & poſthaec demum exſtincta plane vna ſtirpe ſuccedat altera. In bonis poſt diuiſionem adquiſitis ius hoc reciprocum inter diuidentium poſteros ceſſat, quippe proprium dumtaxat cuiusque primi adquirentis poſteris.

§. 584. Vbi IVS PRIMOGENITVRAE viget; ibi ſucceſſio cum omnibus familiae iuribus in linea primogenita a primogenito quoque ad eius primogenitum, quamdiu illa linea durat, excluſis reliquis; exſtincta demum linea primogenita ad ſecundo genitam eiusque primogenitos, & ſic porro deuoluitur. Quae SVCCESSIO, maxime diuerſa a graduali, LINEALIS vocatur.

§. 585. In hac ſucceſſione ſolus ſemper primogenitus bona auita poſſidet, ſolus dominus territorialis regens eſt (regierender Landsherr). Poſtgenitis tantum, vt viuere poſſint, nec dedecus familiae inferant, praeſtare debet, quod vocant, DEPVTATVM, Abfindung, & peregrino nomine APANAGIVM; ipſique poſtgeniti inde vocantur abgefundene, apanagirte Herren.

§. 586. Deputatum illud vel in terris praediisue, vel in certa pecuniae ſumma, vel, quod ordinarium eſt, in reditibus annuis conſiſtere poteſt; definiendum quauis primogeniturae lege.

§. 587. Primo caſu ratione rei in territorio ſitae poſtgenitus fieri ſubditus primogeniti poteſt; nec generatim vmquam particeps ſuperioritatis territorialis eſt, nec aliorum familiae vniuerſae iurium. Sed ceterum tamen immedietate perſonali, iuri-

iuribusque ex ea fluentibus, veluti Auſtraegarum, non deſtituitur.

§. 588. *Paragii* & *apanagii* diſtinctio, reuera peregrina, Germaniae haud quadrat. Neque diſtinctio apanagii proprii & improprii alio, quam nouae quorumdam ICtorum ſententiae, fundamento nititur.

§. 589. Alii dantur modi ſuccedendi, vbi vel plures admitti poſſunt in COMMVNIONE ſeu ALTERNANDO per certum temporis ſpatium, vel vnicus tantum ſucceſſor ſtatuitur ex praerogatiua aetatis in genere, qui ſenior totius familiae ſeu maior natu eſt, vnde SENIORATVS ſeu MAIORATVS hic modus vocatur.

§. 590. Vtrumque hoc genus ſucceſſionis, olim frequentius in familiis illuſtribus adhibitum, ob varias difficultates, quibus inuolutum eſt, hodie rarius occurrit; niſi ſecundario tantum ita forte, vt principaliter ſtatuatur diuiſio vel primogenitura, & certa tantummodo bona aut iura, diuiſu forte difficiliora, communioni eiusmodi ſeu alternationi vel maioratui aut ſenioratui relinquantur.

§. 591. Omnia haec, nec lege nec obſeruantia Germaniae vniuerſali definita, ex cuiusque familiae vel ſtatutis vel obſeruantia aeſtimanda ſunt.

§. 592. *Statuta* eiusmodi condi potuerunt, & adhuc poſſunt, a quouis familiae capite vel a pluribus agnatis, in vim obligandi ſuos poſteros; & eatenus quoque immutari ſtatuta priſtina, nouusque ſuccedendi ordo introduci potuit & adhuc poteſt.

§. 593. Nec vel ex lege, vel ex obſeruantia, vel ex iure publico vniuerſali contendi poteſt neceſſitas adhibendi conſenſus ſeu confirmationis petendae ab Imperatore qua ſummo imperante ſummoque iudice; licet omnino comius & conſultius, alioque ex fundamento, veluti ex ſuprema poteſtate feudali, aliquando & fas ſit, illud fieri.

§. 594. Tum fieri autem tum diiudicari oportet talia familiae ſtatuta ſecundum ea iura, quorum inſtituta ſequuntur; ſecundum domeſtica itaque iura, quatenus inſtituta patria, ſecundum peregrina, quatenus horum placita continent; alio proinde nonnumquam, quod ad rem attinet, alio, quod ad formam, iure; numquam admittenda mixtura diuerſorum iurium (§. 120.).

§. 595. Deficiente familiae lege expreſſa, *obſeruantia* quidem eius loco eſt. Sed rite eam probari oportet, vt ordinem hunc ſuccedendi perpetuum placuiſſe familiae conſtet.

§. 596. Quando nec lex familiae adeſt, nec obſeruantia probari poteſt; ordo ſuccedendi ex iure communi aeſtimatur, in primis quum & priſtinus mos Germaniae cum eo conueniat (§. 578.). Saltem primogenitura, niſi ſpeciatim introducta probetur, ſtatui non poteſt.

§. 597. Sin lex familiae generatim ordinem ſuccedendi definit, dubiumque tantum in ſingulari quodam argumento exoritur; non tam indiſtincte ad ius commune refugiendum, niſi qua ipſa iſta lex inſtituta tantum iuris communis contineat, ſed, ſi de inſtitutis patriis agitur, veluti de praerogatiua maſculorum, de primogenitura cet., potius analogia ex reliqua Ger-

Germaniae obſeruantia, ſiue ex concentu reliquarum eiusmodi familiae legum, inueſtiganda eſt.

§. 598. Legibus familiae, qualiscumque ſuccedendi ordo ſtatuatur, ordinarie ſeries poſterorum maſculorum principaliter intelligitur. Isque ordo, excluſis filiabus eorumque poſteris, tam diu continuatur, quam diu maſculi ab eodem primo adquirente deſcendentes adſunt.

§. 599. Si ſeries maſculorum vnius modo ſtirpis deficit; bona totius familiae, praeteritis iterum illius ſtirpis feminis femineisque deſcendentibus, ad alteram ſtirpem transeunt, exceptis modo iis, quae non a capite totius familiae, ſed huius tantum ſtirpis proficiſcuntur, quae tunc ſeparanda a bonis totius familiae, eodem fere modo, vti generatim ſeparatio feudi ab allodio in caſibus eiusmodi inſtituenda.

§. 600. Sin totius familiae maſculi exſtincti; demum in bonis familiae aperitur ſucceſſio feminis, & dubium quidem, vtrum vltimo defuncto proximae, an aliis quoque, quae in hunc modo caſum renunciauerant, earumque poſteris? ſed illud tamen analogiae conuenientius videtur. An idem deinde ſuccedendi ordo inter poſteros femineos, qui ante inter maſculos, obſeruandus ſit, aliter fere, quam ex legibus familiae diiudicari nequit.

§. 601. Quodſi vniuerſa quaedam familia ita exſtinguitur, vt nemo plane praeter poſſeſſorem a primo adquirente oriundus adſit; tunc, ſi vltimus iſte poſſeſſor prole deſtituitur, in vltimum huncce gentis ſuae omnia totius familiae iura redeunt, isque igitur, dum nullis primi adquirentis poſteris damnum

 fert,

fert, nec aliis ius quaeſitum eſt, libere de bonis auitis ſtatuere poteſt.

§. 602. Poſſunt tamen etiam hunc in euentum ſibi proſpicere duarum pluriumue familiarum primi adquirentes agnatiue, dum mutuam vnius familiae in alterius plane exſtinctae bona & iura ſibi inuicem ſucceſſionem ſtipulantur pactis confraternitatum (§. 182.). Quibus confirmationem Imperatores capitulationibus promittunt (a), quorumque ea eſt efficacitas, vt, ſi qua olim talis familia plane exſtinguatur, alteri familiae ſuperſtiti ſit ius quaeſitum ſuccedendi, quod ideo nec vltimus gentis ſuae diminuere poteſt.

(a) Capitvl. (1658.) art. 1. §. 9.: "S. u. w. auch Churfürſten F. u. Ständen, die vor dieſem unter ihnen, den Reichs-conſtitutionibus gemäß, gemachte vniones, zuförderſt aber die unter Churf. F. u. Ständen aufgerichtete Erbverbrüderungen = = confirmiren".

## II. De ivribvs Imperatoris et Statvvm circa diversos ordines personarvm, item circa honores et dignitates et qvae inde pendent.

§. 603. Tum in ſucceſſione, tum in reliquis priuatis ſtatuum ciuiumque Germaniae iuribus, diſcriminis, quod inter diuerſos perſonarum ordines intercedit, tanta ratio habenda eſt, vt ſingularem diſquiſitionem mereatur, quae circa illud ſint Imperatoris ſtatuumque iura.

§. 604. Ex quo diſtincti in Germania ordines perſonarum fuerunt, nobiles, ingenui, ſerui (§. 30.), vel deinde illuſtres,

luſtres, nobiles, ciuici & ruſtici (§. 48.); adeo ii omnes a ſe inuicem ſegregati fuerunt, vt nullo modo eos vmquam confundi, maximopere caueretur.

§. 605. Primum ſuis quisque ordo iuribus ſingularibus alter alteri praeeminuit; veluti illuſtres & nobiles praeſertim prae reliquis iure militiae, feudorum, miniſteriorum aulicorum, torneamentorum ſeu ludorum equeſtrium, dignitatum eccleſiaſticarum, inſignium gentilitiorum, ſigillorum, denominationum ac titulorum, cet.; illuſtres iterum prae nobilibus, ſeu nobilitas ſuperior prae inferiore, gradu ſingulorum iſtorum iurium eminentiore, veluti feudorum maiorum & regalium, miniſteriorum regni, inſignium pluribus clypeis, galeis & kleinodiis ornatorum, cet.; quum contra ciuici & ruſtici potiſſimum viuendi more, illi mercatura & opificiis, hi agricultura operisque & cenſu praeſtandis, diſtinguerentur, amboque deſtituerentur ſingulis illis nobilium praerogatiuis.

§. 606. Deinde perſonae cuique ordini nullae aliae adnumeratae, quam iure natiuitatis, & eae quidem, quarum parentes & maiores vtriusque ſexus haud inferioris ordinis fuiſſe conſtaret. Quapropter & matrimonia haud aliter legitima iniri fas erat, quam inter perſonas eiusdem ordinis; & ex inaequali matrimonio natos ſequi ſequiorem parentem, & carere ſucceſſione bonorum auitorum aliisque familiae iuribus oportebat.

§. 607. Tandem quaeſtio exorta: vti ex iure publico vniuerſali ſummus imperans fons omnium in republica dignitatum, nonne Imperator priuilegiis conferre iura ordinis ſuperioris

rioris, adeoque ſupplere defectum natiuitatis poſſet? Quod quidem ad effectum honoris ſignorumque eius externorum per obſeruantiam iam ab aliquot ſeculis inde ceſſit Imperatori; ad effectus reales autem, veluti in primis ad conſequenda ſucceſſionis aliaque familiae vel ſtatuum iura haud admiſſum, ſed vel legibus potius diſerte circumſcriptum fuit.

§. 608. Eſt itaque adhuc hodie *Imperator* ſupremus in vniuerſa Germania *fons dignitatum.* Indeque fluentia regalia non tantum ſine conſenſu comitiali tamquam *reſeruata* exercet. Sed quantumuis quoque ceterum euecta fuerit *ſuperioritas* ſtatuum *territorialis*; tamen hi non alias, quam officialium, quos conſtituendi poteſtatem habent, dignitates ac titulos concedere poſſunt. Dignitatum, quae vel officiorum ab Imperatore pendentium ſpeciem habent, vel peculiarem perſonarum ordinem conſtituunt, quaeque per Germaniam & vel per Europam vniuerſam valent, ſolus & vnicus in Germania fons Imperator eſt.

§. 609. Hoc iure Imperator non tantum conſiliarios varii generis nominat (a), ſed in primis quoque confert dignitates ordinum perſonarum, in ſpecie ſic dictorum, quod vocant, Standes=Erhöhungen; dum cui tribuit vel nobilitatem modo inferiorem, vel ſuperiorem, huiusque iterum vel gradum ſimplicem dynaſtarum ſiue liberorum dominorum baronumve, vel characterem comitis, vel ordinem principum.

(a) CAPITVL. (1658.) art. 22. §. 7. :-- "Kayſerliche Raths-Titel (add. 1742. von allen Gattungen")."

§. 610.

§. 610. Singulis dignitatum ſuperioris ordinis collationibus ſolet iungi conceſſio certorum *titulorum* & *inſignium*, aliarumque ſubinde praerogatiuarum, veluti iuris *cera rubra vtendi*, cet. Quae ceterum quoque ſingularibus priuilegiis fieri poteſt.

§. 611. Nec ceterum iidem ſemper *gradus* in conferendis iſtis dignitatibus obſeruantur, quum vel praeteritis ſaepe gradibus intermediis, veluti ignobili nobilitas ſuperior, nobili dignitas comitis principisue conferatur. Variaeque etiam *conditiones* vel *modi* nonnumquam adiiciuntur, veluti vt primogenitus tantum, vel ſenior collata dignitate vtatur, reliq.

§. 612. Olim non facile dignitas alicui ſuperior conceſſa, niſi euecto ſimul *territorio* ad eumdem gradum illi conuenientem, veluti comitatu ſeu marchionatu in ducatum, cet. Serius coeperunt Imperatores ſoli perſonae ſuperiorem tribuere dignitatem. Tandem ordinarie tantum ſoli perſonae ſuperior dignitas concedi intellecta. Nunc, vt territorium euehatur, ſpeciali priuilegio opus eſt. Quod quidem fieri adhuc poteſt, vt comitatus in principatum, dynaſtiae in comitatum euehantur; ſed pluribus haec Imperatoris poteſtas eſt circumſcripta limitibus.

§. 613. Qualemcumque dignitatem Imperator ſiue *proprio motu*, ſiue *rogatus* confert. Hoc caſu libello ſupplice aditur, qui vel *procancellario imperii* exhibetur, & ab hoc immediate Imperatori proponitur, atque ad reſolutionem promouetur, vel *conſilio imperiali aulico* aut remittitur ab Impera-

peratore, aut immediate a petente exhibetur, & ab illo per votum ad Imperatorem refertur.

§. 614. Decreta ab Imperatore dignitatis collatio ſub poena nullitatis haud in alia, quam imperii cancellaria *expediri* debet (a), agnoſcenda nihilominus in omnibus reliquis cancellariis (b). Soluendae autem illi ſunt taxae, eaeque non facile, nec aliter, quam a Moguntino, moderandae (c); & ſoluendae quidem intra terminum trium menſium ſub poena iterum nullitatis (d), adeo vt vel fiſcalis imperii alias agere iubeatur contra eos, qui dignitatibus haud legitime adquiſitis vtuntur (e).

(a) CAPITVL. (1636. 1654. 1658.) art. 22. §. 7. 8.: "Daß alle Expeditionen = = inſonderheit diplomata über den Fürſten= Grafen- und Herren-Stand, auch Nobilitationen - - und Kayſerl. Raths-Titel (add. 1742. von allen Gattungen) - - bey keiner andern, als des Reichs Canzley, wie ſolches von Alters herkommen, auch Unſerer und des Reichs Hoheit gemäß iſt, geſchehen ſollen; wie dann in Kraft dieſes diejenige Diplomata, ſo bey einer andern, als des Reichs Canzley unter Kayſerlichen Titel und Namen zeit währender Unſerer Kayſerlichen Regierung expedirt werden, hiemit null und nichtig ſeyn, und die Impetranten, ehe und bevor ſie aus der Reichs-Canzley gegen gebührende Tax-Erlegung confirmirt und legitimirt, dafür im Reich nicht geachtet, noch ihnen das Prädicat oder Titul gegeben werden ſolle".

(b) CAPITVL. (1653. & ex mon. Mogunt. 1658.) art. 22. §. 9.: "Was aber für Gnadenbriefe, Standes-Erhöhungen und andere Privilegien in Unſerer Reichs-Canzley ausgefertiget, und von daraus andern Unſern Canzleyen intimiret werden; dieſelben ſollen hiemit ſchuldig ſeyn, gedachte intimationes nicht allein ohne allen Entgeld, oder Abforderung einer neuen Tax, oder Canzley-iurium, wie die Namen haben mögen, anzunehmen, ſondern auch denen Impetranten, dem erhaltenen Stande und Priuilegio gemäß, das verwilligte Prädicat und Titel in denen expeditionibus daſelbſten ohnweigerlich zu geben, und bey Vermeidung der darin geſetzter Poen nicht zu entziehen".

(c) CA-

(c) Capitvl. (1658. ex mon. Mogunt.) art. 22. §. 10.: "S. u. w. wir neben dem Churfürſten zu Maynz als Erzcanzlern daran ſeyn und darauf halten, daß von ihme, der allein, als des Reichs Erzcanzler, Nachlaß und Moderation zu thun, berechtiget iſt, an denen üblichen Reichs-Canzley-iuribus und Taxen von obgedachten Kayſerlichen Conceßionen oder Privilegien, Standes-Erhöhungen und andern Gnaden, nichts mehr nachgelaſſen und moderirt werde".

(d) Capitvl. (1658. ex mon. Mogunt., & 1663.) art. 22. §. 11. 12.: "Wir ſ. u. w. auch, daß denen, ſo von Uns dergleichen Begnadigungen inskünftige erlangen, und innerhalb 3. Monath Zeit hernach darüber ihre diplomata bey der Reichs-Canzley nicht redimiren und erheben, ſich der verwilligter Gnaden und Conceßionen zu rühmen oder ſich würklich zu gebrauchen, keinesweges zugegeben oder verſtattet werden; ſondern die Kayſerliche Begnadigungen ſollen ſolchen Falls nach erwehntem Termin ipſo facto hinwieder gefallen, caſſirt und aufgehoben = = = ſeyn".

(e) Capitvl. (1658. ex mon. Mogunt. & 1663.) art. 22. §. 12. - - und unſere Kayſerliche Reichs-Fiſcalen wider alle, welche dergeſtalt unbefugter Weiſe ſolcher Standes-Erhöhungen, Nobilitationen, Raths-Titeln, oder Namens- auch Wappens-Verleyhungen, und dergleichen ſich anrühmen, zu verfahren, und (add. 1711.: nach vorgängiger der Sachen Unterſuchung) dieſelben nach Geſtalt des Verbrechens und der Perſonen zu behöriger Strafe zu bringen, ſchuldig und gehalten ſeyn". Add. 1742. §. 13.: welches dann auch zumalen gegen diejenigen ſtatt haben, und ohne weitern Anſtand vollzogen werden ſolle, die entweder dergleichen Begnadigungen von Unſern Vorfahren am Reiche erhalten zu haben fälſchlich vorgeben, und deren ſich anmaßen, oder ſelbe zwar erhalten, aber bey der Reichs-Canzley bis daher nicht ausgelöſet haben, noch in Sechs Monathen von nun an würklich auslöſen".

§. 615. In conferendis nobilitatis ſuperioris dignitatibus modo circumſcripta eſt Imperatoris poteſtas, partim generatim ne aliis quam dignis meritisque eas tribuat (a), nec inſolitis

iuſtoque maioribus titulis vel inſignibus eas inſtruat (b), partim ne ſpecialibus ſtatuum iuribus quaeſitis detrimentum fiat.

(a) CAPITVL. (1636.) art. 22. §. 1.: "Bey Collation Fürſtlicher und Gräflicher, auch anderer Dignitäten, ſollen und wollen Wir Zeit Unſerer Königlichen und Kayſerlichen Regierung dahin ſehen, damit ins künftig auf allen Fall dieſelbe allein denen von Uns ertheilt werden, die es vor andern wohl meritiret, im Reich geſeſſen, und die Mittel haben, den affectirten Stand pro dignitate auszuführen".

(b) CAPITVL. (1658.) art. 22. §. 3.: "auch keinen (add. in perpet. & 1711. derſelben, nempe der neu erhöheten Fürſten, Grafen und Herren) wer der auch ſey, zum Präjudiz oder Schmälerung einigen alten Hauſes oder Geſchlechts, deſſelben Dignität, Stands und üblichen Tituls, mit neuen Prädicaten, höhern Tituln oder Wappen-Briefen begaben".

§. 616. Speciatim ſic proſpiciunt leges *iuri territoriali*, quod ante fuit in perſonas & bona eorum, qui ſuperiorem eiusmodi dignitatis collationem obtinent, ne detrimento ei ſit (a).

(a) CAPITVL. (1658. ex mon. Treuir. ad deſiderium Paderborn.) art. 22. §. 5.: "So ſollen auch des ein oder andern unter Churfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs geſeſſenen und begüterten dergleichen höhere Standes-Erhöhungen dem iuri territoriali nicht nachtheilig ſeyn, und (add. 1742. derſelbe ſowohl, als) die ihme zugehörige, und in ſolchen Landen gelegene Güter einen als den andern Weeg, unter voriger Landesfürſtlicher Jurisdiction verbleiben".

§. 617. *Iuribus familiae* iam dudum obſeruantia & per analogiam iuris publici proſpectum fuerat, vt concedere quidem poſſet Imperator tum feminae inferioris ordinis marito illuſtri nuptae, tum liberis ex tali matrimonio procreatis ſuperiorem & vel ipſam mariti patriſue dignitatem, ſed iura ſucces-

ſionis

ſionis iſtiusmodi liberis tribuere, inuitis agnatis, non poſſet. Noſtri aeui leges expreſſe & clarius cauent, vt liberis ex matrimonio notorie inaequali progenitis ne honores quidem paterni, multo minus iura ſucceſſionis, ſine agnatorum conſenſu, impertiantur, nullaque ea, vbi iam facta fuerint, cenſeantur (a).

(a) CAPITVL. (1742.) art. 22. §. 4.: "Noch auch denen aus unſtreitig notoriſcher Misheyrath erzeugten Kindern eines Stands des Reichs, oder aus ſolchem Hauſe entſproſſenen Herrns, zu Verkleinerung des Hauſes, die våterliche Tituln, Ehren und Wůrden beylegen; vielweniger dieſelben zum Nachtheil derer wahren Erbfolger, und ohne deren beſondern Einwilligung, vor ebenbůrtig und Succeßions=fåhig erklåren; auch wo dergleichen vorhin bereits geſchehen, ſolches fůr null und nichtig anſehen und achten".

I. Supponitur autem in hac lege matrimonium notorie inaequale. Qua de re, an e. g. inter maritum nobilitatis ſuperioris & vxorem nobilitatis inferioris matrimonium inaequale ſit, dubitatio noniore aetate ſuborta fuit. Vnde Imperatorem, curare, vt definiatur illud, rogarunt electores (a).

(a) Churfůrſtlich Collegial=Schreiben d. 14. Febr. 1742. ad capitul. art. 22. §. 4. die Misheyrathen betreffend ; . . "ſo nöthig will ſeyn, wegen eines eigentlichen regulatiui derer dafůr zu haltenden etwa noch zweifelhaftig ſcheinenden Misheyrathen die nåhere Abmaaß grůndlich erſtmöglichſt zu Stande zu bringen; Wannenhero . . . darůber ein forderſamſtes Reichsgutachten zu erfordern, und dieſe Nothwendigkeit zu einem allgemeinen Reichsſchluß zu befördern".

II. Alia dantur inaequalia illuſtrium MATRIMONIA, quae vocant, AD MORGANATICAM, quae, ad parcendum oneribus maritam viduamue & liberos pro dignitate familiae alendi, expreſſa hac lege & ea mente ineuntur, vt non alia, quam pacto definita, iura viduae & liberorum inde prodeant. Quod genus coniugia reuera plus fauoris, quam odii habent.

 III.

III. Quodſi *vxor ſuperioris ordinis* nubit inferiori, ipſa mariti conditionem ſequitur, ſui ordinis praerogatiuas amittens, nec liberi poſthaec matris, ſed patris conditionem ſequuntur. Sin vxor tantum gradus ſuperioris, ſed eiusdem tamen ordinis marito nubit, veluti femina princeps marito comiti; illa honores natiuitatis retinet.

§. 618. Siue iuribus territorialibus ſiue familiae detrimentum illatum fuerit collatione dignitatis; grauatum audiri & grauamen e medio tolli leges iubent (a).

(a) CAPITVL. (1711.) art. 22. §. 6.: "Wie dann, wo ein oder anderer Stand erweislich darthun würde, daß er (gegen ſolches, loco cuius poſitum 1742:) in einem obiger Stücken bis daher gravirt, und an ſeiner Gerechtſamen durch neue Standes-Erhöhungen beeinträchtiget worden, derſelbe mit ſeinen vorhabenden Beſchwerden gnüglich gehöret; und das unbillig vorgegangene geändert und abgeſtellt werden ſolle".

§. 619. In primis quoque poſt pacem Weſtphalicam cautum fuit, ne collatio dignitatum ad votum & ſeſſionem in comitiis & collegiis ſtatuum extenderetur, ſed cuiuscumque in illa receptionem praecederet *tum* qualificatio recipiendi per adquiſitionem territorii, ac per ſuſceptionem onerum imperii & circuli cuiusdam, vtramque pro proportione nouae dignitatis, *tum* conſenſus electorum atque eius collegii, in quod recipiendus candidatus noui voti (a).

(a) Primum haec ſanctio in CAPITVL. FERD. IV. (1653.) art. 45. ſequentem in modum concepta erat: "Niemanden aber von den neuerhöhten Fürſten, Grafen und Herren dem Fürſtlichen *Collegio*, es ſey gleich auf ſelbigen, oder der Grafen Bänken, ad ſeſſionem & votum, wider Deroſelben Willen, aufdringen, ſie haben ſich dann darzu mit Fürſtenmäßigen oder Gräflichen Reichs-Gütern vorhero gnugſam qualificirt und zu einer Standes-würdigen Steuer in einem gewiſſen Kreyſe eingelaſſen und verbun-

verbunden, und über ſolches alles, nebſt dem Churfürſtlichen, auch dasjenige Collegium oder Bank, darinn ſie aufgenommen werden ſollen, vorhero genugſam gehöret worden". Diſtinctius deinde res expoſita in nouiſſimis CAPITVL. (1663. perpet. & 1741.) art. I. §. 5.: "Auch keine Fürſten, Grafen und Herren in Fürſtlich- oder Gräflichen Collegiis an- oder aufnehmen, ſie haben ſich dann vorhero dazu mit einem Immediat-Fürſtenthum reſpectiue Graf- oder Herrſchaft gnugſam qualificirt, und mit einem Standswürdigen Reichs-Anſchlag (add. 1742.: weshalben in Comitiis das nöthige forderſamſt zu reguliren) in einen gewiſſen Kreys eingelaſſen, und verbunden, und über ſolches alles neben dem Churfürſtlichen, auch dasjenige *Collegium* und Bank, darinn ſie aufgenommen werden ſollen, in die Admißion ordentlich gewilliget".

I. Interea contigit quidem, vt adhuc annis 1653. & 1654. introducerentur nonnulli noui principes (§. 66. II.), qui, territoriis principalibus & immediatis nondum praediti, modo certa imperii onera ſuſcipere promiſerant. Verum diſerte, ne ad conſequentiam traherentur iſta exempla, iam tum proſpectum (a), quumque porro nihilominus nonnulli poſthaec introducti ſint (§. 66. II.), cautum iterum fuit nouiſſimis capitulationibus, vt de nouo debitae eorum qualificationis diſquiſitio comitialis inſtitueretur (b), quod tamen nondum factum.

(a) R. I. N. §. 197.: "Ueberdis haben wir die bey nächſtverwichenem Reichstag mit der Churfürſten und Ständen Einwilligung in Fürſtenrath aufgenommene, aber wegen derer ſelbiger Zeit noch unvollzogener, von dem Chur-Maynziſchen Directorio ausgeſtellter Conditionen, nicht introducirten Fürſten, ꝛc. Hohenzollern ꝛc. Eggenberg ꝛc. Lobkowitz, ꝛc. nachdem ſie obberührte Conditionen erfüllet, wie ingleichen ꝛc. Salm ꝛc. Dieterichſtein, ꝛc. Naſſau, ꝛc. Piccolomini ꝛc. Awersberg ꝛc. auf der Churfürſten und Stände, und der Abweſenden Räthe, Bottſchaften und Geſandten vorgehendes Wiſſen und Conſens, bey dieſem Reichstag zu würklicher Seßion und Stimme, jedoch dergeſtalt introduciren laſſen, daß diejenige, welche ohne vorhergehende Vollziehung der ſchuldigen Präſtationen, und inſonderheit der im Reiche ohnmittelbarer Begüterung, wegen Dero vortrefflichen Meriten vor diesmal, jedoch nach beſag derſelben zum Chur-Maynziſchen Reichs-Directo-

rio abgegebener ſchriftlicher Erklärung, admittirt und eingeführet worden, von niemand, wer der auch ſeye, über kurz oder lang pro exemplo oder praeiudicio nicht an- noch zu einiger Conſequenz gezogen, und dieſes beneficium ſeſſionis & voti auf Dero Erben und Succeſſoren nicht extendiret werden ſolle, ſie haben ſich dann vorhero mit ohnmittelbaren Fürſtenmäßigen Reichs-Gütern verſehen; und ſolle forthin ohne vorgehende Real-Erfüllung aller nothwendiger und beſtimmter Requiſiten und inſonderheit erſtbemeldter Begüterung, und ohne der Churfürſten und Stände Vorwiſſen und Conſens keiner zur Seßion und Stimme im Fürſtenrath zugelaſſen werden".

(b) CAPITVL. (1742.) art. I. §. 7.: "Sodann ſolle wegen der anno 1654. und zeithero aufgenommener Fürſten und Stände ordnungsmäßiger Qualificirung die Comitial-Unterſuchung von Uns forderſamſt zu Stande gebracht werden".

II. Cautum porro nouioribus legibus, ne vel decretis pro recipiendis nouis votis candidatos eiusmodi inſtruat Imperator (a), nec vel prorogatio voti & ſeſſionis ab vna linea ad alteram fiat (b).

(a) CAPITVL. (1663. & 1711.) art. 22. §. 2.: "Niemanden aber von denen neuerhöheten Fürſten und Grafen und Herren zur Seßion und Stimme im Fürſtenrathe oder Gräflichen Collegiis mit decretis und dergleichen (add. 1742.: anders, als wann er vorhero dasjenige erfüllet, was in dem erſten Articul dieſer Unſerer Wahlcapitulation darzu erfordert wird,) zu ſtatten kommen".

(b) CAPITVL. (1742.) art. I. §. 6.: "Wir wollen Uns einer Prorogation und Erſtreckung des von einer Linie eines Fürſtlichen Hauſes entfallenen Sitz- und Stimm-Rechts auf die andern, ſo dergleichen nicht hergebracht, ohne obverſtandene Chur- und Fürſtlicher Collegiorum Einwilligung für uns alleinig nicht anmaßen".

III. Speciatim quoque *nouum electoratum* ſine totius imperii conſenſu haud condi promiſit Imperator (a), & *inter principes* conuenit, ne in eorum ſenatu ad votum admittatur, niſi qui talem principatum, cui id ius ex conſenſu ſtatuum inhaereat, iure proprio & pleno territoriali poſſideat (b).

(a) Vid.

(a) Vid. Kayſerl. Commiſſions-Decret, die Beſchleunigung des Braunſchweigiſchen Chur-negotii betr. ſub d. Regenſp. den 21. Jul. 1706., vbi declarauit eo tempore Imperator: "Daß ... künftighin neue und mehrere Churwürden ohne des geſamten Reichs Einwilligung nicht eingeführt, und ſolches dem künftigen R. A. in forma ſanctionis pragmaticae einverleibt werden ſolle". SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* p. 1157. ſq.

(b) Vid. Reſervation, ſo das Fürſtliche Collegium a potiori bey dem an des Herrn Herzogs Ludewig Rudolphs zu Braunſchweig Wolffenbüttel Hochfürſtlichen Durchlaucht überlaſſenen Fürſtlich Grubenhagiſchen voto, ad Protocollum gegeben de anno 1715., vbi inter alia: daß man von dem in denen Reichsſatzungen und der Obſervanz gegründeten principio, kraft deſſen niemand in dieſem collegio votum & ſeſſionem haben kann, der nicht ein ſolches Fürſtenthum, dem dieſes Recht conſenſu ſtatuum anklebet, iure proprio & pleno territoriali beſitzt, nicht im geringſten hierdurch abweichen, ſondern demſelben vielmehr beſtändig und durchgehends in allen andern Fällen inhäriren wolle". SCHMAVSS. *l. c.* p. 1291.

§. 620. Lites, quae ſuper ordine ſeſſionis inter ſtatus oriuntur, decidendi ius olim Imperatori negari non potuit (a), ſed difficilius exercetur nouiore aeuo.

(a) R. I. 1500. tit. 53., R. I. 1545. §. 14., R. I. 1559. §. 84., R. I. 1570. §. 161., R. I. 1576. §. 113., R. I. 1603. §. 66. R. I. N. §. 196.

§. 621. Sunt demum alia iura Imperatoris legitimandi, reſtituendi famae, atque creandi doctores, licentiatos, magiſtros, baccalaureos, poetas laureatos, notarios, &, qui partim haec ipſa iura auctoritate caeſarea exerceant, comites Palatinos, & vel hos iterum qui creent, comitiua maiore inſtructos.

§. 622. Horum iurium alia per totam Germaniam haud aliter, quam auctoritate caeſarea, exerceri queunt, veluti diſtributiones honorum academicorum; alia tantum in immediatos

potiſ-

potiſſimum auctoritate Imperatoris exercenda locum habent; ratione mediatorum ſaltem concurrunt, & vel priuatiue vel maiore cum efficacitate ea exercent domini territoriales.

### III. DE RELIQVIS STATVVM PRIVATIS IVRIBVS.

§. 623. In conſtituenda ſocietate coniugali inter illuſtres ordinarie pactis, adhibito agnatorum conſenſu, definitur, quae ſint inferenda ab vxore dotis vel paraphernalium, ſeu adparatus inſtructusue iure; quae contra praeſtanda a marito iure vidualitii ſeu dotalitii, item morgengabae, donationis propter nuptias cet.

§. 624. Paſſim domini territoriales per obſeruantiam vel conuentionem obtinuerunt, vt ſubditi, quoties filias illi elocant, collectas ad dotem & adparatum inſtructumque conferre debeant, ſub nomine der Fräulein-Steuer. Quod tamen alias ex generali iuris publici noſtri ſanctione contendi nequit.

§. 625. Parentum illuſtrium in liberos poteſtas non tam iure Romano, quam iure publico vniuerſali & iure priuato Germanico, quod cum iure naturae hic optime conuenit, vel ceterum ex pactis aeſtimanda eſt.

§. 626. *Emancipatione* igitur certe non opus eſt; licet ex ſuperflua cautione ſecundum ius Romanum, ceu ius commune in ſubſidium receptum, ſi cui placuerit, fieri poſſit, nec factae exempla deſint.

§. 627.

§. 627. *Adoptione*, niſi qua generatim pacto, iura liberorum & familiae tribui nequeunt. Ad effectum honoris ac dignitatis gratia caeſarea, ad effectum ſucceſſionis conſenſus agnatorum accedat, neceſſe eſt.

§. 628. *Tutela* inter illuſtres adhuc paſſim fructuaria, vel teſtamentaria, vel legitima, vel datiua ſecundum ius commune, ſed pactitia quoque ex iure Germanico eſſe, & generatim ſtatutis familiae definiri poteſt. Electoribus in ſpecie A. B. cap. 7. §. 4. de tutela proſpectum (a), vt vel dubitetur, an in eius locum teſtamentaria vel pactitia ſubſtitui queat? Singuli etiam illuſtres tutores confirmatione magiſtratus indigent, & iureiurando adſtringuntur. Terminus maiorennitatis electoribus XVIII. annorum praeſcriptus eſt. Circa reliquos ſtatus, niſi peculiaribus vtantur familiae iuribus, obſeruatur annus XXV. ex iure communi.

(a) A. B. cap. 7. §. 4.: „ Si principem Electorem ſeu eius „primogenitum aut filium ſeniorem laicum mori, & heredes „maſculos legitimos, laicos, defectum aetatis patientes relinquere contingeret; tunc *frater ſenior* eiusdem primogeniti, tutor eorum & adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis *legitimam* „*aetatem* attigerit, quam in principe Electore *decem & octo annos* completos cenſeri volumus, & ſtatuimus perpetuo haberi: quam dum exegerit, ius, vocem & poteſtatem, & omnia „ab ipſis dependentia tutor ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur protinus aſſignare".

# CAP. VIII.
# DE HABITV RELIGIONIS AD REMPVBLICAM, SIVE IVS PVBLICVM ECCLESIASTICVM.

## I. PRINCIPIA IVRIS PVBLICI ECCLESIASTICI VNIVERSALIS.

§. 629. Religio eſt determinatus Deum colendi modus; ecclesia ſocietas eamdem religionem exercens.

§. 630. Religio, qua res intellectus & fidei continet, imperium ſua natura non patitur; aliis in externis & arbitrariis rebus patitur.

§. 631. Eccleſia qua ſocietas in ciuitate conſtituta imperio ſubeſt, quatenus imperii religio capax eſt, & quatenus caveri poteſt, ne noceat reipublicae, aut curari potius, vt promoueat ſalutem publicam. In rebus fidei ſeu conſcientiae imperio plane non ſubeſt. In adiaphoris, quae nullum ſalutis publicae reſpectum habent, merito libertate vtitur naturali.

§. 632. Hinc cuique imperanti ex iure publico vniuerſali eſt ius ſupremae inſpectionis in omnia, quae ad eccleſiam pertinent, imperium in arbitraria eccleſiae, quatenus reſpectus ſalutis publicae intercedit.

§. 633.

§. 633. Vbi imperans eiusdem cum populo religionis eſt; facilius iura imperantis circa eccleſiam iuſtis continentur limitibus. Vbi ſecus; ſine pactis haud facile diu conſiſtent.

## II. DE RELIGIONIS CHRISTIANAE HABITV AD REMPVBL. IN GENERE ET SPECIATIM DE ECCLESIA ROMANO-CATHOLICA GERMANICA.

§. 634. Religio Chriſtiana primis tribus ſeculis exercita fuit in eccleſia preſſa ſub Imperatoribus ethnicis, partim nominis Chriſtiani perſecutoribus; ſed iam tum ſub epiſcopis & metropolitanis mox per certas dioeceſes diſtributis.

§. 635. Poſt conuerſionem Conſtantini M. ab anno 312. inde eccleſia Chriſtiana facta publica, maiorque indies auctoritas cleri, epiſcoporum, metropolitanorum ac patriarcharum, item ſynodorum & conciliorum reddita fuit.

§. 636. Mox ad Rhenum ac Danubium vsque propagata religione Chriſtiana, poſt conuerſionem Chlodouaei exorta fuit eccleſia Francica Chriſtiana. Quumque ſenſim ad maiora prae ceteris patriarcha Romanus adſpiraret; duces deinde reges Francorum, tamquam patricii, poſthaec tamquam Imperatores Romani, ſingularibus pactis cum eccleſia Romana eiusque pontifice initis vtriusque defenſionem ſeu aduocatiam ſusceperunt, ſed & iura inde praecipua nonnulla intuitu totius Chriſtianitatis adquiſiuerunt.

§. 637. In ipſa Francica, deinde & Germanica eccleſia, omni quidem aeuo admodum honorati fuerunt clerici & epiſcopi; ſed iura tamen circa ſacra nulla fere non exercuere reges, veluti confirmandi & vel conſtituendi epiſcopos, ferendi leges eccleſiaſticas, iurisdictionis eccleſiaſticae, reliq.

§. 638. Tandem vero, potiſſimum a ſeculo XI. inde, in primis decremento imperii Germanici & imminuta auctoritate Imperatoris, adeo increuit auctoritas epiſcoporum & papae Romani, ceu ſupremi epiſcopi, vt vniuerſus demum orbis Chriſtianus eccleſiam coleret Romano-Catholicam, eiusque agnoſceret HIERARCHIAM, ſiue ſtatum eccleſiae tamquam ſocietatis inaequalis ſub vnico ſupremo papae Romani imperio, exemtum ab imperio omni alio.

§. 639. Abhinc huius eccleſiae Romano-Catholicae, tamquam vnius ſocietatis, membra habiti ſunt omnes totius orbis Chriſtiani, & quidem *ſubditi* omnes laici, licet alias reges vel principes; *imperans ſupremus* papa Romanus, & ſub eo *ſubordinati imperantes* epiſcopi & clerici.

§. 640. Papa itaque totius eccleſiae vnicum caput viſibile habitum. Ab omni alio imperio plane exemta fuit eccleſia, & quidquid ad eam vel directe vel indirecte pertinet. Nec igitur ſiue Imperatori ſiue vlli alteri laico iurisdictio eccleſiaſtica, nec vllum aliud ſacrorum ius illibatum relinqui potuit. Sed vniuerſus potius orbis vti in ſecularibus per regna & provincias diſtributus, ita in eccleſiaſticis per dioeceſes, quarum ſuus cuiusque epiſcopus habet eccleſiaſticam iurisdictionem aliaque dioeceſana iura ſub ſuprema pontificis Romani auctoritate.

§ 641.

§. 641. Sic non tantum Imperator omnia fere, quae olim habuerat, ſacrorum iura, in vniuerſum papae, & epiſcopis in ſua cuiusque dioeceſi relinquere debuit; ſed & ſtatus imperii ſeculares, duces, principes, comites & dynaſtae in ſuo quique territorio nil iuris ſacrorum vindicare ſibi potuerunt, ſed pariter ea relinqui oportuit epiſcopis, archiepiſcopis & pontifici Romano; omniaque *hierarchiae* capita *ex iure Canonico* in Germania introducta ſunt.

§. 642. Vniuerſa nempe Germania diuiſa per dioeceſes & metropoles ſub epiſcopis, & archiepiſcopis, metropolitanis & primatibus. Sub iis ſubordinati omnes reliqui clerici cuiuscumque ordinis ac dignitatis presbyteri vel diaconi, canonici vel monachi; horumque collegia & conuentus ſiue ab ipſo epiſcopo vel archiepiſcopo regantur, veluti capitula eccleſiarum cathedralium, ſiue alium praelatum habeant, veluti praepoſitum capitula eccleſiarum collegiatarum, ſeu abbatem conuentus monachorum, ſeu abbatiſſam capitula canonicarum conuentusue monacharum.

§. 643. Omnes itaque canonici & monachi ſub ſuo quique praelato, praelati cum reliquis clericis ſub epiſcopo, epiſcopi ſub archiepiſcopis, hi, vti reliqui omnes ſupremo loco, & quidam modo praelati & epiſcopi exemti pariter immediate, ſub pontifice Romano ſubordinati ſunt. Eademque ſubordinatio in modo obtinendi beneficia eccleſiaſtica vel praelaturas obſeruatur, quod ad confirmationem attinet, quum ceterum illa ab ordinario collatore, has per electionem obtineri fas ſit, niſi qua pontifici Romano prouiſio reſeruata.

§. 644. Neque vero tantum in perſonis iſtis eccleſiaſticis dioeceſeos cuiusque ſub epiſcopo, metropoleos ſub archiepiſcopo, omniumque ſub pontifice Romano ſubordinatio ſubſiſtit; ſed & per totam dioeceſin ſeu metropolin eadem ratione omnia alia *iura ordinis*, & vniuerſi imperii ſacri ſiue *legis dioeceſanae*, atque ſpeciatim *iurisdictionis eccleſiaſticae* non ſolum in clericorum quibuscumque, ſed & laicorum cauſſis eccleſiaſticis ex mente iuris Canonici inuecta ſunt; & iurisdictio haec per vicarios generales & officiales nomine epiſcoporum vel archiepiſcoporum, & ſuprema omnium papalis iurisdictio vel Romae in ipſa ſede apoſtolica, vel per iudices delegatos, vel per nuntios exercetur.

§. 645. Haec quidem omnia Germaniae cum reliquis regnis hierarchiam Romanam colentibus communia. At vero id Germania ſacra ſingulare habet, vt eccleſiae eius & monaſteria lautioribus, quam vsquam alibi, *fundationibus* bonorum emineant, quarum quidem mediatae aliae, aliae immediatae, quod ad nexum imperii attinet; ſed illae tamen adnexo plerumque iure ordinum prouincialium, vel ſaltem immunitatis aliarumue inſignium praerogatiuarum, hae iure voti & ſeſſionis in comitiis atque ſuperioritatis territorialis inſtructae ſunt.

§. 646. *Duplicem* itaque *perſonam* praelati in primis immediati in Germania ſuſtinent, quatenus nempe non eccleſiae tantum praeſunt, ſed & territorio, cui votum & ſeſſio in comitiis inhaeret, neque iurisdictionem adeo ſolum eccleſiaſticam per totam dioeceſin, ſed & ſecularem iurisdictionem aliaque quaeuis iura territorialia in ſuo territorio exercent. Hinc

eo

eo magis Imperatoris & imperii intereſt, quaenam perſonae ad dignitates eccleſiaſticas in Germania promoueantur.

§. 647. *Epiſcopi* quidem *olim a clero & populo electi* & confirmatione caeſarea & *inueſtitura* non tantum regalium & bonorum, ſed & ipſius dignitatis eccleſiaſticae *per annulum & baculum* ab Imperatore recipienda indigebant. Eaque occaſione ſaepius annullatae electiones, & coacti eligentes arbitrium regis ſequi, vt vel plus inueſtitura, quam electio valeret. Sed *concordatis* anno 1122. initis Imperator *dimittere* debuit "omnem *inueſtituram per annulum & baculum*, „& concedere in omnibus eccleſiis fieri electionem & liberam „conſecrationem". Et papa viciſſim modo conceſſit "*electio-* „*nes* epiſcoporum & abbatum Teutonici regni *in praeſentia* „*Imperatoris fieri*, vt ſi qua inter partes diſcordia emerſerit, „metropolitani & prouincialium conſilio vel iudicio, ſaniori „parti aſſenſum & auxilium praebeat; *electus* autem *regalia* „*per ſceptrum* ab Imperatore *recipiat*" (a).

(a) SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* p. 1. 2.

§. 648. Poſthaec quum ſolus papa plane diſponere & prouidere de dignitatibus eccleſiaſticis inciperet; eius diſpoſitioni ac prouiſioni demum diſerte *concordata nationis Germanicae* a. 1448. condita reſeruarunt "omnes patriarchales, archiepi- „ſcopales, epiſcopales eccleſias, & etiam monaſteria, priora- „tus, dignitates, perſonatus, praebendas & eccleſias, cete- „raque beneficia eccleſiaſtica qualiacumque 1) apud ſedem a- „poſtolicam quocumque modo vacantia, nec non quorumli- „bet

„bet pro quibuscumque negotiis ad Romanam curiam venien-„tium ſeu etiam recedentium ab eadem, ſi in locis a dicta cu-„ria vltra duas diaetas legales non diſtantibus obierint; 2) va-„cantia per depoſitionem, vel priuationem, ſeu translationem, „promotionem, electionis caſſationem ſeu poſtulationis repul-„ſam, vel renunciationis admiſſionem, auctoritate papali factas; „3) vacantia per obitum cardinalium aut officialium dictae ſe-„dis, quamdiu ipſa officia actualiter tenebant" (a).

(a) SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* p. 28. & 42.

§. 649. Citra hos caſus adhuc libere eliguntur qualescumque praelati, & quidem iam dudum haud amplius a clero & populo, ſed ab illo ſolo, capitulo nempe vel conuentu (a). Cui vt adſit electioni, Imperator mittere commiſſarium poteſt.

(a) L. P. O. art. 5. §. 16.: "In omnibus archiepiſcopatibus, „epiſcopatibus & reliquis fundationibus immediatis, *iura eligen-„di & poſtulandi iuxta* cuiusque loci *conſuetudines & ſtatuta* an-„tiqua *illibata maneant*"; & §. 17.: "*Libera* ſit vbique *capitulo*, „& quibus id praeterea pariter cum capitulo pro more competit, „*electio & poſtulatio*".

§. 650. Electus iura tum ſacra tum ſecularia exercere poteſt, ſed confirmandus quantocyus a papa, eique ſingulari ſacramento adſtringendus, deinde inueſtiendus ab Imperatore. *Annatarum* quoque loco ſeruitium commune intra biennium ſolui debet (a), *palliumque* redimi ab electo archiepiſcopo vel epiſcopo exemto.

(a) CONCORD. N. G. num. 4.: "Modus *annatarum* hoc mo-„do currat: De eccleſiis cathedralibus omnibus & monaſteriis vi-„rorum ſoluantur de *fructibus primi anni* ſummae pecuniarum in „libris camerae apoſtolicae taxatae, quae *communia ſeruitia* nun-

cupan-

„cupantur; - - pro media parte infra annum, pro alia media „parte infra annum ſequentem„. SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* „p. 40. & 44.

§. 651. ***Sede vacante*** in locum epiſcopi in omnibus iuribus ſpeciatim non exceptis, ſuccedit ***capitulum***, quod tunc immediatum fit, votum & ſeſſionem in comitiis atque ſuperioritatem territorialem exercet (a); tantum, an iura quoque perſonalia defuncti, veluti archiofficii, vel directorii, item Auſtraegarum, ſibi vindicare poſſit, dubitatur.

(a) I. P. O. art. 5. §. 17.: "*Libera* ſit *capitulo* -- tam electio „& poſtulatio, quam *ſede vacante adminiſtratio*, *&* *iurium epi*„*ſcopalium exercitium*".

§. 652. Ipſam electionem praelatorum ex quo ſibi priuatiue vindicarunt capitula; paſſim ſingularibus ***capitulationibus*** circumſcripſerunt electorum iura, nec parum conſortii in iuribus epiſcopalibus, & vel praerogatiuas prae reliquis ordinibus prouincialibus ſibi ſtipulari adſueuerunt (a).

(a) Inter alia ipſa pax Weſtphalica in I. P. O. art. 5. §. 17. ſancit: "Poſtulati ſeu electi in *capitulationibus* ſuis ſpondeant, ſe „ſusceptos eccleſiaſticos principatus, dignitates & beneficia *ne*„*quaquam hereditario iure poſſeſſuros*, aut id acturos, vt heredi„taria fiant".

§. 653. ***Membra capituli*** a papa nominantur, non tantum in caſibus, quibus generatim collatio quorumcumque beneficiorum eius prouiſioni reſeruata (§. 648.), ſed & in ***menſibus*** alternatiue papae reſeruatis (a). Citra iſtos caſus & menſes collatio praebendarum fit per ordinarios collatores, vtplurimum per electionem capituli.

(a) Concord. N. G. num. 3.: "*De ceteris dignitatibus & „beneficiis* quibuscunque ſecularibus & regularibus vacaturis, vltra reſeruationes iam dictas (maioribus dignitatibus poſt pontificales in cathedralibus, & principales in collegiatis eccleſiis „exceptis, de quibus iure ordinario prouideatur, per illos inferiores, ad quos alias pertinet), idem ſanctiſſimus Dominus „noſter *per quamcunque aliam reſeruationem*, gratiam, exſpectatiuam, ant quamuis aliam diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma, per eum aut eius auctoritate factam, vel fiendam, *non impediet, quo minus de illis, quum vacabunt de menſibus Februarii, Aprilis, Iunii, Auguſti, Octobris & Decembris, „libere diſponatur* per illos, ad quos collatio, prouiſio, praeſentatio, electio aut alia quaeuis diſpoſitio pertinebit. Reſeruationibus aliis aut promiſſis ac diſpoſitionibus auctoritate eiusdem Domini noſtri Papae factis aut faciendis, non obſtantibus quibuscunque. *Quoties vero* aliquo *vacante beneficio de „menſibus Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Septembris & Nouembris ſpecialiter diſpoſitioni Apoſtolicae ſedis reſeruatis*, non apparuerit infra tres menſes a die notae vacationis in loco beneficii, quod alicui de illo Apoſtolica auctoritate fuerit prouiſum, „ex tunc & non antea, ordinarius vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo libere diſponat".

§. 654. Singulare modo Imperatori ex perantiqua obſeruantia eſt IVS PRIMARIARVM PRECVM, vi cuius Imperator ſemel, dum regit, cuilibet eccleſiae Germanicae ſiue cathedrali ſiue collegiatae ad beneficium primum vacans vel placens praeſentare poteſt ſubiectum quoddam, quod, modo ceterum requiſitis canonicis haud deſtituatur, & intra menſem a die notae vacationis praeſentat preces, praeferendum eſt reliquis omnibus. Quod ius in fundationibus adhuc catholicis quibuscumque, ſiue mediatis, ſiue immediatis, ad hanc vsque diem ab Imperatore exercetur, & vel *cedi* ab illo aliis poteſt. Paſſim quoque ex priſtino vſu *a dominis territorialibus* in capitulis & monaſteriis ſibi ſubiectis exercetur. Imperator

ad exercitium huius iuris vi obſeruantiae *indulto papali* indiget, quo ex natura rei & origine negotii haud opus erat.

I. Simile praeterea aliud quoddam ius eſt Imperatori, concedendi laico penſionem ex monaſterio; quod vocant Panis-Briefe (a).

(a) WEHNER *obſ. pract.* voce: Panis-Briefe; PFEFF. *ad Vitr.* III. 86. vbi exemplum ſuppeditatur litterarum Imp. Rudolphi II. a. 1604. ad abbatem & conuentum D. Michaelis, Luneburgum miſſarum für Martin Lorenz Pregl von wegen ſeiner Dienſte, ſo er in die 20. Jahre als Hof-Fourier und Ehrnholdt bewieſen, zu Fürſehung ſeiner Perſon und Leibes Nahrung, ‥ ihn mit einer Layen-Herren-Pfründe von Küchen und Keller, ſamt Kleidung und aller andern leiblichen Nahrung und Nothdurft ſein Lebenlang zu verſehen.

§. 655. Quomodo cumque conferantur beneficia eccleſiaſtica, non ſolum *requiſita iuris canonici*, ſed & *ſtatuta* cuiusque *capituli* obſeruanda ſunt, quippe quibus frequenter circa qualitatem perſonarum admittendarum in capitulis Germaniae cautum eſt, vt e. g. non niſi Germanae admittantur, vt certum natalium numerum ex nobilitate auita probent, & quae ſunt reliqua.

§. 656. Generatim Imperatorem, vt nec concordatis, nec cuiusque archiepiſcopi, epiſcopi, vel capituli priuilegiis, ſtatutis vel conſuetudinibus quidquam detrimento fiat (a), & grauamina contra concordata nationis Germanicae adhuc expediantur (b), curare leges volunt.

(a) CAPITVL. (1519.) art. 14. §. 1. 2. 3.: "Wir ſ. u. w. auch bey dem heiligen Vater dem Pabſt und Stuhl zu Rom Unſer beſtes

beſtes Vermögen anwenden, daß von demſelben, (add. 1742. ex mon. Mogunt.: gleich Wir ohnehin des Vertrauens ſeynd) die Concordata Principum, und die zwiſchen der Kirchen, Päbſtlicher Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom und der Teutſchen Nation aufgerichtete Verträge (add. 1690.: wie auch eines jeden Erzbiſchoffen, oder der Dom-Capitulen, abſonderliche priuilegia, hergebrachte ſtatuta, und Gewohnheiten), (add. 1742.: allerdings beobachtet, und dargegen) durch unförmliche Gratien, Reſcripten, Proviſionen, Annaten, der Stift-Mannigfältigung, Erhöhung der Officien im Römiſchen Hof, und Reſervation, Diſpenſation (add. 1653.: und ſonderlich Reſignation, dann darauf unternehmende Collation aller ſolcher Präbenden, Prälaturen, Dignitäten und Officien, welche ſonſt per obitum ad Curiam Romanam nicht devolviret werden, ſondern jederzeit, ohnerachtet in welchem Monath ſie auch ledig und vacirend würden, denen Erz- und Biſchöffen, auch Capituln und andern Collatoren heimfallen, wie weniger nicht per Coadiutorias praelaturarum electiuarum & praebendarum) (add. 1690. Iudicatur ſuper ſtatu nobilitatis, oder in andere Weeg) zu Abbruch der Stifter, Geiſtlichkeit und anders wider gegebene Freyheit und erlangte Rechten, darzu zu Nachtheil des iuris patronatus, und der Lehen-Herren, in keine Weiſe gehandelt, . . werden möge, ſondern wollen ſolches alles mit der Churfürſten, Fürſten und anderer Stände Rath kräftigſt anwenden und vorkommen, auch darob und daran ſeyn, daß die vorgemeldte Concordata principum und aufgerichtete Verträge, auch priuilegia, (add. 1690. ſtatuta) und Freyheiten gehalten, gehandhabet, und denenſelben veſtiglich gelebt und nachgekommen . . werde".

(b) Capitvl. (1558.) art. 14. §. 3.: . . "jedoch was für Beſchwerung darinn gefunden, daß dieſelbe vermög gehabter Handlung zu Augſpurg in dem 1530. Jahr bey abgehaltenem Reichstage abgeſchaffet, und hinfürter dergleichen, ohne Bewilligung der Churfürſten, nicht zugelaſſen werden".

§. 657. In ſpecie quoque, ne pontifex ſupremus iurisdictionem ſuam tum in ipſis cauſſis eccleſiaſticis (a), tum in cauſſis ciuilibus (b) plus iuſto extendat, vtque cauſſae ſeculares ab eccleſiaſticis rite terminentur (c), Imperatorem cauere leges monent.

(a) Ca-

(a) Capitul. (1690.) art. 14. §. 2.: "Noch auch die Erz- und Biſchöfe im Reich, wann wider dieſelben von denen ihnen untergebenen Geiſt- und Weltlichen etwa geklagt werden ſollte, ohne vorige genugſame Information über der Sachen Verlauf und Beſchaffenheit (welche, damit keine ſub- & obreptio contra facti veritatem Platz finden mögte, in partibus einzuholen,) auch ohne angehörter Verantwortung des Beklagten, wann zumahlen derſelbe auctoritate paſtorali, zu Verbeſſerung und Vermehrung des Gottesdienſts, auch zu Conſervation und mehrerer Aufnahme der Kirchen, wider die ungehorſame und üble-Haushalter verfahren hätte, mit monitoriis, interdictis und comminationibus, oder declarationibus cenſurarum übereylet, oder beſchweret werden mögten".

(b) Capitul. (1653.) art. 14. §. 4.: "Gleichergeſtalt wollen Wir, wann es ſich etwann begäbe, daß die cauſſae civiles von ihrem ordentlichen Gericht im heiligen Reich ab- und außer daſſelbe ad nuntios apoſtolicos und gar ad curiam Romanam gezogen würden, ſolches abſchaffen, vernichten und ernſtlich verbieten, auch Unſern Kayſerlichen Fiſcalen ſowohl an Unſerm Kayſerlichen Reichshofrathe, als Cammergerichte anbefehlen, wider diejenige ſowohl Partheyen als Advocaten, Procuratoren und Notarien, die ſich hinführo dergleichen anmaßen und darinn einiger geſtalt gebrauchen laſſen würden, mit behöriger Anklage von Amts wegen zu verfahren, damit die Uebertrettere demnächſt gebührend angeſehen und beſtraft werden mögten".

(c) Capitul. (1690.) art. 14. §. 5.: "Und weilen vorberührter Civil-Sachen willen zwiſchen Unſern und des Reichs höchſten Gerichtern, ſodann denen Apoſtoliſchen Nuntiaturen mehrmahlige Streit und Irrungen entſtanden, indeme ſo ein- als andern Orts die ab deren Officialen Urtheil beſchehene appellationes angenommen, proceſſus erkannt, ſelbige auch durch allerhand ſcharfe mandata, zu gröſter Irr- und Beſchwerung der Partheyen, zu behaupten geſucht worden; Wormit dann dieſem vorkommen, und aller Jurisdictions-Conflict mögte verhütet werden; ſo wollen wir daran ſeyn, daß die cauſſae ſeculares ab eccleſiaſticis rechtlich diſtinguirt, auch die darunter vorkommende zweiffelhafte Fälle, durch gütliche mit dem Päbſtlichen Stuhl vornehmende Handlung und Vergleich erledigt, fort der geiſt- und weltlichen Obrigkeit einer jeden ihr Recht und Judicatur ungeſtöhrt gelaſſen werden möge".

## III. DE MVTATIONIBVS PER REFORMATIONEM LVTHERI INVECTIS.

### I. DE ECCLESIA EVANGELICORVM GERMANICA.

§. 658. Per reformationem Lutheri, ad ſimplicitatem fidei Chriſtianae ex ſola ſacrae ſcripturae norma regreſſus, inſignis ſtatuum ciuiumque Germaniae numerus ſe ſubtraxit hierarchiae Romani pontificis & epiſcoporum. Eamque libertatem ſecundum Auguſtanam confeſſionem anno 1530. in comitiis publice praelectam omnes eidem addicti Euangelici, ſeu proteſtantes poſthaec vocati, per transactionem Paſſauienſem 1552. pacemque religioſam 1555., eamque confirmatam & Lutherani in ſpecie & Reformati (§. 87.) per pacem Weſtphalicam cum omni ſecuritate obtinuerunt (a).

(a) PAX RELIG. ſeu R. I. 1555. §. 13.: "Woſern dann in währender Spaltung der Religion eine ergänzte Tractation und Handlung des Friedens in beyder der Religion, proſan und weltlichen Sachen nicht vorgenommen würde, .. daß die Stände und Unterthanen ſich beſtändiger gewiſſer Sicherheit nicht zu getröſten, ſondern für und für ein jeder in unerträglicher Gefahr zweiſentlich ſtehen müſte. Solche nachdenkliche Unſicherheit aufzuheben (En primariam rationem pacis!) --- haben wir uns .. verglichen: §. 14. .. daß hinfüro niemand .. den andern befehden ꝛc. .., ſondern in alle Wege Wir alle Stände, und hinwiederum die Stände uns, auch ein Stand den andern bey dieſer nachfolgenden Religions-Friedens-Conſtitution alles Inhalts bleiben laſſen ſollen. §. 15. Und damit ſolcher Friede .., deſto beſtändiger aufgerichtet und erhalten werden mögte: So ſollen die Kayſerliche Majeſtät, Wir, auch Churfürſten, Fürſten und Stände des heil. Reichs, keinen Stand des Reichs von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion, und derſelbigen Lehr, Religion, und Glaubens halben, mit That gewaltiger Weiſe überziehen, beſchädigen, vergewaltigen, oder in andere Wege, wider ſeine Conſcienz Gewiſſen und Willen, von

dieſer

dieſer Augſpurgiſchen Confeßions-Religion, Glauben, Kirchengebräuchen, Ordnungen und Ceremonien, ſo ſie aufgericht, oder nachmahls aufrichten mögten, in ihren Fürſtenthumen, Landen und Herrſchaften, dringen, oder durch Mandat, oder einiger anderer Geſtalt beſchweren oder verachten; ſondern bey ſolcher Religion, Glauben, Kirchengebräuchen, Ordnungen und Ceremonien, auch ihrem Haab, Güter liegend oder fahrend, Land, Leuten, Herrſchaften, Obrigkeiten, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten, ruhiglich und friedlich bleiben laſſen. Und ſoll die ſtreitige Religion nicht anders, dann durch chriſtliche, freundliche, friedliche Mittel und Wege, zu einhelligem chriſtlichen Verſtand und Vergleichung gebracht werden, alles bey Kayſerlicher und Königl. Würden, Fürſtlichen Ehren, wahren Worten, und Pön des Land-Friedens". I. P. O. art. 5. §. 1.: - - "Pax religioſa - - in omnibus ſuis capitulis - - „rata habeatur, ſancteque & inuiolabiliter ſeruetur".

§. 659. Suſpenſa itaque in Euangelicos per pacem tum religioſam (a) tum Weſtphalicam (b) eſt omnis iurisdictio catholicorum eccleſiaſtica, incluſis adeo cunctis tum papae tum epiſcoporum circa ſacra iuribus, adiecta quidem clauſula: "vs„que ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis", ita tamen, vt, quod vix aliter vmquam ſperandum, "ſi de reli„gionis diſſidiis amicabiliter conueniri non poſſit, nihilomi„nus haec conuentio perpetua ſit & pax ſemper duratura" (c).

(a) Pax relig. ſeu R. I. 1555. §. 20.: "Damit auch beyderſeits Religions-Verwandte, ſo vielmehr in beſtändigen Frieden, und guter Sicherheit, gegen- und beyeinander ſitzen und bleiben mögen, ſo ſoll die geiſtliche Jurisdiction (doch den geiſtlichen Churfürſten, Fürſten und Ständen, Collegien, Klöſtern und Ordensleuten, an ihren Renthen, Gült, Zins, und Zehenden, weltlichen Lehenſchaften, und andern Rechten und Gerechtigkeiten, wie obſtehet unvergriffen) wider der Augſpurgiſchen Confeßions-Religion, Glauben, Beſtellung der Miniſterien, Kirchen-Gebräuchen-Ordnungen und Ceremonien, ſo ſie aufgerichtet oder aufrichten mögten, bis zu endlicher Vergleichung der Religion, nicht exercirt, gebraucht oder geübt werden, ſondern derſelbigen Religion Glauben, Kirchen-Gebräuchen, Ordnungen, Ceremonien und Beſtellung der

der Miniſterien, wie hievon nachfolgens ein beſonderer Articul geſetzt, ihren Gang laſſen, und kein Hinderniß oder Eintrag dadurch beſchehen, und alſo hierauf, wie obgemeldt, bis zu endlicher chriſtlicher Vergleichung der Religion, die geiſtliche Jurisdiction ruhen, eingeſtellt und ſuſpendirt ſeyn und bleiben. Aber in andern Sachen und Fällen, der Augſpurgiſchen Confeßions-Religion, Glauben, Kirchen-Gebräuche, Ordnungen, Ceremonien, und Beſtellung der Miniſterien nicht anlangend, ſoll und mag die geiſtliche Jurisdiction durch die Erzbiſchöfe, Biſchöfe und andere Prälaten, wie deren Exercitium an einem jeden Orte hergebracht, und ſie deren in Uebung, Gebrauch und Poſſeſſion ſind, hinfüro wie bisher unverhindert exerciret, geübt und gebraucht werden".

(b) I. P. O. art. §. 48.: "*Ius dioeceſanum* & *tota iurisdictio* „*cum omnibus ſuis ſpeciebus contra Auguſtanae Confeſſ.* Electores, „Principes, *Status*, comprehenſa libera Imperii nobilitate, *eo*„*rumque ſubditos*, tam inter Catholicos & Auguſtanae Confes„ſioni addictos, quam inter ipſos ſolos Auguſtanae Confeſſionis „ſtatus vsque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis „*ſuſpenſa eſto*".

(c) I. P. O. art. 5. §. 14. in f.

§. 660. Hinc qua *Euangelici ſolum inter ſe* ſpectantur; *dominus* quisque territorialis Euangelicus *in ſubditos* ſuos Euangelicos in eccleſiaſticis ea iura obtinuit, quae ſacrae ſcripturae haud aduerſantur & iuri publico vniuerſali conueniunt, niſi qua ſingularibus pactis inter dominum & ſubditos ſpecialius definita fuerint; adeo vt aut a ſolo domino territoriali, aut alio per leges fundamentales ſpeciales definito modo, adhibitis ordinibus prouincialibus membrisue eccleſiae, ferantur leges eccleſiaſticae, conſtituantur miniſtri eccleſiae, iudices eccleſiaſtici, reliq.

§. 661. Omnibus his circa ſacra iuribus Euangelici domini territoriales in ſubditos ſuos Euangelicos vtuntur,

*vti imperantes ex iure publico vniuerſali*; quippe quae iura conueniunt cum doctrinis proteſtantium i. e. cum ſacra ſcriptura, adeoque exſtiterunt eo ipſo, quum concederetur Euangelicis libertas doctrinae ſuae, atque remouerentur impedimenta iurisdictionis eccleſiaſticae & hierarchiae catholicae.

I. Non tam recte deriuantur iſta iura ex principio *iuris collegialis*, vel ex eo, quod princeps *membrum primarium eccleſiae* ſit; multoque minus ex *iure papali* ſeu *epiſcopali*, quod in principes Euangelicos, quaſi duplicem illi perſonam, principis aliam, aliam epiſcopi aut vel papae plane in ſuo territorio ſuſtineant, translatum nonnulli putant, ſecus ac genuinis Euangelicorum principiis conuenit.

§. *662*. Ipſi autem ſtatus & domini territoriales Euangelici, tum qua eorum auctoritate in ſubditos ſuos Euangelicos iurisdictio eccleſiaſtica exercetur, tum qua cauſſae eccleſiaſticae ipſas eorum perſonas concernunt, eo ipſo, quum a iurisdictione eccleſiaſtica catholica exemti ſint, nulli amplius cognitioni eccleſiaſticae ſuperiori nec ſecundae nec primae inſtantiae ſubſunt, ſed vel in ſuis ipſorum cauſſis eccleſiaſticis haud aliter, quam a propriis iudiciis, quod nec ceteroquin obſeruantiae Germaniae adeo repugnat, iudicari poſſunt.

§. *663*. Nec Imperator itaque, ſiue ſuprema eius imperii tribunalia iurisdictionem eiusmodi eccleſiaſticam in Euangelicos ſeu primae ſeu ſuperioris inſtantiae ſibi vindicare poſſunt, ſiquidem & ſecuritati religionis Euangelicae (§. 658.), quae iudicem catholicum in cauſſis eccleſiaſticis haud patitur, & exactae illi vtriusque religionis aequalitati (§. 87.), quum nec

Catholicorum cauſſae eccleſiaſticae ibi iudicentur, id non convenit. Neque enim ex ſuis ipſius principiis Imperator iurisdictionis eccleſiaſticae capax eſt. Quumque nec ante pacem Weſtphalicam eam habuerit, nec per illam, nec poſthaec talem obtinuerit; certe necdum hodie illam habere poteſt.

§. 664. Nec tantum in cauſſis vere eccleſiaſticis, quae ab Euangelicis non minus quam Catholicis in earum numerum referuntur, ſed in iis etiam, quae ſolum a Catholicis, non ab Euangelicis eccleſiaſticae cenſentur, veluti in cauſſis matrimonialibus, ceſſat iurisdictio ſupremorum imperii tribunalium in Euangelicos non minus, quam in Catholicos, quandoquidem ſufficit primum, eiusmodi cauſſas diiudicandas eſſe ex principiis, in quibus differunt ob religionem ſuam Catholici & Euangelici, adeoque horum ſecuritas id non permittit, tum & aequalitati vtriusque religionis id repugnaret. Quamobrem nec ſub praetextu nullitatis eccleſiaſticae Euangelicorum, vti nec Catholicorum cauſſae, in ſupremis iſtis iudiciis iure recipiuntur.

## 2. DE MVTATIONIBVS REFORMATIONIS CIRCA FVNDATIONES ECCLESIASTICAS.

§. 665. Per reformationem Lutheri permultae porro fundationes eccleſiaſticae & mediatae & immediatae venerunt in manus Euangelicorum, ſiue in totum, ſiue partim modo, vel relicto ceterum priſtino ſtatu, vel ſeculariſatae (§. 89.). Eaeque partim iam pace religioſa in perpetuum Euangelicis ceſſae ſunt (§. 89. I.). Demum pace Weſtphalica de nouo quaedam ſecu-

ſecularisſatae, cum alternatiua in Osnabrugenſi epiſcopatu introducta (§. 89. II.); & reliquae omnes fundationes, vt ſecundum ſtatum anni decretorii in perpetuum maneant, adeoque nec Catholici nec Euangelici in iis, quas d. 1. Ian. 1624. poſſederunt, turbentur, ſiue immediatae (a) ſiue mediatae ſint fundationes (b), ſancitum eſt.

(a) I. P. O. art. 5. §. 14.: "*Bona eccleſiaſtica immediata* quod „attinet, ſiue ſint archiepiſcopatus, epiſcopatus, praelaturae, „ſiue liberae fundationes ſeculares, aut alia, vna cum reditibus, penſionibus, aliisque, quocumque nomine ſignatis ſeu „in vrbibus ſeu ruri ſitis, ea, ſeu Catholici, ſeu A. C. ſtatus, „d. Ian. 1624. poſſederint, omnia & ſingula, nullo plane excepto, eius religionis conſortes, qui dicto tempore in reali eorum poſſeſſione fuerunt, vsque dum de religionis diſſidiis per „Dei gratiam conuentum fuerit, tranquille & imperturbate poſſideant, neutrique parti liceat alteri, ſeu iudicio ſeu extra, negotium faceſſere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre. Si vero, quod Deus prohibeat, de religionis „diſſidiis amicabiliter conueniri non poſſit, nihilo minus haec „conuentio perpetua ſit & pax ſemper duratura".

(b) I. P. O. art. 5. §. 25.: "Quaecumque monaſteria, collegia, balliuias, commendas, templa, fundationes, ſcholas, „hoſpitalia, aliaue bona eccleſiaſtica *mediata*, vt & eorum reditus iuraque, quocumque nomine appellata fuerint, A. C. electores, principes, ſtatus 1624. d. 1. Ian. poſſederunt, eadem „omnia & ſingula, ſiue retenta ſemper, ſiue reſtituta, ſiue vigore huius transactionis reſtituenda, iidem poſſideant, donec „controuerſiae religionis amicabili partium compoſitione vniuerſali definiantur".

§. 666. *Fundationes immediatae ſeculariſatae*, quippe quas pax Weſtphalica titulo ſatisfactionis & compenſationis ceſſit, duo archiepiſcopatus, ſex epiſcopatus & vna abbatia (§. 89. II.), diiudicari debent ſecundum peculiares cuiusque conuentiones in pace Weſtphalica art. 10. ſq. contentas (a).

 (a) I. P.

(a) I. P. O. art. 5. §. 24.: "Qui archiepiſcopatus, epiſco„patus & aliae fundationes atque bona eccleſiaſtica immediata „vel mediata in ſatisfactionem Reg. Maieſtatis, Regnique Sue„ciae, aut aequiualentem recompenſationem, indemnitatemque „ſuorum foederatorum, amicorum & intereſſatorum conceſſe„runt, peculiaribus ſuis conuentionibus infra contentis, per o„mnia relinquantur".

I. Sic in ducatus immutati ſunt "*archiepiſcopatus Bremenſis* „& *epiſcopatus Verdenſis* cum omnibus ad eos pertinentibus ec„cleſiaſticis & ſecularibus bonis, ceſſante capitulorum cetero„rumque collegiorum eccleſiaſticorum eligendi & poſtulandi o„mnique alio iure, adminiſtratione & gubernatione terrarum ad „hos ducatus pertinentium" (a).

(a) I. P. O. art. 10. §. 7.

II. In *epiſcopatu Halberſtadienſi* (a) & *Mindano* (b), atque *archiepiſcopatu Magdeburgenſi* (c), in vſum domus Brandenburgicae ſeculariſatis, conceſſa huic "facultas quartam partem ca„nonicatuum cathedralium, illis decedentibus, exſtinguendi, eo„rumque reditus menſae epiſcopali incorporandi ſeu camerae „archiepiſcopali adplicandi".

(a) I. P. O. art. 11. §. 1.
(b) *Ibid.* §. 4.
(c) *Ibid.* §. 6. 9.

III. In *epiſcopatu Caminenſi* eidem domui Brandenburgicae (a), vti in *Suerinenſi* & *Ratzeburgenſi* duci Megapolitano (b) conceſſa plane eſt "poteſtas exſtinguendi canonicatus vtrobique poſt „eius temporis canonicorum deceſſum, atque ſic illum totum „vlteriori Pomeraniae adiungendi ſeu incorporandi, horumque „reditus omnes menſae ducali adplicandi".

(a) I. P. O. art. 11. §. 5.
(b) I. P. O. art. 12. §. 13.

IV.

IV. *Abbatia Hirſfeldenſis*, "cum omnibus appertinentiis, ſe„cularibus & eccleſiaſticis, ſiue intra ſiue extra territorium ſi„tis" ceſſa Haſſiae (a).

(a) I. P. O. art. 15. §. 2.

§. 667. Fundationes immediatae *retenta priſtina forma* Euangelicis relictae, veluti in vniuerſum epiſcopatus Lubecenſis (§. 89. I.) & alternando epiſcopatus Osnabrugenſis (§. 89. II.), item abbatiae Quedlinburgenſis, Herfordenſis, Gernrodenſis & Gandersheimenſis, obſeruant adhuc iura capitulorum & epiſcopi, aut reſpectiue canonicarum & abbatiſſae. *Ius* quoque *primariarum precum* in iis ſaluum manet Imperatori (§. 18.); "dummodo decedente A. C. addicto in eius re„ligionis epiſcopatibus Confeſſ. Aug. addictus, ad normam ſta„tutorum & obſeruantiae idoneus, precibus fruatur" (a). Sed „ſi quid *annatarum*, iurium *pallii*, *confirmationum*, *men„ſium papalium* & huiusmodi iurium & reſeruationum nomi„ne in bonis ſtatuum A. C. eccleſiaſticis immediatis a quocun„que quandocunque aut quomodocunque praetendatur, id „validitate & executione a brachio ſeculari impertienda ca„reat (b). Ceterum, "de titulis principum eccleſiaſticorum „ex A. C., vt, absque tamen praeiudicio ſtatus & dignitatis, „*titulis electorum aut poſtulatorum* in archiepiſcopum, „epiſcopum, abbatem, praepoſitum inſigniantur, *ſeſſionem* au„tem *in ſcamno* inter eccleſiaſticos & ſeculares intermedio & „*transuerſo*, capiant" (c), ſancit pax Weſtphalica.

(a) I. P. O. art. 5. §. 18. Vbi ceterum de fundationibus Euangelicis immediatis ſtatuitur: "Vbi ſacra caeſarea maieſtas ius „primariarum precum exercuit, exerceat etiam in poſterum",

 (b) *Ibid.*

(b) *Ibid.* §. 19.
(c) *Ibid.* §. 22.

§. 668. Fundationes immediatae *mixtae* manent ſecundum ſtatum anni decretorii (a); inque iis etiam "*precibus* „*primariis* praeſentatus non gaudeat, niſi beneficium vacans „religionis conſors poſſederit" (b); *menſes* autem *papales* pariter ex anno decretorio vt aeſtimentur, vult pax Weſtphalica (c).

(a) I. P. O. art. 5. §. 23.: "*Quot* capitulares aut canonici „die prima Ianuarii a. 1624. vspiam, vel Auguſtanae Confeſſio„nis vel Catholici, *fuerunt*, *totidem* illic *ex vtraque religione e*„*runt ſemper*, nec decedentibus, niſi eiusdem religionis conſor„tes, ſurrogentur".

(b) I. P. O. art. 5. §. 18.

(c) I. P. O. art. 5. §. 20.: "In quorum autem eccleſiaſtico„rum bonorum immediatorum capitulis vtriusque religionis ca„pitulares & canonici vigore praefati termini certo vtrinque nu„mero admittuntur, *menſesque papales* id temporis in vſu fuerunt; „porro quoque, ſi decedentes capitulares & canonici *ex nume*„*ro Catholicorum* definito fuerint, *obtineant*, atque executioni, „caſu eueniente, mandentur, *modo papalis prouiſio* capitulis im„mediate a Curia Romana *tempore legitimo inſinuetur*".

§. 669. Fundationes *mediatas*, quomodocumque eas Euangelici d. 1. Ian. 1624. poſſederint, ſiue ſecularisſatas, ſiue in priſtina forma relictas, eidem ſtatui in perpetuum reliquit pax Weſtphalica (§. 665. b.). In poſterioribus vel ius primariarum precum ex eodem termino aeſtimandum eſt (a), vti in mixtis quoque numerus perſonarum ex vtraque religione (b), atque menſes papales (c), & ſingularia quoque ceterum Euangelicorum iura in quibuscumque Catholicorum fundationibus (d).

(a) I. P.

(a) I. P. O. art. 5. §. 26.: "In quibuscumque etiam fun„dationibus mediatis anno 1624. d. 1. Ian. ſacra caeſ. mai. pri„marias preces exercuit, exerceat eas in poſterum".

(b) I. P. O. art. 5. §. 26.: "In quibuscumque vero *fundatio„nibus*, eccleſiis collegiatis, monaſteriis, hoſpitalibus eiusmo„di *mediatis*, Catholici & A. C. addicti *promiſcue* vixerunt, vi„vant etiam poſthac promiſcue, numero prorſus eodem, qui d. „1. Ian. 1624. ibidem receptus fuit".

(c) I. P. O. art. 5. §. 26.: "Idem plane hic obſeruetur de „*menſibus papalibus*, quod ſupra de iis §. 5. (§.668.c.) diſpoſitum „eſt. Conferant etiam archiepiſcopi, & quibus aliis id iuris com„petit, beneficia menſium extraordinariorum".

(d) I. P. O. art. 5. §. 26.: "Quodſi quoque A. C. addicti in „eiusmodi bonis eccleſiaſticis mediatis dicto anno dieque a Ca„tholicis realiter, plene vel ex parte poſſeſſis, *iura praeſentandi*, „*viſitandi*, *inſpectionis*, *confirmandi*, *corrigendi*, *protectionis*, *a„perturae*, *hoſpitationis*, *ſeruitiorum*, *operarum*, habuerunt, item „*parochos*, *praepoſitos* ibi aluerunt, iura iſta illis ſarta tecta ma„neant".

§. 670. In poſterum autem qualescumque fundationes eccleſiaſticae ſiue mediatae ſiue immediatae, contra ſtatum anni decretorii, neque ex manibus Euangelicorum ad Catholicos redire, nec viciſſim vmquam plures in manus Euangelicorum venire queunt. Quippe quod diſerte tum de immediatis quibuscumque (a), tum de mediatis Catholicorum, licet in terris Euangelicorum ſitis, fundationibus (b) ſtatuit pax Weſtphalica.

(a) I. P. O. art. 5. §. 15.: "*Si* igitur catholicus archiepiſco„pus, *praelatus*, aut A. C. addictus in archiepiſcopum, epiſco„pum, praelatum electus vel poſtulatus, ſolus aut vna cum ca„pitularibus, ſeu ſingulis ſeu vniuerſis, aut etiam alii eccleſia„ſtici *religionem* in poſterum *mutarint*, *excidant* ſtatim *ſuo iure*, „honore tamen famaque illibatis, fructusque & reditus, citra „moram & exceptionem, cedant, capituloque aut cui id de iure „competit, integrum ſit, aliam perſonam religioni ei, ad quam „beneficium iſtud vigore huius transactionis pertinet, addictam „eligere aut poſtulare, relictis tamen archiepiſcopo, epiſcopo, prae-

„praelato, &c. decedenti fructibus, & reditibus interea perce-
„ptis & conſumtis".

(b) I. P. O. art. 5. §. 26.: "Omnia quoque *monaſteria*, fun-
„dationes & ſodalitia *mediata*, quae d. 1. Ian. 1624. Catholici
„realiter poſſederunt, poſſideant & ipſi ſimiliter, vtut *in A. C.*
„*ſtatuum territoriis* & ditionibus ea ſita ſint; non tamen in alios
„religioſorum ordines, quam quorum regulis primitus dicata
„ſunt, commutentur, niſi talium religioſorum ordo plane inter-
„ciderit". cet.

## 3. DE IVRIBVS INTER DOMINOS TERRITORIALES SVBDITOSQVE DIVERSAE RELIGIONIS.

§. 671. Poſt reformationem in primis adhuc definiri oportuit iura inter dominos territoriales atque ſubditos diuerſae religionis. Quod quidem potiſſimum pace Weſtphalica, tum quod ad exercitium religionis, tum quod ad iurisdictionem eccleſiaſticam, factum.

§. 672. Cultus nempe diuinus continetur *vel* in EXERCITIO RELIGIONIS i. e. in libertate colendi Deum in coetu, quem frequentare cuilibet licet, eoque aut PVBLICO exercitio, quo publice ſeu palam, in loco, modo ac perſonis auctoritate publica conſtitutis, aut PRIVATO, quod ſine publica ſollennitate loco tantum priuato inſtituitur; *vel* in DEVOTIONE tantum DOMESTICA, i. e. in reſtricta Deum modo intra priuatos parietes in ſua cuiusque familia colendi libertate.

§. 673. Ius definiendi exercitium religionis, adeoque vel concedendi, vel immutandi, reſtringendi, extendendi, abolendi

lendi illud, vocatur IVS REFORMANDI. Quod ſub initium reformationis iam Catholici vindicarunt dominis territorialibus, ſecundum paroemiam: *Cuius eſt regio, eius & religio.*

§. 674. Vbi dominus territorialis eamdem cum ſubditis religionem profitetur; etiam pax Weſtphalica ius reformandi iuri territorii & ſuperioritatis reliquit (a), adeo vt dominus Catholicus, qui praeeſt territorio Catholico, non prohibeatur concedere exercitium religionis Euangelicis, nec viciſſim in tali caſu Euangelicus Catholicis.

(a) I. P. O. art. 5. §. 30.: "Quantum deinde ad comites, „barones, nobiles, vaſallos, ciuitates, fundationes, monaſteria, „commendas, communitates & ſubditos ſtatibus immediatis, „ſiue eccleſiaſticis ſiue ſecularibus, ſubiectos pertinet: quum „eiusmodi *ſtatibus immediatis cum iure territorii & ſuperiorita-„tis* ex communi per totum imperium hactenus vſitata praxi, *et-„iam ius reformandi exercitium religionis competat*, ac dudum in „pace religionis talium ſtatuum ſubditis, ſi a religione domini „territorii diſſentiunt, beneficium emigrandi conceſſum, inſu-„per maioris concordiae inter ſtatus conſeruandae cauſſa, cautum „fuerit, quod nemo alienos ſubditos ad ſuam religionem per-„trahere, eaue cauſſa in defenſionem aut protectionem ſuſcipe-„re, illisue vlla ratione patrocinari debeat: *conuentum* eſt, *hoc „idem porro quoque* ab vtriusque religionis ſtatibus *obſeruari, nul-„lique ſtatui* immediato *ius, quod ipſi ratione territorii & ſupe-„rioritatis in negotio religionis competit, impediri oportere*".

§. 675. Sin ſubditi diuerſae cum domino religionis ſunt, ſola norma anni decretorii obſeruanda eſt (a). Hinc iure reformandi, quod ceterum ex ſuperioritate territoriali competit, „non obſtante, *ſtatuum catholicorum* Landſaſſii, vaſalli & „*ſubditi* cuiuscumque generis, *qui ſiue publicum ſiue pri-„uatum A. C. exercitium anno 1624.*, *quacumque anni*

„*parte*, ſiue certo pacto aut priuilegio, ſiue longo vſu, ſiue „ſola denique obſeruantia dicti anni *habuerunt*"; fas eſt vi pacis Weſtphalicae, "retineant id etiam in poſterum vna cum „annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita „fuiſſe probare poterunt (b), non attentis, ſed annihilatis „omnibus anni 1624. obſeruantiae contrariis latis ſenten-„tiis, reverſalibus, pactis, quibuscumque transactionibus", quippe quae " eatenus tantum ratae & firmae manent, quate-„nus obſeruantiae dicti anni 1624. non aduerſantur, nec ab „iisdem niſi mutuo conſenſu recedere licet (c). Idemque ob-„ſeruetur ratione *ſubditorum catholicorum* A. C. ſtatuum, „vbi dicto anno 1624. vſum & exercitium catholicae religio-„nis publicum aut priuatum habuerunt" (d).

(a) I. P. O. art. 5. §. 33. -- "annihilatis omnibus *anni 1624.* „*obſeruantiae, vtpote quae inſtar regulae obtineat*, contrariis" &c.

(b) I. P. O. art. 5. §. 31.

(c) *Ibid.* §. 33.

(d) *Ibid.* §. 32.

I. *Annexa exercitii religionis* " habentur inſtitutio conſiſtorio-„rum, miniſteriorum tam ſcholaſticorum quam eccleſiaſticorum, „ius patronatus, aliaque ſimilia iura, nec minus poſſeſſio tem-„plorum, fundationum, monaſteriorum, hoſpitalium, cum o-„mnibus pertinentiis, reditibus & acceſſionibus". I. P. O. art. 5. §. 31.

§. 676. Quodſi diuerſae religionis ſubditi anno 1624. *nullum* ſuae religionis *exercitium* habuerunt; de eorum vel tolerantia, vel emigratione eſt quaeſtio.

§. 677. Quod ad *tolerantiam* attinet, pax Weſtphalica ſancit, „vt illi Catholicorum ſubditi A. C. addicti, vt & Ca-„tholici A. C. ſtatuum ſubditi, qui anno 1624. publicum vel „etiam priuatum religionis ſuae exercitium nulla anni parte „habuerunt, nec non, qui poſt pacem publicatam deinceps „futuro tempore diuerſam a territorii domino religionem pro-„fitebuntur, & amplectentur, *patienter tolerentur*, & con-„ſcientia libera *domi deuotioni ſuae*, ſine inquiſitione aut „turbatione priuatim *vacare*, *in vicinia* vero, vbi & quoties „voluerint, *publico religionis exercitio intereſſe*, vel *liberos* „ſuos *exteris* ſuae religionis *ſcholis*, *aut priuatis* domi „*praeceptoribus* inſtruendos *committere* non prohibeantur" (a), „nec vsquam" ob religionem *deſpicatui* habeantur, nec „*a mercatorum, opificum aut tribuum communione*, he-„reditatibus, legatis, hoſpitalibus, leproſoriis, eleemoſynis, „aliisque iuribus aut commerciis, multo minus publicis coe-„miteriis, honoreue ſepulturae *arceantur*, aut quicquam pro „exhibitione funeris a ſuperſtitibus exigatur, praeter cuiusque „parochialis eccleſiae iura, pro demortuis pendi ſolita; ſed & „in his & ſimilibus pari cum conciuibus iure habeantur, ae-„quali iuſtitia protectioneque tuti" (b); Sed in ceteris tamen „eiusmodi Landſaſſii, vaſalli & ſubditi etiam officium ſuum „cum debito obſequio & ſubiectione adimpleant, nullisque „turbationibus anſam praebeant" (c).

(a) I. P. O. art. 5. §. 34.
(b) *Ibid.* §. 35.
(c) *Ibid.* §. 34. in f.

§. 678. "Quodſi vero ſubditus, qui nec publicum nec „priuatum ſuae religionis exercitium 1624. habuit, vel etiam „qui, poſt publicatam pacem, religionem mutabit, *ſua ſpon-„te emigrare voluerit*, *aut a territorii domino iuſſus* „fuerit; liberum ei ſit, *aut retentis bonis*, *aut alienatis* „diſcedere, retenta per miniſtros adminiſtrare, & quoties ratio „id poſtulat, ad res ſuas inſpiciendas vel perſequendas lites „aut debita exigenda, *libere* & ſine litteris commeatus *adi-„re*" (a).

(a) I. P. O. art. 5. §. 36.

I. "Conuentum autem eſt, vt a territoriorum dominis, il-„lis ſubditis, qui neque publicum neque priuatum exercitium „religionis ſuae dicto anno habuerunt, & tamen tempore publi-„catae praeſentis pacificationis, in vnius vel alterius religionis „ſtatuum immediatorum ditionibus habitare deprehenduntur, „quibus illi etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates belli-„cas euitandas, non tamen animo transferendi domicilium, alio „emigrarunt, & facta pace, in patriam redire volunt, *terminus* „*non minus quinquennio; illis vero, qui poſt pacem publicatam* „*religionem mutant*, *non minor triennio*, niſi tempus magis la-„xum & ſpatioſum impetrare potuerint, *ad emigrandum praefi-„gatur*" (a).

(a) I. P. O. art. 5. §. 37.

II. "Neque, *ſiue voluntarie ſiue coacte*, *emigrantibus*, nati-„vitatis, ingenuitatis, manumiſſionis, noti opificii, honeſtae vi-„tae *teſtimonia denegentur*, aut iidem *reuerſalibus* inuſitatis, vel „*decimationibus* ſubſtantiae ſecum exportatae plus aequo ex-„tenſis, praegrauentur, multo minus ſpontaneam ſuſcipienti-

„bus

„ bus emigrationem *ſeruitutis* aut vllo alio *praetextu impedimen-*
„ *tum* inferatur" (a).

(a) I. P. O. art. 5. §. 37.

§. 679. Etiam *coacta* itaque *emigratio* locum habet, modo circa modum imponendi emigrationem non contraueniatur paci Weſtphalicae. Sed ab ipſa tamen emigrandi neceſſitate etiam excipiuntur ſubditi *in territorio oppignorato*, quod reluitur (a), & in territorio, *cuius ipſum ius eſt controuerſum* (b).

(a) I. P. O. art. 5. §. 27.: "Quae bona ſtatus imperii ſibi „ inuicem pignoris iure obligauerunt, - - quodſi - - prioribus „ poſſeſſoribus reddantur; - - domino quidem liberum eſſe de- „ bet in huiusmodi terras oppignoratas ad ſe reuerſas ſuae re- „ ligionis exercitium publice introducere; incolae tamen & *ſub-* „ *diti migrare*, aut ſuam, quam ſub priori poſſeſſore huiusmo- „ di terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, religionem deſe- „ rere *non cogantur*. De publico vero ſuae religionis exercitio „ inter ipſos & reluentem dominum directum tranſigatur".

(b) I. P. O. art. 5. §. 43.: "*Territorii iure*, vel ante vel poſt „ terminum anni 1624. *controuerſo*, donec ſuper poſſeſſorio & peti- „ torio cognoſcatur & decidatur, poſſeſſori praefati anni idem ius „ eſto, quantum equidem ad publicum exercitium attinet; *ſub-* „ *diti* vero, propter mutatam interim religionem, pendente ter- „ ritorii controuerſia, *migrare non cogantur*".

§. 680. Ex hisce decidi facile poteſt quaeſtio *ſimultanei*: an nempe praeter exercitium religionis, quod 1624. viguit, vi iuris reformandi ex ſuperioritate territoriali, introduci poſſit ſimultaneum alterius religionis exercitium? Quod quidem vbi dominus & ſubditi eiusdem religionis ſunt, licet; ſecus, vbi diuerſae. Solum in illo enim caſu ius reformandi adhuc li-

bere ex ſuperioritate territoriali (§. 674.); in hoc non aliter quam abſolute ſecundum ſtatum anni decretorii locum habet (§. 675.).

§. 681. Ceterum "*a ſola qualitate feudali vel ſubfeu-„dali* ſiue a regno Bohemiae, ſiue ab electoribus, principi-„bus & ſtatibus imperii, ſiue aliunde procedant, *ius refor-„mandi non dependet.* Sed feuda iſta & ſubfeuda, nec non „vaſalli, ſubditi & bona eccleſiaſtica in cauſſis religionis, & „quidquid iuris dominus feudi praetendat, introduxerit, aut „ſibi arrogarit, ex ſtatu anni 1624. d. 1. Ian. perpetuo cenſean-„tur; quae vel iudicialiter vel extraiudicialiter innouata fue-„rint, tollantur, & in priſtinum ſtatum reſtituantur" (a); Item "*ſola criminalis iurisdictio*, Cent-Gericht, ſolumque „*ius* gladii & *retentionis*, *patronatus*, filialitatis, neque „coniunctim neque diuiſim, ius reformandi" tribuant (b), diſerte ſancit pax Weſtphalica.

(a) I. P. O. art. 5. §. 42.
(b) *Ibid.* §. 44.

§. 682. Circa *iurisdictionem eccleſiaſticam*, vbi diuerſae religionis ſunt ſubditi & dominus territorialis, generatim obſeruari oportet normam iterum anni decretorii, & principium ſecuritatis religionis ſubditorum ſeruandae (§. 658.).

§. 683. Speciatim, ſi dominus territorialis catholicus, & ſubditi Euangelici ſunt, hi anno 1624. *vel* habuerunt ius conſiſtorii proprii, tamquam annexum exercitii religionis ſuae, & tunc illud retinent (a); *vel* "agnouerunt iurisdictionem eccleſia-

„cleſiaſticam, & tunc ei porro ſubſunt, ſed 1) in iis tantum „caſibus, qui Auguſtanam confeſſionem nullatenus concer„nunt, & 2) modo ipſis occaſione proceſſus nihil iniungatur „A. C. vel conſcientiae repugnans" (b).

(a) I. P. O. art. 5. §. 31. vid. ſupra §. 675.
(b) I. P. O. art. 5. §. 48. Add. PAC. RELIG. ſupr. §. 658. a.

§. 684. "Eodem etiam iure A. C. magiſtratuum catho„lici ſubditi cenſentur; inque hos" adeo, ſi anno 1624. iurisdictio eccleſiaſtica a domino territoriali exercita fuit, ſalua modo religione ſubditorum, illa porro locum habet; ſin "anno „1624. publicum religionis catholicae exercitium habuerunt, „ius dioeceſanum, quatenus epiſcopi illud dicto anno quiete „in eos exercuerunt, ſaluum eſt" (a).

(a) I. P. O. art. 5. §. 48.

§. 685. Ceterum "*intra terminos territorii* cuiusque „*ius dioeceſanum & iurisdictio eccleſiaſtica ſe continet*. „Ad conſequendos tamen reditus, cenſus, decimas & penſio„nes in iis A. C. ſtatuum ditionibus, vbi Catholici anno 1624. „notorie in poſſeſſione vel quaſi exercitii iurisdictionis eccle„ſiaſticae fuerunt, vtantur eadem poſthaec quoque, ſed non „niſi in exigendis hisce penſionibus, nec procedatur ad excom„municationem, niſi poſt tertiam demum denunciationem", ſancit pax Weſtphalica art. 5. §. 48.

§. 686. "*Libera* & immediata *imperii nobilitas*, „omniaque & ſingula eius membra, vna cum ſubditis & bonis „ſuis feudalibus & allodialibus, niſi forte in quibusdam locis, „ratio-

„ratione bonorum & reſpectu territorii vel domicilii aliis ſta-„tibus reperiantur ſubiecti, vigore pacis religioſae & Weſtpha-„licae, *in iuribus religionem concernentibus* & beneficiis „inde promanantibus *idem ius habent*, quod electoribus, „principibus & ſtatibus competit" (a).

(a) I. P. O. art. 5. §. 28.

§. 687. "Liberae quoque *imperii ciuitates*, prout o-„mnes atque ſingulae ſub appellatione ſtatuum imperii non „tantum in pace religionis & Weſtphalica, ſed & alias vbi-„que indubitate continentur, ita & ex illarum numero eae, „*in quibus vnica tantum religio anno 1624. in vſu fuit*, „*tam ratione iuris reformandi, quam aliorum caſuum* „*religionem concernentium*, in territoriis ſuis & reſpectu „ſubditorum, non minus ac intra muros & ſuburbia *idem cum* „*reliquis ſtatibus imperii* ſuperioribus *ius habent*; adeo-„que de iſtis generaliter diſpoſita & conuenta de his quoque „dicta et intellecta ſunt (a). *In quibus* ciuitatibus *vero* „imperii *mixtae religionis exercitium in vſu eſt*, Catholicis „epiſcopis contra ciues A. C. nulla eſt iuriſdictio, & Catho-„lici iuxta obſeruantiam dicti anni 1624. ſuo iure experiun-„tur" (b).

(a) I P. O. art. 5. §. 29.
(b) *Ibid.* §. 49.

4. DE GRAVAMINIBVS RELIGIONIS.

§. 688. Ex quo de ſecuritate mutua vtrique in Germania receptae religioni leges imperii fundamentales proſpexerunt (§. 658.);

(§. 658.); quaelibet ab vnius religionis conſortibus intuitu religionis illata alteri addictis laeſio GRAVAMEN RELIGIONIS fuit.

§. 689. *Pax Weſtphalica* e medio ſuſtulit omnia grauamina religionis antehac illata, normasque pro futuro in perpetuum obſeruandas praeſcripſit, adeo vt *abbinc grauamina religionis* potiſſimum *in violatione pacis Weſtphalicae* conſiſtant. Quales quidem violationes & ipſa pax Weſtphalica (a), & R. I. N. (b), & capitulationes Caeſareae (c) grauiſſimis ſanctionibus vetant, neque vllam proteſtationem aut contradictionem (d), nec vel ſcripta contraria inque alteram religionem iniuria (e) admitti, eaedem leges volunt. Verum innumera nihilominus omnis generis grauamina, in primis ex parte catholicorum illata Euangelicis, rerum geſtarum ſeries a pace Weſtphalica inde ad hanc vsque docet.

(a) I. P. O. integro articulo 17.

(b) R. I. N. §. 193.: "Daß kein Stand gegen den andern oder deſſen Land und Leute, oder auch gegen ſeine eigene Unterthanen und Bürger in Religions-Sachen wider den Friedensſchluß mit Gewalt und eigenmächtiger Beginnung das geringſte nicht attentiren oder vornehmen - - ſolle".

(c) CAPITVL. (1711.) art. 2. §. 3. in f.: "auch nicht geſtatten, daß in Religions-Sachen jemand, dem I. P., dem Nürnbergiſchen Executions-Receſſe, und denen mit andern habenden pactis entgegen vergewaltiget, graviret oder turbiret werde, (1690.) wie auch, daß an einigen Orten, von welchen das I. P. disponirt, in eccleſiaſticis & politicis, ſub quocumque praetextu, oder ungleicher Auslegung deſſelben, dargegen, (1658.) oder wider die im R. A. 1555. einverleibte Executions-Ordnung directe vel indirecte gehandelt werde".

 (d) I. P.

(d) I. P. O. art. 17. §. 3.: "Contra hanc tranſactionem, vllumue eius „articulum aut clauſulam *nulla iura* Canonica vel ciuilia, commu„nia vel ſpecialia, conciliorum decreta, priuilegia, indulta, edicta, „commiſſiones, inhibitiones, mandata, decreta, reſcripta, li„tispendentiae, quocumque tempore latae ſententiae, res iudi„catae, capitulationes Caeſareae & aliae, religioſorum ordinum „regulae aut exemtiones, ſiue praeteriti ſiue futuri temporis „*proteſtationes*, *contradictiones*, appellationes, inueſtiturae, trans„actiones, iuramenta, renuntiationes, pacta ſeu dedititia ſeu „alia, multo minus edictum anni 1629. vel tranſactio Pragenſis, „cum ſuis appendicibus aut concordata cum pontificibus, aut „interimiſtica anni 1548. vllaue alia ſtatuta, ſiue politica ſiue „eccleſiaſtica, decreta, diſpenſationes, abſolutiones, vel vllae „aliae, quocumque nomine aut praetextu excogitari poterunt, ex„ceptiones vmquam allegentur, audiantur, aut admittantur, nec „vſpiam contra hanc tranſactionem, in petitorio aut poſſeſſorio „ſeu inhibitorii ſeu alii proceſſus vel commiſſiones vmquam de„cernantur". CAPITVL. (1658.) art. 2. §. 6. in f.: "auch alle wider den Friedensſchluß eingewandte *proteſtationes* und *contradictiones*, ſie haben Namen, wie ſie wollen, und rühren woher ſie wollen, nach beſag erſtgedachten Friedensſchluſſes, verwerfen und vernichten, (add. 1711.: wie ſie dann auch längſt verworfen und vernichtet ſeynd").

(e) I. P. O. art. 5. §. 50.: "Vtriusque religionis magiſtratus „ſeuere & rigoroſe prohibeat, *ne quisquam* publice priuatimue „*concionando*, *docendo*, *diſputando*, *ſcribendo*, *conſulendo*, trans„actionem Paſſauienſem, pacem religioſam, vel hanc imprimis „ſiue declarationem ſiue tranſactionem vſpiam *impugnet*, dubi„am faciat, aut aſſertiones contrarias inde deducere conetur". CAPITVL. (1653.) art. 2. §. 6.: "Zumahlen auch diejenige, ſo ſich gegen jetztermeldten Friedens-Schluß, und darin beſtättigten Religions-Frieden, als ein immerwährendes Band zwiſchen Haupt und Gliedern, und dieſen unter ſich ſelbſten, zu ſchreiben, oder was in öffentlichen Druck herauszugeben, (als dadurch nur Aufruhr, Zwietracht, Mistrauen und Zank im Reich angerichtet wird) unternehmen würden, oder ſollten, gebührend abſtraffen, die Schriften und Abdruck caßiren, und gegen die auctores ſowohl als complices, wie erſt gemeldet, mit Ernſt verfahren". Add. Kayſers Caroli VI. Patent wegen der Schmähſchriften in Glaubens- und Staats-Sachen d. 18. Iul. 1715. in SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* p. 1288. ſq.

§. 690.

§. 690. Violatio pacis Weſtphalicae *vel* in eo conſiſtit, vt *nondum praeſtitum* ſit, quod in illa promiſſum; *vel* vt *contrarium* fiat, quam quod per illam licet.

§. 691. *Contra pacem Weſtphalicam* directe agitur vel *in genere*, veluti perſequendo alteram religionem eiue addictos, dictis ſcriptisue iniuriis aliisue quibuscumque factis, vel ſpeciatim *contra normam anni decretorii* innouando ſtatum religionis, aut vel extendendo plus iuſto exercitium religionis ſeu iurisdictionem eccleſiaſticam, item *denegando* aut plus iuſto circumſcribendo *beneficia* per pacem Weſtphalicam conceſſa, & quae ſunt reliqua.

§. 692. Qualiacumque iſtiusmodi *grauamina religionis inferuntur* potiſſimum *vel a domino territoriali*, qui diuerſae religionis aut iam a P. W. inde fuit, aut poſthaec demum factus, ſiue dominus ipſe religionem mutauerit, ſiue exſtinctae cui ſtirpi ſeu familiae alia alterius religionis ſucceſſerit; *vel a vicino* ſiue pariter Germano ſiue extero, itemque ſiue domino territoriali in dominum, ſiue altero domino in alterius ſubditos; *vel ab agnatis* ſiue ſtatibus, ſiue non ſtatibus, ſiue alterius iam a P. W. inde, ſiue mutatae demum poſthaec religionis.

§. 693. Qualecumque grauamen a quocumque Germaniae ſtatu vel ciue alteri cuicumque illatum ſit; paci Weſtphalicae conuenit, vt „ſi quid eorum, (quae in illa continentur) „a quocumque violari contigerit, *laeſus laedentem* in primis

 „a via

„a via facti *dehortetur*, cauſſa ipſa vel amicabili compoſi-
„tioni vel iuris diſceptationi ſubmiſſa" (a).

(a) I. P. O. art. 17. §. 5.

§. 694. Iudex ſupremus grauaminum religionis Imperator eſt, eiusue loco alterutrum ſupremum imperii tribunal, quod pro decernendis mandatis pars laeſa adire poteſt (a), quodque vtrumque eam ob rem potiſſimum "adlectis ex vtraque „religione pari numero aſſeſſoribus", cauſſas eccleſiaſticas vt & politicas inter catholicos & A. C. addictos vertentes iudicare (b), & catholicis in vnam, A. C. vero aſſeſſoribus in aliam ſententiam abeuntibus, eas ad comitia imperii vniuerſalia remittere (c) iubet pax Weſtphalica.

(a) R. I. N. §. 193.: "Daß kein Stand gegen den andern oder deſſen Land und Leute, oder auch gegen ſeine eigene Unterthanen und Bürger in Religions-Sachen wider den Friedens-Schluß mit Gewalt und eigenmächtiger Beginnung das geringſte nicht attentiren oder vornehmen, ſondern ein jeder dasjenige, was er vermeynt, daß ihm gebühre, mit behörigem Wege Rechtens ſuchen, und denen, ſo darwider beſchwert würden, auf Begehren, *Mandata inhibitoria* gehöriger Orten ertheilet und vollzogen werden ſollen".

(b) I. P. O. art. 5. §. 54.

(c) *Ibid.* §. 56.

§. 695. "Verum tamen ſi neutro horum modorum", nec amicabili compoſitione, nec iuris diſceptatione, "*intra ſpati-*
„*um trium annorum* terminetur controuerſia; tenentur o-
„mnes & ſinguli pacis Weſtphalicae conſortes, *iunctis*
„cum parte laeſa *conſiliis viribusque*, *arma ſumere*
„ad

„ad repellendam iniuriam, *a paſſo moniti*, quod nec amici-
„tiae, nec iuris via locum inuenerit (a).

(a) I. P. O. art. 17. §. 6.

§. 696. *Vniuerſo* itaque *corpori*, cuius eſt laeſus, veluti Euangelicorum in grauaminibus a catholicis illatis, eſt ***ius debortandi*** laedentem, item ſuadendi & mediandi amicabilem compoſitionem, atque ***intercedendi*** apud Imperatorem, vti & cuilibet alteri haec iura negari nequeunt. Sed nec hoc demum negari poteſt corpori, vt vel *repreſſalia* vrgente neceſſitate ſtatuat, vel plane iunctis viribus ***arma ſumat***, quando violari pacem Weſtphalicam, & e medio grauamen tolli, nec amicabili compoſitione, nec via iuris intra triennium contingit.

§. 697. Haec omnia in ſingulis religionis grauaminibus licent. At nihilo ſecius a pace Weſtphalica inde tot cumulata & ad hanc vsque diem reſidua ſunt grauamina religionis, de quibus Euangelici queruntur, vt vel in claſſes ratione temporis ea diſpeſci oporteat, multoque grauior iam dudum quaeſtio de tollendis in vniuerſum grauaminibus iſtis tractata ſit.

§. 698. *A pace Weſtphalica* inde prima grauaminum religionis periodus conſtitui poteſt, *vsque ad pacem Ryswicenſem.* Quo temporis ſpatio inprimis in terris ſub praetextu reunionis a Gallia inuaſis perfrequenter immutatus ſtatus religionis anno decretorio conformis, & ſimultaneum introductum fuit. Ipſique demum paci ſingulari fato & inaudito ex-

emplo intruſa clauſula: "religione tamen catholica Romana in „locis ſic reſtitutis, in ſtatu, quo nunc eſt, remanente" (a).

(a) PAX RYSWIC. art. 4. SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* p. 1120.

§. 699. Ipſa haec *clauſula Ryswicenſis*, a corpore Euangelicorum iure meritoque haud agnita, praecipuum poſthaec grauamen religionis, & fecundiſſima infauſti ominis diſputandi materia nouorumque grauaminum mater fuit (a), maxime quum contra ſpem in pacificatione Vltraiectina factam, nec *pace Badenſi* nec poſthaec eius abolitio obtineri potuerit.

(a) CAPITVL. (1690.) art. 4. §. 12.: "Wir ſ. u. w. auch bey erfolgendem Frieden ernſtlich daran ſeyn, damit das von dem Feind im Reich occupirte, oder in eccleſiaſticis & politicis geänderte, zu der bedrückten Stände und deren Unterthanen Conſolation in den alten, denen Reichs-Fundamental-Geſetzen und Friedensſchlüſſen (add. 1711.: worunter doch die A. C. Verwandten den Ryswickiſchen Frieden nicht verſtanden haben wollen, die Catholiſche aber ſothane Reſervation an ſeinen Ort ausgeſtellt ſeyn laſſen,) gemäßen Stand reſtituiret werde".

§. 700. *Poſt pacem Badenſem* de nouo ita increuit grauaminum religionis numerus, vt vel ageretur anno 1720. de reſtituendis modo *prouiſorie* interim hiſce nouis grauaminibus *ad ſtatum pacis Badenſis*, ſaluo ceterum iure anni decretorii. Sed ne hoc quidem intra terminum quatuor menſium eo tempore definitum praeſtitum fuit, eoque ipſo iſta prouiſoria conuentio ſua efficacitate iterum deſtituta.

§. 701. Nec porro abhinc noua deſierunt grauamina tum ab anno 1720. vsque ad annum 1740., tum in interregno 1740. & ſub Carolo VII., tum ab anno 1745. ad hanc vsque diem.

§. 702.

§. 702. Saepius interea actum fuit *de modo tollendi in vniuerſum grauamina religionis* ſiue per commiſſiones locales, ſiue per deputationes. Nec tamen quidquam cum effectu definiri potuit, niſi quod nouiſſimis capitulationibus ſtatutum, vt Imperator ad repraeſentationes ſuper grauaminibus religionis decernat, quae paci Weſtphalicae conueniunt, eaque confeſtim exſecutioni mandari curet, nec proceſſus in cauſſis religionis admittat (a).

(a) CAPITVL. (1742.) art. I. §. II.: "Wo auch ſelbige (A. C. verwandten) ſich gegen das I. P., Nürnbergiſchen Executions-Receß, arctiorem modum exequendi und andere Reichs-conſtitutiones beſchweret zu ſeyn erachteten, ſollen und wollen Wir Uns auf ihre, der A. C. Verwandten Churfürſten, Fürſten und Stände, (die Reichs-Ritterſchaft mit einbegriffen), ſamt oder ſonders an Uns thuende Vorſtellungen, ohne allen Anſtand, obgedachten Reichs-Grundgeſetzen gemäß, entſchließen; ſofort ſothane Unſere Entſchließung denſelben zu wiſſen thun, ſolche auch ohngeſäumt zum würklichen Vollzug bringen; keineswegs aber in cauſſis religionis Proceſſe verſtatten; ſondern darunter lediglich oberwehnten Reichs-Grundgeſetzen nachgehen; nicht weniger daran ſeyn, damit die bishero angebrachte, zur Zeit noch unerledigte Religions-Beſchwerden des förderſamſten Reichs-Geſetzmäßig abgethan werden: (1658.) wie Wir ihnen, Churfürſten und ſämtlichen ihren Religions-Verwandten, (add. 1742.: ein gleiches aber auch jenen der Catholiſchen Religion,) kraft dieſes verſprechen, und Uns hiemit (add. 1742.: zu einem wie andern) verbinden".

## 5. DE IVRIBVS REFORMATORVM IN SPECIE.

§. 703. Sub proteſtantibus ſiue A. C. addictis in pace Weſtphalica etiam REFORMATI comprehenduntur (a). Et quidquid adeo in art. 5. iſtius pacis ratione catholicorum ſtatutum;

tutum; id concernit Catholicos ex vna, & proteſtantes ex altera parte, inque his non magis Lutheranos quam reformatos, nulla amborum diſtinctione facta. Contra non proinde valet inter ipſos Lutheranos ac reformatos annus decretorius ibi praeſcriptus, nec quidquid de iure reformandi, emigrandi cet. ibi ſtatutum reperitur.

(a) I. P. O. art. 7. §. 1.: - - "Placuit, vt *quidquid iuris* aut „beneficii, cum omnes aliae conſtitutiones imperii, tum pax „religionis & publica haec transactio, in eaque deciſio grauami„num caeteris catholicis & *A. C. addictis ſtatibus & ſubditis* tri„buunt; *id etiam iis, qui inter illos reformati vocantur*, compe„tere debeat".

§. 704. *De Lutheranis ac reformatis inter ſe* ſeorſum ſtatuit pax Weſtphalica art. 7. 1) vt ſeruentur pacta, priuilegia, reuerſales & diſpoſitiones qualescumque, non reſtrictae, vti ratione Catholicorum, ad certum annum, ſed indiſtincte (a); 2) vt ſeruetur quoque poſſeſſio, non tantum vti 1624. fuit, ſed generatim ex natura poſſeſſorii, etiam momentanei (b).

(a) I. P. O. art. 7. §. 1.: "*ſaluis* tamen ſemper ſtatuum, qui „proteſtantes nuncupantur, inter ſe & cum ſubditis ſuis con„ventis *pactis*, priuilegiis, reuerſalibus, & diſpoſitionibus a„liis, quibus de religione eiusque exercitio & inde dependenti„bus, cuiusque loci ſtatibus & ſubditis hucusque prouiſum eſt, „ſalua itidem cuiusque conſcientiae libertate".

(b) *Ibid.* verbis: "*vbi* alterius partis facta exercitio publico *de* „*praeſenti vigent*" &c. - - &: " fas ei non ſit - - religionis exerci„tium, leges aut conſtitutiones eccleſiaſticas *hactenus ibi rece*„*ptas* immutare", cet.

§. 705. Si, quod ad Lutheranos & reformatos inter ſe invicem attinet, mutatio contingit ratione domini territorialis, ſiue

ſiue vt ille religionem mutet, ſiue iure ſucceſſionis alioue titulo alterius religionis dominus ſuccedat; licet illi quidem in ſua reſidentia ſuae confeſſionis concionatores aulicos habere (a), ſed ſine vllo alterius religionis impedimento aut praeiudicio (b), adeo vt vel ipſis huius communitatibus tunc permiſſum ſit ſcholarum & eccleſiarum ſuarum miniſtros nominare vel praeſentare (c).

(a) I. P. O. art. 7. §. 1.: "Quoniam controuerſiae religio„nis, quae inter modo dictos proteſtantes vertuntur, hactenus „non fuerunt compoſitae, ſed vlteriori compoſitioni reſeruatae „ſunt, adeoque illi duas partes conſtituunt; ideo *de iure refor„mandi* inter vtramque ita conuentum eſt, vt *ſi aliquis* princeps, „vel alius territorii dominus, vel alicuius eccleſiae patronus poſt„hac *ad alterius partis ſacra tranſierit*, *aut principatum* aut di„tionem, vbi alterius partis ſacra exercitio publico de praeſenti „vigent, ſeu *iure ſucceſſionis*, ſeu vigore praeſentis tractatus pa„cis, *alioue quocunque titulo nactus fuerit*, aut recuperarit, ipſi „quidem *concionatores aulicos* ſuae confeſſionis, citra ſubditorum „onus aut praeiudicium, ſecum atque in reſidentia ſua habere „liceat".

(b) *Ibid.*: "*At fas ei non ſit*, vel *publicum religionis exerciti„um*, leges aut conſtitutiones eccleſiaſticas, hactenus ibi rece„ptas, *immutare*, *vel templa*, ſcholas, hoſpitalia, *aut eo perti„nentes reditus*, penſiones, ſtipendia prioribus adimere, ſuorum„que ſacrorum hominibus applicare, *vel* iuris territorialis, epi„ſcopalis, patronatus alioue quocumque praetextu *ſubditis mi„niſtros alterius confeſſionis obtrudere*, *vllumue aliud impedimen„tum aut praeiudicium* directe vel indirecte alterius ſacris *af„ferre*".

(c) *Ibid.*: "Et vt haec conuentio eo firmius obſeruetur, *li„ceat* hoc mutationis caſu *ipſis communitatibus praeſentare*, *vel* „quae praeſentandi ius non habent, *nominare*, idoneos *ſchola„rum & eccleſiarum miniſtros* a publico loci conſiſtorio & mini„ſterio, ſi eiusdem cum praeſentantibus vel nominantibus com„munitatibus ſunt religionis, vel hoc deficiente, eo loco, quem

„ipſae communitates elegerint, examinandos & ordinandos, atque a principe vel domino poſtea ſine recuſatione confirmandos".

I. *Quodſi* etiam "aliqua *communitas*, eueniente mutationis „caſu, domini ſui religionem amplexa, *petierit ſuo ſumtu exercitium*, cui princeps vel dominus addictus eſt; *liberum eſt, ſine reliquorum praeiudicio, ei illud indulgere*, a ſucceſſoribus „non auferendum. At conſiſtoriales ſacrorum viſitatores, profeſſores ſcholarum & academiarum, theologiae & philoſophiae, „non niſi eidem religioni addicti ſint, quae hoc tempore quolibet in loco publice recepta eſt", pax Weſtphalica ſancit art. 7. §. 2.

§. 706. Haecce omnia *de mutationibus futuris* (a) inter Lutheranos & reformatos ſanxit pax Weſtphalica. *Inter Catholicos & proteſtantes* allegari ea nequeunt. Nec enim regula: quod vni parti, id & alteri parti iuſtum ſit, vltra, quam de corpore ad corpus, extendi poteſt.

(a) I. P. O. art. 7. §. 2.: "Sicut autem ſupradicta omnia *de „mutationibus futuris* intelligenda ſunt; ita iuribus principum „Anhaltinorum & ſimilium, quae ipſis competunt, nullum adferant praeiudicium".

CAP.

## CAP. IX.

# DE IVRIBVS IMPERATORIS ET STATVVM, EX NEXV FEVDALI.

§. 707. *Nexus feudalis* in imperio *duplex* eſt (§. 33. ſq.), prouti *vel* Imperator (§. 130. ſq.), *vel* ciuis aut ſtatus imperii dominus directus eſt (§. 140. ſq.)

§. 708. *Imperator dominus directus* eſt non modo ſtatuum, qui vel integra territoria, vel regalia tantum aliaue iura aut praedia reditusue in feudum ab illo tenent, ſed & aliorum qualiumcumque Germaniae ciuium, qui feuda imperii qualiacumque poſſident (a).

(a) CAPITVL. (perpet. & 1711.) art. 11. §. 1.: "den Churfürſten, Fürſten und Stånden des Reichs, die unmittelbare Reichs-Ritterſchaft mit begriffen, und andern Reichsvaſallen". CAPITVL. (perpet. 1711.) art. 11. §. 5.: "ein Churfürſt, Fürſt oder ſonſt unmittelbarer Stand und Lehenmann des Reichs".

§. 709. *Status imperii*, & vel alii Germaniae ciues, *domini directi* ſunt non modo eorum ex ſubditis ſuis, qui feuda ab illis tenent, ſed & ex aliis Germaniae ciuibus, ſiue immediatis, ſiue alteri ſtatui ſubiectis mediatis (a).

(a) CAPITVL. (1637.) art. 21. §. 1. "Churfürſten, Fürſten und Stånde des Reichs, (add 1658.: Die freye Reichs-Ritterſchaft mit begriffen) wegen ihrer angehöriger Lehen, ſie ſeyen gelegen, wo ſie wollen". CAPITVL. (1711.) art. 20. §. 7.: "Die Particular-Lehen, ſo nicht immediate von uns und dem Reiche, ſondern von andern herrühren".

§. 710. Imperator & ſtatus in eodem dominio directo concurrere poſſunt, quando vaſallus Imperatoris dominium vtile ſuum dedit alteri in *ſubfeudum*, vel feudum ſuum alteri ſubdomino obtulit.

§. 711. *Imperatoris* tamquam domini directi, eiusque vaſallorum *iura* ex legibus imperii, obſeruantia & iure feudali communi aeſtimanda ſunt. *Status* tamquam domini directi eorumque vaſalli praeterea, & primo quidem loco, legibus & obſeruantia cuiusque curiae feudalis ſpecialibus vtuntur, iisque ſic per Germaniam diuerſis, vt notitiae rerumpublicarum Germaniae ſpecialium relinqui debeant. De ſuprema Imperatoris circa feuda poteſtate notanda in primis, quae de inueſtitura & iurisdictione legibus & obſeruantiae conueniunt.

§. 712. Praemonendum ante omnia, Imperatorem proprie ſupremae poteſtatis feudalis non aeque ac iudiciariae participem reddidiſſe *cameram imperialem* anno 1495. inſtitutam. Ideoque ex quo deſiit mos antiquus adhibendi *pares curiae*, horum loco adhibuit Imperator *conſiliarios* ſuos *imperiales aulicos*; & arbitrio tantum Imperatoris relictum pace Weſtphalica, "in cauſſis maioribus, & vnde tumultus in „imperio timeri poſſent, inſuper etiam quorumdam vtriusque „religionis electorum & principum ſententias & vota requi„rere" (a).

(a) I. P. O. art. 5. §. 54. in f.

§. 713. Deinde *inueſtituram*, quam proprie nemo, qui feudum poſſidet, omittat, fas eſt, ſiue feudum plane de no-

vo vel ex noua gratia obtineat, ſiue de renouanda tantum inveſtitura ob mutationem ex parte domini vel vaſalli agatur, in feudis imperii *olim* ab ipſo Imperatore *ſub Dio*, & adhibitis quidem in feudis regalibus ſymbolorum loco *vexillis*, peractam fuiſſe conſtat, *translatam* ſerius *in curiam*. Hic mox *plerique* tantum *per mandatarios* comparuere vaſalli. Imperator tamen ipſe *quosdam* admittere *coram throno* continuauit, veluti electores ac principes inueſtiendos; reliquos conſilio imperiali aulico inueſtiendos commiſit.

§. 714. Hinc praecipua hodie feudorum imperii diſtinctio eſt, vt aut *feuda throni* ſint, aut ſecus; illa nempe, quorum inueſtitura ab ipſo Imperatore & coram throno caeſareo accipitur; haec, quorum inueſtitura tantum nomine Imperatoris in conſilio imperiali aulico peragitur. Ad illa tantum electorum ac principum feuda, ad haec reliqua omnia pertinent.

§. 715. Qualecumque feudum & genus inueſtiturae ſit, *intra fines imperii* ea expedienda eſt (a). In conſilio aulico *requiſita* prius praeſtari & diiudicari debent, quam ad ipſam inueſtituram admittatur inueſtiendus.

(a) CAPITVL. (perpet ex mon. princ. & 1711.) art. 16. §. 2.: "Wir ſ. u. w. auch keinen Stand oder Unterthanen des Reichs - - auſſerhalb dem Reich Teutſcher Nation - - laden, oder auch wegen der Lehen=Empfängniß dahin zu kommen begehren".

§. 716. Si de renouanda inueſtitura agitur, inueſtiendum *ſupplicare pro renouatione inueſtiturae*, eique ſupplicae ante omnia poſtremas, quae praeceſſerunt, inueſtiturae litte-

ras in forma authentica, veluti vidimatas a regiſtratore imperiali aulico, addere oportet.

§. 717. Quodſi *ob vaſalli mortem* renouanda inueſtitura; doceri praeterea debet eius mors, & legitima noui vaſalli ſucceſſio, ſiue per documentum proximae agnationis, ſiue, ſi clericus eſt, per documentum legitimae electionis a capitulo ſignatum, cui additur confirmatio papalis & breue apoſtolicum, quo Imperatori confirmatus commendatur.

§. 718. Si *vaſallus praeſens*, niſi diſpenſetur, ipſe inveſtituram ſumere debet; & quod ad feuda minora attinet, ne diſpenſatur quidem facile vaſallus praeſens. Sin *abſens vaſallus*; excuſata eius, niſi regis forte, abſentia, a mandatario pluribusve, quorum vnus ſaltem in feudis regalibus neceſſario debet eſſe aus dem Herrn= oder Ritterſtande (a), atque electorum ſeu principum eccleſiaſticorum nomine ſiue ex gremio capituli, ſiue alia ſeculari perſona (b), proferri oportet mandatum ſpeciale ad praeſtandum iusiurandum fidelitatis.

(a) R. H. R. Gemeiner Beſcheid vom 28. Aug. 1683.: "Daß von Churfürſten und Fürſten zu Empfahung der Lehen ihre vornehme Miniſtri aus dem Herren= oder Ritter=Stande zum Kayſerlichen Hofe geſchickt und abgeſendet werden". Schmauß corp. iur. publ. p. 1114,

(b) CAPITVL. (1741. ex mon. Treuir.) art. 11. §. 4.: "Beſonders auch den geiſtlichen Chur= und Fürſten keine Maaß vorſchreiben, ob dieſelbe zu Empfangung ihrer Reichs=Lehen vor dem Kayſerlichen Throne geiſtliche ex gremio capitulorum, oder weltliche Gevollmächtigte abzuſchicken, für gut befinden mögen".

§. 719. Omnia haec proprie peragi oportet intra *terminum anni & diei*, qui, ſi mutatio *ex parte domini* contingit,

tingit, a comperta morte Imperatoris computatur, vel in feudis throni a noua Imperatoris electione; ſin mutatio *ex parte vaſalli*, a comperta morte anteceſſoris, vel, ſi vaſallus clericus, ab electione noua.

§. 720. Quodſi intra iſtum terminum ſupplicare pro renouanda inueſtitura ac praeſtare requiſita impeditur vaſallus; prorogationem ſiue INDVLTVM, ſoluta pro quouis menſe a principibus 15. florenorum taxa, peti oportet. *Moroſos* rigore feudali compelli, fas eſt.

§. 721. Exhibita ſupplica pro concedenda inueſtitura, in conſilio imperiali aulico fit *relatio*; vtrum reuera adſint cuncta requiſita, quorum vnum alterumue ſi adhuc deficere obſeruatur, per *praelocutoriam* ſub certo termino id ſuppleri iubetur.

§. 722. Speciatim quando de nouo confertur feudum, aut ad collaterales id transit; praeter reliqua feudorum requiſita ante omnia tribunal aulicum exigit *laudemium*, quod poſt varia ſtatuum grauamina, reſtrictum quidem, non ſublatum in capitulationibus nouiſſimis (a), ſaepenumero adhuc locum habet, & ab ipſo ſenatu definitum inter ſingula eius membra diſtribuitur.

(a) CAPITVL. (perpet. & 1711.) art. 11. §. 2.: "Vielweniger die Reichsbelehnung - - wegen der illiquiden und ſtreitigen Lehen-Taxen (add. 1742.: oder Laudemien-Gelder und dergleichen) aufhalten". CAPITVL. (ex mon. princ. 1653. & 1663. in perpet. & 1711.) art. 17. §. 19.: "Vielweniger die Churf. F. und Stände mit denen (add. 1742.: Laudemien und) Anfalls-Geldern von denen Lehen, damit ſie allbereit coinveſtirt geweſen, oder

oder ſonſt mit ungewöhnlichen Anforderungen nicht beſchweren, noch beſchweren laſſen".

§. 723. Quodſi cunctis requiſitis ſatisfactum, in feudo regali per *votum ad Imperatorem*, in reliquis per ſimplex *concluſum*, ſupplicantem admitti poſſe ad iuramentum, ſtatuitur.

§. 724. *Ipſa* deinde *inueſtitura* in feudis regalibus & throni, poſteaquam, qua die & hora fieri debeat, ab Imperatore definitum, & per ſupremum aulae praefectum ablegatis inueſtiendi ſignificatum fuit, ab ipſo Imperatore *coram throno* a genuflexis recipitur.

I. "Bini plerumque principis inueſtiendi legati poſt trinam genuflexionem accedunt Imperatorem in ſolio ſedentem. Legatus primarius ita genuflexus breui oratione principalis abſentiam excuſat, eiusque nomine inueſtituram petit. Imperator vicecancellario ad ſiniſtram ſtanti pauca verba in aurem dicit, qui itidem breui oratione indicat, ſacram caeſaream maieſtatem ex cauſſis adductis ſuper omiſſa perſonali comparitione gratioſiſſime diſpenſare, legatisque inueſtituram conceſſurum, quem in finem iuramentum iam ab iis eſſe praeſtandum. Surgunt legati, & propius ad Imperatorem adſcendentes iterum in genua procumbunt. Imperator caput detegit. Cubicularius ſinui ipſius Euangeliorum librum apertum imponit, quem legati digitis tangunt, & iuramentum a vicecancellario praelectum repetunt. Remoto Euangeliorum libro Imperator caput iterum tegit, & ab aulae mareſchallo ad dextram ſtante gladium nudum accipit, eiusque conum legatis deoſculandum praebet. Legati paullulum deſcendentes iterum in genua procumbunt; ſecundarius gratiarum actionem peragit, & poſtquam eo, quo venerunt,

nerunt, modo receſſerunt, Imperator quoque ſurgit". Ita res optime deſcribitur in *principiis proceſſus imp. aul.* cap. 10. §. 61. p. 98., quorum hic vſus ſui verbis.

§. 725. In *feudis minoribus* poſt decretum admiſſorium, praeſes conſilii aulici definit diem, quo inueſtiendus in ſenatu finita ſeſſione comparet, & apertis foribus, ſtans & ſtantibus ſimul tum praeſide tum conſiliariis, praelectum a ſecretario iusiurandum iurat.

§. 726. Facta inueſtitura adnotatur in protocollo, & quidem de feudis throni deſcribuntur cunctae circumſtantiae ceremoniales im Oberſt-Hofmarſchall-Amts-Protocoll. De ceteris protocollo conſilii imperialis aulici tantum inſcribitur: *N. N. praeſtitit iuramentum inueſtiturae.* Talisque protocolli petentibus extractus datur. Ipſaeque demum *litterae inueſtiturae*, & quidem ſecundum priſtinum tenorem (a), in cancellaria imperiali (b) expediuntur.

(a) CAPITVL. (1612.) art. 11. §. 1.: "Wir ſ. u. w. auch die Lehen und Lehenbriefe - - jedesmahl nach dem vorigen Tenor (add. 1742.: in ſo weit nicht die inzwiſchen von Seiten dererſelben vorgekommene beſondere Umſtände eine andere Einrichtung erfordert,) unweigerlich, und ohne Contradiction, als welche zum rechtlichen Austrag zu verweiſen, ungehindert wiederfahren".

(b) CAPITVL. (1658. ex mon. Colon.) art. 11. §. 8.: "Und ſollen auch die Lehen-Briefe, und Exſpectantien über des heiligen Reichs angehörige Lehen bey keiner andern, als bey der Reichs-Canzley inskünftige ertheilet und ausgefertiget werden".

§. 727. Antequam autem haec omnia peragantur, a concluſa inde admiſſione ad inueſtituram, *intra menſem* neceſſe

 eſt,

eſt; vaſallus *reliqua* adhuc *praeſtanda* exſoluat *cancellariae*, eorumque ſolutionem prius doceat, quam ipſa inueſtitura peragatur.

§. 728. Nimirum primo loco adhuc cancellariae imperiali aulicae debentur 1) in ſingulis inueſtituris *ordinaria iura* pro expediendis litteris inueſtiturae a quocumque inueſtiendo exſoluenda; 2) Feuda minora inſuper ſuam quaeque habent *taxam* (Lehens-Tax) in quauis inueſtitura ſoluendam (a), qua immunia ſolum ſunt feuda throni; 3) quoties conſilium imperiale aulicum exigit laudemium; toties cancellaria poſcit Anfallsgelder (b).

(a) CAPITVL. (perpet. & 1711.) art. 17. §. 18.: "In der Lehentax - - keine Erhöhung ohne der Stände Willen aufkommen laſſen".

(b) CAPITVL. (ex mon. princ. 1653. & 1658. in perpet. & 1711.) art. 17. §. 19. Vid. ſupra §. 722. not. a.

§. 729. Praeterea ſunt, quae pro inueſtitura feudorum throni non electoralium (a) debentur *officialibus* imperatoris *hereditariis & aulicis*, atque pariter in cancellaria exſoluuntur, quae vocant *Douceurs* für die Erbämter (b); praeterquam quod finita inueſtitura throni qualicumque ſuperſunt alia ſoluenda *officialibus aulae minoribus*, als dem älteſten Cammerdiener, der das Evangelien-Buch hält, den Cammer-Fouriers, Thürhütern, Tapezirern, Trabanten ꝛc. (c).

(a) A. B. cap. 29. §. 1.: "Principes electores, eccleſiaſtici „& ſeculares, dum feuda ſua ſiue regalia ab Imperatore vel „Rege recipiunt, ad dandum vel ſoluendum aliquid nulli peni„tus ſint adſtricti. Nam pecunia, quae tali praetextu perſolui-tur,

„tur, officiatis debetur. Quum ergo ipſi principes electores cun„ctis imperialis curiae praeſint officiis, ſuos etiam habentes in „officiis huiusmodi ſubſtitutos, datos ad hoc a Romanis princi„pibus & doratos, videretur *abſurdum*, quod *ſubſtituti officiales* „*a ſuis ſuperioribus* quocunque quaeſito colore *exenia poſtula*„*rent*; niſi forte ipſi principes electores ſponte & liberaliter his „aliquid largirentur".

(b) Schmauß corp. iur. publ. p. 1064.

(c) Schmauß l. c. p. 1063. ſq.

§. 730. Demum *ob plures caſus*, ſiue ex parte Imperatoris, ſiue ex parte vaſalli concurrentes, ſiue reſiduos, cuiusque praeſtandi ſimplum toties exigitur, quot caſus ſunt. Vnicae tamen inueſtiturae, licet plurium feudorum, modo ſimplum praeſtari (a); neque *noua praeſtanda* (b), aut *editionem pactorum familiae* occaſione inueſtiturae exigi, moramve ideo inueſtiturae iniici (c), leges volunt.

(a) CAPITVL. (perpet. & 1711.) art. 17. §. 18. "In der Lehens-tax wollen wir bey der Verordnung der G. B., vermöge deren von einer Belehnung, wann gleich verſchiedene Lehen empfangen werden, mehreres nicht, als ein einfacher Tax zu entrichten, verbleiben, und darwider kein Herkommen einwenden".

(b). CAPITVL. (perpet. & 1711.) art. 17. §. 19. verbis: "oder ſonſt mit ungewöhnlichen und neuerlichen Anforderungen". Vid. ſupra §. 722. (a).

(c) CAPITVL. (ex mon. Brand. 1654. & ex mon. princ. 1658.) art. 11. §. 1.: "Dabey auch dieſelbe (ſcil. Reichsvaſallen) mit der Edition der alten *pactorum familiae* nicht beſchweren, vielweniger die Reichsbelehnung wegen erſtgedachter Edition der pactorum familiae, welche jedoch, wann ſie nach denen Reichs-Grund-Geſetzen, auch habenden, und gleichfalls Reichs-Conſtitutionsmäßigen Kayſerlichen privilegiis aufgerichtet, durch dergleichen Belehnungen an ihrer Validität und Verbindlichkeit nichts abgehen ſolle, die ſeyen neue oder alte, noch wegen der illiquiden und ſtreitigen Lehen-

Lehen-Taxen, (add. 1742.: oder Laudemien-Gelder, und dergleichen) aufhalten.

§. 731. De feudo in *vaſallum minorennem* deuoluto ſpeciatim ſancitum eſt, vt renouetur a tutore intra annum & diem a ſuſcepta tutela cum omnibus praeſtandis, idque ſtringat minorem, aetatem maiorem adeptum, nec ideo opus ſit ab hoc repeti inueſtituram, nec vlla alia praeſtanda (a).

(a) CAPITVL. (1711. ex mon. princ. 1663.) art. 11. §. 5. 6.: "Wenn auch ein Churf. F. oder ſonſt unmittelbarer Stand und Lehen-Mann des Reichs mit Tode abgehet, und minderjährige Lehens-Erben ſiue puberes ſiue impuberes, hinter ſich verläſſet; ſo ſoll der Vormünder, oder die Vormündere, nach angetretener würklichen Adminiſtration der Tutel oder Curatel, ihre der minderjährigen von dem Reich habende Regalien und Lehen, innerhalb Jahr und Tag würklich ſuchen, und bey der darauf folgenden Belehnung das gewöhnliche iuramentum fidelitatis ablegen, und die Gebühr entrichten; an welche derer Vormünder Empfangung und eydliche Verſprechung die minderjährige ſelbſten nach erlangter Pubertät und reſpectiue Majorennität, dergeſtalt gebunden seyn ſollen, als wenn ſie minderjährige berührte Regalien und Lehen, nach übernommener Regierung ſelbſten empfangen, und den Lehens-Eyd erſtattet hätten. (§. 6.) Dargegen ſollen und wollen wir ſie, Minderjährige, nach erlangter ihrer Pubertät oder Majorennität zu anderwärtiger Empfängniß ſolcher Lehen und Regalien, wie auch Lehens-Eyd nicht, vielweniger einer doppelten oder weiteren Entrichtung des Lehen-Taxes anhalten, ſondern ſie bey obgedachter erſter denen Vormündern ertheilten Belehnung allerdings laſſen".

§. 732. Vti ipſe quoque *Imperator* in alia qualitate, qua poſſeſſor terrarum hereditariarum, feuda imperii habere poteſt; ita & horum intuitu ad inueſtituram legibus adſtrictus eſt, aut ſaltem ad reuerſum eam ob rem pro ſecuritate imperii dandum (a). Contra ne fidelitatem a vaſallis imperii iurato pro-

promittendam ſibi in alia, quam Imperatoris, qualitate ſtipuletur, pariter caute ſancitum eſt (b).

(a) Capitvl. (1612.) art. 10. §. 11.: "Da auch wir deren (Reichs-Lehen) eines oder mehr uns angehend befinden, ſo wollen wir das oder dieſelbe ohnweigerlich empfangen, oder wenn das nicht bequemlich geſchehen könnte, deswegen dem Reich zu deſſen Verſicherung gebührenden Revers und Recognition zuſtellen laſſen".

(b) Capitvl. (ex mon. princ. Euang. 1653. & 1658. in perpet. & 1711.) art. 11. §. 3.: "Noch die Reichs-Lehens-Pflicht auf unſer Haus zugleich richten".

§. 733. Circa *iurisdictionem* Imperatoris *feudalem* diſtinguendae ſunt cauſſae feudales, quae ſtatus imperii aliosue Germaniae ciues, qua vaſallos, vel qua dominos directos concernunt.

§. 734. In cauſſis feudalibus *ſtatus imperii qua vaſallos* concernentibus, ſi de territoriis agitur, expreſſa lex cognitionem priuatiue conſilio imperiali aulico vindicat (a). In ceteris etiam camera imperialis concurrit. Neque ipſi illius legis limites adeo clari ſunt, vt ſine interpretatione authentica rite definiri poſſint (b).

(a) Ord. regimenti 1521. §. 7., O. C. 1555. & C. O. C. P. 2. tit. 7.: "Ob auch Sachen Fürſtlen, Fürſtenthümer (Herzogthümer,) Graffſchaften ꝛc. belangend, ſo vom Reiche ohne Mittel zu Lehen rühren, ſo einem Theile gänzlich und endlich abgeſprochen werden ſollen; derſelbigen Erkenntniß wollen wir uns als Römiſcher Kayſer vorbehalten".

(b) Vide litteras collegiales electorum ad Imp. Car. VII. de 14. Febr. 1742. ad capitul. art. 16. §. 7. apud Schmavss. in *corp. iur. publ.* p. 1498.

§. 735. In cauſſis feudalibus *ſtatus imperii qua dominos directos* concernentibus, hi ipſi iurisdictionem feudalem exercent, vt ne ex capite quidem laeſae maieſtatis Imperatori ſeſe immiſcendi illis ius ſit (a). Ceterum tamen ſubordinata illa, vti omnis alia ſtatuum iurisdictio, eſt ſub ſuprema Imperatoris inſtantia. Priuilegia autem fori etiam hic attendi oportet (b). Et primae inſtantiae iurisdictionem nec ſub praetextu continentiae cauſſarum, neque iudicii vniuerſalis a iudiciis imperii exerceri, legibus conuenit (c).

(a) CAPITVL. (1637.) art. 21. §. 1. 2. 3.: "Wir gereden und verſprechen, Churf. F. und Stände des Reichs, die freye Reichs-Ritterſchaft mit begriffen, wegen ihrer angehöriger Lehen, die ſeyen gelegen, wo ſie wollen, (add. 1742.: bey ihren Lehenherrlichen Befugniſſen, auch Gerichtbarkeit, in denen dahin, nach den Lehen-Rechten, gehörigen Fällen allerdings ohnbeeinträchtiget, und ihnen darin von keinem Reichs-Gericht neque ſub praetextu continentiae cauſarum neque iudicii vniuerſalis, eingreiffen zu laſſen. (§. 2.) Wann auch derenſelben Vaſallen, oder Unterthanen, ex crimine laeſae maieſtatis, oder ſonſten, dieſelbe verwürket hätten, oder noch verwürcken möchten; ſo wollen und ſollen Wir ſie derhalben nach ihrem Willen ſchalten und walten laſſen, (§. 3.) Keineswegs aber die gedachte Lehen zum Kayſerlichen fiſco einziehen, noch ihnen die vorige, oder andere Vaſallen aufdringen".

(b) CAPITVL. (perpet. & 1711.) art. 18. §. 4.: "einen jeden bey ſeiner Immedietät, priuilegiis de non appellando & euocando, ſowohl in Civil- und Criminal- (add. 1742.: als Lehens-Sachen) - - - bleiben laſſen".

(c) CAPITVL. (1742.) art. 21. §. 1. verbis: "und ihnen darinn von keinem Reichsgerichte neque ſub praetextu continentiae cauſſarum, neque iudicii vniuerſalis, eingreifen zu laſſen". Vid. not. praeced. (a).

§. 736. *Aperiri* feuda Imperatori & imperio poſſunt exſtinctis oriundis a primo adquirente, aut qui alio modo per inue-

veſtituram ſimultaneam ſiue exſpectatiuam ius in feudum obtinuèrunt, aut per feloniam quoque (a), quae tamen innocentibus agnatis aliisue iure ſuccedendi inſtructis detrimento eſſe nequit (b).

(a) CAPITVL. (1519.) art. 11. §. 10.: "Wenn Leben dem Reiche (add. 1658. durch Todes-Fälle oder Verwürkung) eröffnet, und ledig heimfallen".

(b) CAPITVL. (perpet. & 1711.) art. 20. §. 8.: "Geſtalten auch im H. R. R. bey verwürkten Gütern des Aechters, deſſelben Verbrechen denen Agnaten, und allen andern, ſo Anwartung und Recht daran haben, und ſich des Verbrechens in der That nicht theilhaftig gemacht, an ihrem iure ſuccedendi in feudum und Stamm-Güthere nicht präjudiciren, ſondern das principium, als ob auch agnati innocentes, propter feloniam des Aechters, des dadurch verwürktens Lehens und andern zu priviren, keines Weegs ſtatt haben ſoll".

§. 737. *Aperta feuda* ſi alicuius momenti fuerint, vt *haud amplius infeudarentur*, ſed vſui Imperatoris & imperii immediato adhiberentur, iam dudum legibus ſancitum (a), iuribusque imperii, circulorum & ipſorum eiusmodi feudorum in talem caſum ſatis caute proſpectum eſt (b).

(a) CAPITVL. (1519.) art. 11. §. 10. 11.: "Wann auch Lehen - - heimfallen werden, ſo etwas merkliches ertragen, als (add. in perpet. & 1711.: Churfürſtenthümer,) Fürſtenthümer, Grafſchaften, Herrſchaften, Städte u. d. g., die ſ. u. w. wir - - - ferner niemand leyhen, - - ſondern zu Unterhaltung des Reichs, unſer und unſerer nachkommenden Könige und Kayſer behalten, einziehen und incorporiren". CAPITVL (perpet. & 1711.) art. 20. §. 6.: "Was nun dem alſo in die Acht erklärten abgenommen wird, das ſ. u. w. wir uns und unſerm Hauſe nicht zueignen, ſondern es ſoll dem Reiche verbleiben".

(b) CAPITVL. (1562.) art. 11. §. 13. 14. 15.: "Auf den Fall aber - - Güter, dem H. R. R. - - zugethan, nach Abſterben der

der Innhaber uns durch Erbſchaften, oder in andere Weege heimfallen, oder anwachſen, und wir die zu unſern Händen behalten, oder - - - andern zukommen laſſen würden, (add. 1654.: oder, da wir dergleichen allbereit in unſern Händen hätten,) daran ſollen dem Heil. Reiche ſeine Rechte und andere ſchuldige Pflicht, wie darauf hergebracht, in dem Kreyſe, dem ſie zuvor zugehöret haben, hindangeſetzt aller prätendirten Exemtionem, geleiſtet, abgerichtet, und erſtattet (add. 1658. auch ſolche Land und Güter bey ihren Privilegien, Recht und Gerechtigkeiten, in geiſt- und weltlichen Sachen dem Inſtrumento Pacis gemäß, gelaſſen und geſchützet, und beſchirmet werden").

§. 738. Hinc ad concedendas quoque *exſpectatiuas* iam dudum conſenſu electorum Imperatori opus fuit (a). Hodieque ex legibus nouioribus ſolus quidem electorum conſenſus ſufficit in concedendis exſpectatiuis electoratuum, in principatuum vero, comitatuum ac dynaſtiarum exſpectatiuis praeter electoralem etiam ſenatus principum, vti circa ciuitates omnium trium imperii collegiorum conſenſus accedat, neceſſe eſt (b); ſaluo tamen ceterum cuiuscumque iure, ſaluisque exſpectatiuis antiquioribus, modo legibus eius temporis, quibus datae ſunt, conformibus (c), quibus tunc aeque ac pactis hereditariis nouiore exſpectatiua aut inueſtitura nil praeiudicii adferri oportet (d).

(a) CAPITVL. (1519.) art. 11. & 10.: "Wenn - - Lehen - - heimfallen (vid. ſupr. §. 737. a.) - -, die ſ. u. w. wir (add. 1654.: ohne Vorwiſſen der Churfürſten) ferner niemanden leyhen, (add. 1619.: auch niemanden einige Exſpectanz oder Anwartung darauf geben").

(b) CAPITVL. (perpet. & 1711.) art. 11. §. 10.: "ſ. u. w. wir die Churfürſtenthümer ohne des Churfürſtlichen collegii, die Fürſtenthümer, Graf- und Herrſchaften, Städte und dergleichen, aber ohne der Churfürſtlichen, Fürſtlichen auch (wann es nehmlich eine Reichs-Stadt betreffen thut,) Städtiſcher collegiorum Vorwiſſen, und Conſens, ferner niemand leyhen ꝛc. Vid. not. praeced.

(c) CA-

(c) CAPITVL. (1519.) art. 11. §. 12.: "Doch uns von wegen unſerer Erblande, und ſunſten männiglich an ſeinen Rechten und Freyheiten, (add. 1711.: auch denen von unſern Vorfahren am Reich denen Ständen propter bene merita ertheilten, und denen (add. 1742.: damahligen) Reichs-conſtitutionibus gemäßen Anwartungen auf künftig ſich erledigende Reichs-Lehen an ihrer Kraft und Bindlichkeit) ohnſchädlich".

(d) CAPITVL. (perpet. & 1711.) art. 11. §. 8. 9.: Sollen die Lehensbriefe und Exſpectanzen, -- welche denen von vorigen Kayſeren ertheilten, und beſtättigten Anwartungen, auch darauf beſchehenen und confirmirten Erb-Vergleichen zu Präjuditz, auf andere, ſo in denen alten Lehen-Briefen nicht begriffen, extendirt worden, ganz ungültig ſeyn".

# SECT. III.
# DE SINGVLARIBVS NONNVLLIS DIVERSORVM IMPERII MEMBRORVM IVRIBVS.

## CAP. I.
## DE IVRIBVS ELECTORVM SINGVLARIBVS.

§. 739. *Electores* praeter principalem illam praerogativam, excluſis aliis eligendi Imperatorem, praeterque connexa cum illa iura archiofficiorum, plura alia partim obtinuerunt, partim contradicentibus principibus adhuc contendunt iura praecipua.

§. 740. Ex iis quidem, quas aurea bulla electoribus tribuerat, praerogatiuis nonnulla iura abhinc & reliquis ſtatibus, licet non tam lege, quam priuilegiis, contigerunt, veluti ius de non euocando & appellando (§. 342. 357.), ius auri, argenti, aliorumque generum minerarum ac ſalinarum (§. 527.), ius recipiendi Iudaeos, ius vectigalium (§. 505. ſq.), ius monetae aureae & argenteae (§. 537.), ius adquirendi rerum dominia in imperio, &, quod ſecularibus in ſpecie conceſſum erat, ius primogeniturae (§. 57. ſq. 579.).

§. 741. Superſunt autem ex eadem A. B. citra omnem conteſtationem haec praecipua electorum iura, vt 1) potiora totius imperii membra & columina (a), conſiliarii Imperatoris intimi habeantur, ideoque in variis imperii negotiis ſolum eorum conſenſus aut praedeliberatio requiratur (b);

(a) A. B. *prooem.*: „ſeptem electores, per quos velut *ſeptem* „*candelabra lucentia* in vnitate ſpiritus ſeptiformis ſacrum illu„minari debet imperium.„ tit. 3. §. 1.: „qui velut *columnae* „*proceres* ſacrum aedificium circumſpectae prudentiae ſollerti „pietate ſuſtentant, *quorum praeſidio dextra imperialis potentiae* „*roboratur*". tit. 12. §. 1.: "qui ſolidae *baſes imperii* & *colum*„*nae immobiles.*" tit. 24. §. 2.: "nam & ipſi *pars corporis noſtri* „ſunt.„

(b) CAPITVL. (1619.) art. 3. §. 1.: "Wir ſ. u. w. des H. R. R. Churfürſten, als deſſen innerſte Glieder und die Hauptſeulen des Heil. Reichs, jederzeit in ſonderbarer Conſideration halten„; §. 3. (1612.) „Sodann in wichtigen Sachen, ſo das Reich antreffen, nach Anleitung der G. B. (add. in perpet. & 1711.: jedoch dem Friedensſchluß ohne Abbruch,) ihres Raths, Bedenkens und Gutachtens uns gebrauchen, (add. 1654: auch ohne dieſelbe hierinnen nichts vornehmen)". CAPITVL. (1612.) art. 11. § 21.: "Wir ſ. u. w. auch in wichtigen Sachen, ſo das Reich betreffen (add. 1664 & 1990: und von hoher Präjudiz und von weitem Ausſehen ſeyn,) bald anfangs der Churfürſten (add. 1690. ex

et mon. Brand.: als unſerer innerſten Räthe Gedanken vernehmen) (add. 1654.: auch nach Gelegenheit der Sachen, Fürſten und Stände) Rath-Bedenkens uns gebrauchen, (add. 1654.: und ohne dieſelbe hierinn nichts vornehmen„).

2) vt praecedant omnibus reliquis principibus (a);

(a) A. B. tit. 6.: "*Electores* - - immutabiliter teneant loca ſua; „eisque vel eorum alicui in quibuscumque actibus ad curiam „ſpectantibus, eundo, ſedendo vel ſtando, *nullus princeps alius*, „cuiuscumque ſtatus, dignitatis, praeeminentiae vel conditionis „exſiſtat, nullatenus *praeferatur*„.

3) vt *crimen laeſae maieſtatis* in hos aeque ac Imperatorem committi cenſeatur (a);

(a) A. B. tit. 24. §. 2. 3.: "Si quis - - ſceleſtam factionem „inierit - - de nece - - electorum ſeu alterius eorumdem; - - „ipſe vtpote *maieſtatis reus*, gladio feriatur". &c. Conf. praeced. num. 1. not. 2. in fin.

4) vt *minorennitatis termino legali* XVIII. annorum vtantur (a);

(a) A. B. tit. 7. §. 4.: „Legitimam aetatem - - in principe „electore *decem & octo annos* completos cenſeri volumus, & „ſtatuimus perpetuo & haberi„.

5) vt per legem indiuidua ſint electoralia territoria (a).

(a) A. B. tit. 25. §. 2. 3.: „Ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus inſignes & magnifici principatus, videlicet „regnum Bohemiae, comitatus Palatinus Rheni, ducatus Saxoniae & marchionatus Brandenburgenſis, terrae diſtrictus, ho„magia, vaſallagia & alia quaeuis ad ipſa ſpectantia, *ſcindi, di„vidi* ſeu quauis conditione *dimembrari non debeant*, ſed vt *po„tius in ſua perfecta integritate perpetuo maneant*, primogenitus „filius ſuccedat in eis". Conf. A. B. tit. 7. §. 2. 3.

§. 742. Generatim omnia iura electoribus per A. B. data id praecipui illis tribuunt, vt, quae ex iſta lege fundamentali

in obſeruantiam deducta; non opus habeant demum priuilegio obtinere; iisque adeo reliquis ſtatibus, qui priuilegiis paria haud adquiſiuerunt, eatenus ſaltem praecellant.

§. 743. In iis, quae citra A. B. electores ſibi vindicant, iuribus primum locum meretur *ius adcapitulandi.* Quod quidem a Carolo V. inde ad Matthiam vsque quiete exercuerunt electores; ab eo tempore autem impugnarunt reliqui principes, adeo vt, in pace Weſtphalica, art. 8. §. 3. "iam in „proximis comitiis de certa conſtantique caeſarea capitulatio„ne concipienda ex communi ſtatuum conſenſu" agi debere, ſtatueretur.

§. 744. Etiamſi vero R. I. N. §. 192. ad futura iterum comitia prorogata remitteretur illud capitulationis perpetuae negotium; ideoque, ob non attenta in capitulatione Leopoldina ſtatuum monita, contra illam proteſtatio fieret; tandem tamen anno 1663. inchoata in comitiis fuit huius negotii tractatio, & confecta demum multis curis eiusmodi capitulatio perpetua. Eamque pro baſi etiam adſumſerunt electores in capitulatione Caroli VI. & ſequentibus, ſed non omiſſo iure adcapitulandi. Vnde porro contradixere principes, & adhuc hodie exſpectanda negotii huius plena compoſitio (a).

(a) MOSER *ad capitul. Franc. I.* part. 1. p. 339. ſq. und im Staatsarchiv 1751, part. 6. p. 133. ſq.

§. 745. Aliis porro ex legibus aut obſeruantia ſibi vindicant electores:

1) *ti-*

1) *titulos*, quibus ab Imperatore honorantur, potiores (a), & vel mentionem in expeditionibus ſummorum imperii tribunalium honorificentiorem (b);

(a) CAPITVL. (1711.) art. 3. §. 2.: „Wir ſ. u. w. des h. R. R. Churfürſten - - wie bereits im Eingange dieſer unſerer Capitulation geſchehen, alſo auch fürohin das Prädicat reſpective Hochwürdigſt und Durchleuchtigſt zulegen, und darmit continuiren „

(b) CAPITVL. (1742. ex mon. Sax.) art. 16. §. 4.: „Wir wollen - - beym C. G. und R. H. R. - - verfügen laſſen, damit in denen ein wie andern Orts ergehenden Erkenntniſſen der unglimpflichen Ausdrückungen, bevorab gegen die Churfürſten des Reichs, ſich enthalten werde.„

2) *honores regios*, atque ius praecedentiae legatorum ſuorum prae principibus in perſona (a).

(a) CAPITVL. (1637.) art. 3. §. 21.: „Nachdemmahlen ſich auch eine Zeitlang zugetragen, daß ausländiſcher Potentaten, Fürſten und Republiquen Geſandte, und zwar dieſe unter dem Namen und Vorwande, als wären die Republiquen für gekrönte Häupter, und alſo denenſelben in Würden gleich zu achten, an denen Kayſerl. und Königlichen Höfen und Capellen die Präcedenz vor den Churfürſtlichen Geſandten prätendiren wollen; ſo ſollen und wollen Wir ins künftige ſolches weiter nicht geſtatten. Wäre es aber Sache, daß neben den Churfürſtlichen Geſandten, derer recht titulirten und gekrönten ausländiſchen Könige, Königlicher Wittiben, oder Pupillen (denen die Regierung, ſobald ſie ihr gebührendes Alter erreichet, zu führen zuſtehet, und immittelſt in der Tutel oder Curatel begriffen ſeynd) Botſchafter zugleich vorhanden wären; ſo mögen und ſollen zwar dieſelben denen Churfürſtlichen Geſandten, dieſe aber allen andern auswärtiger Republiquen Geſandten und auch denen Fürſten in Perſon ohne Unterſchied vorgehen; und unter Ihnen, nehmlich denen Churfürſtlichen Geſandten primi ordinis, es mögen auch denen mehr, als einer ſeyn, an unſerm Kayſerlichen Hof, auch ſonſten aller Orten, inn- und auſſer dem Reiche keine Diſtinction mehr gemacht, ſondern allen und jeden gleiche *honores* in allem, wie denen Königlichen Geſandten, gegeben werden.„

## CAP. II.
## DE IVRIBVS SINGVLARIBVS NOBILITATIS IMPERII IMMEDIATAE.

§. 746. *Nobilitatis immediatae* (§. 76.) iura praecipua ſunt alia, quibus ſingula eius membra vtuntur, alia, quibus vniuerſum corpus illud equeſtre inſtructum eſt.

§. 747. *Singuli nobiles immediati* reliquis in eo praecellunt, vt tum in ſubditos ſuos omnia circiter iura, quibus & ſtatus in ſubditos ſuos vtuntur, exerceant (§. 76. II.), tum ratione perſonae quisque forum immediatum, ſiue Austraegale, ſiue alterutrius ſupremi tribunalis imperii, ſortiatur.

§. 748. *Vniuerſum corpus equeſtre immediatum*; aut reſpectiue circulus locusue quisque ex obſeruantia & privilegiis caeſareis contendit atque exercet 1) *ius immatriculandi* noua membra, ſiue bonis equeſtribus praedita, ſiue deſtituta illis; 2) *ius retractus* pleniſſimum ad conſeruanda, quae ſemel ad corpus equeſtre pertinuere, bona in perpetuum; 3) *continuationem iurium equeſtrium in bona*, quae ſemel equeſtria fuerunt, licet per conſolidationem alioue quocumque modo in manus ſtatuum imperii inciderint.

§. 749. *Contra haec contendunt* plerique nobilitatis immediatae vicini principes & *ſtatus imperii* in ſingulas illius perſonas tum *feudalem iurisdictionem*, aliaque dominii directi iura, quatenus vaſallitico eorum nexu tenentur; tum *terri-*

*territorialem iurisdictionem* aliaque iura territorialia, quatenus nobiles immediati aut in territorio illorum degunt, moriuntur, contrahunt, delinquunt, aut in illorum miniſteriis, ſiue aulicis, ſiue ciuilibus, ſiue bellicis, conſtituti ſunt.

§. 750. Contendunt quoque ratione bonorum non ſolum ius libere adquirendi, tum per emtionem, permutationem, transactionem, aliumue quemcumque titulum iuris communis, tum ſpeciatim quoque per conſolidationem ex dominio directo; ſed & ius adquiſita bona territorio incorporandi, hinc & exercendi in illa cuncta iura territorialia, veluti collectarum, armorum cet., & arcendi ab horum exercitio ordinem equeſtrem.

§. 751. Neque demum propterea admittendam eſſe, iidem proceres ſtatuunt, vim illam, quam exorbitantem aiunt, priuilegiorum caeſareorum, in primis circa retractum, cet.; Neque tolerandum illud ius immatriculandi, quem lubeat; Neque permittendam in ſpecie membrorum alterutrius ſupremi tribunalis imperii in corpus equeſtre honorariam receptionem.

§. 752. Dudum variae hoc genus lites inter ſtatus & nobilitatem immediatam exortae atque in ſupremis imperii tribunalibus agitatae ſunt; Quorum iuſto maiorem equeſtri ordini fauorem praeſtitum modo arguerunt imperii proceres.

§. 753. *Grauamina* inde iam ſub initium huius ſeculi *ad comitia imperii* vniuerſalia detulerunt dux Würtenbergicus, comites de Caſtell, & circuli Franconiae ac Sueuiae; atque obtinuerunt quidem concluſum trium imperii collegiorum

rum d. 4. Iun. 1704. ſignatum, vi cuius cauendum eſſet, ne priuilegia equeſtria plus iuſto, & in praeiudicium tertii, extendantur, neque proceſſus & mandata nimis facile in fauorem nobilium immediatorum decernantur. Neque tamen definitum fuit hoc concluſo, quod contra monuerat ordo equeſtris, retinendum in bonis conſolidatis ius collectandi; Nec ſubſecuta fuit ratificatio Caeſarea (a).

(a) SCHMAVSS *corp. iur. publ.* p. 1154. ſq., Fabers Staatscanzley tom. 9. p. 620.

§. 754. Nouiſſime iterum a duce Würtenbergico, pluribusque, qui adhaeſere, principibus de nouo in comitiis propoſitum fuit deſiderium normatiui ſingulorum iurium inter ſtatus & nobilitatem immediatam controuerſorum. Eiusque rei euentus conſtat ex ſuffragio imperii nuperrime lato (a), quod & Auguſtiſſimus iam ratum habuit (b).

(a) Reichsgutachten d. d. Regenſp. den 23. Jul. 1753.: --„Daß wegen der mit der Reichs-Ritterſchaft obſchwebender und anhero gelangter Irrungen die Einrichtung eines neuen normatiui imperii generalis mit vielen Anſtänden und Bedenken, umwunden ſey; zumahlen auch in den verſchiedenen Gegenden von Teutſchland das Herkommen in materia ſubſtrata gar ſehr different iſt, und dahero rathſam und erſprießlich wäre, wann bey denen dermahlen vorhandenen oder künftig ſich ergebenden dergleichen Irrungen zwiſchen Reichs-Ständen und einzelnen Mitgliedern der unmittelbaren Reichs-Ritterſchaft, oder zwiſchen einem Stand, und einem oder andern ganzen Ritter-Canton, auf Treffung gütlicher Auskünfte, nach denen ſchon vielfältig, durch glücklich errichtete Verträge, vorhandenen Beyſpielen, und nach jeden ſtrittigen Vorfalls beſondern Umſtänden, dergeſtalten der Bedacht genommen werden wollte, damit andurch auch weiteren künftigen Irrungen, durch gewiſſe Verfaſſungsmäßige Grund-Sätze vorgebogen werde.

Welchemnach alſo Kayſerliche Majeſtät durch ein Reichs-Gutachten dermahlen, (wie hiemit geſchiehet) allergehorſamſt zu erſuchen wären,

wären, ſothane und fernere dergleichen Irrungen, zu Beförderung gütlicher Auswege, oder bey derſelben Entſtehung zu obriſt-Richterlichen Verfügungen und Erkänntniſſen ſich empfohlen ſeyn zu laſſen. Wobey man das allergehorſamſte Vertrauen heget, daß Kayſerliche Majeſtät bey Anwendung obgedacht Dero allerhöchſten obriſt-Richterlichen Amts, ſo wohl auf das, was der Reichs-Ritterſchaft vermög der Reichs-Satzungen gebühret, als auch auf den mehrmahligen der Sachen Vorgang und Geleiß der vertheidigten Reichs-Ständiſchen Befugniſſe, in ſo weit ſie denen Reichs-Satzungen gemäß, die Rückſicht allergerechteſt zu nehmen, und wann ſodann in dieſen und andern dergleichen ſich eine Dunkelheit, oder Unzulänglichkeit der Reichs-Geſetze vorfinden ſollte, die obwaltende Bedenken an das verſammlete Reich zu bringen, mildeſt geruhen werden." Vid. Moſers Staatsarchiv 1753. tom. 2. p. 606.

(b) Ratum habuit Auguſtiſſimus praecedens ſuffragium ſequentibus decreti aulici, d. 4. Aug. 1753. ſignati Vindobonae, dictatique Ratisbonae d. 8. Aug. 1753., verbis: - - „Es nehmen dannenhero Ihro K. M. keinen Anſtand obgedachtes Reichs-Gutachten hiermit und in Kraft dieſes, nach ſeinem obangezogenen Innhalt ſolchergeſtalten allergnädigſt zu approbiren und genehm zu halten, daß Allerhöchſt-Dieſelbe nicht weniger die viele Anſtände und Bedenken, wormit die Einrichtung eines neuen *normatiui* generalis imperii umwunden ſeye, in voller Maaße erkenneten, mithin ein ſolches um da mehr für ohnnothwendig und unthunlich erachteten, als eine dergleichen neue Richtſchnur ohne Abbruch oder Abänderung derer Reichs-Geſetze, und des in denen verſchiedenen Gegenden von Teutſchland üblichen Herkommens, Gebräuche und guter Gewohnheiten, förderſt aber der Kayſerl. Wahl-Capitulation art. 1. §. 9. nicht ſtatt haben könnte.

Hingegen werden Ihre Kayſerliche Majeſtät allergnädigſt gerne ſehen, wann bey denen dermahlen vorhandenen, oder künftig ſich ergebenden Irrungen und Rechts-Strittigkeiten zwiſchen Ständen des Reichs und der immediaten Reichs-Ritterſchaft, nach denen ſchon vielfältig durch glücklich errichtete Verträge vorhandenen Beyſpielen, unter Dero allerhöchſten Kayſerl. auſpiciis und Beſtättigung gütliche Auskünfte getroffen, und dadurch gewiſſe Reichs-Verfaſſungsmäßige Grund-Sätze, um dergleichen inter transigentes entſtehen mögenden weiteren Irrungen vorzubiegen, feſtgeſetzt würden; Worzu dann auch Ihro Kayſerl. Majeſtät Dero Reichs-

Oberhauptliches Amt zu verwenden, und ſowohl dermahlen, als auch ſonſten, nach jedes ſtrittigen Vorfalls Umſtänden und Beſchaffenheit, in Beobachtung desjenigen, was die Reichs-Satzungen, und inſonderheit die Reichs-Hofraths-Ordnung titulo 2. §. 5. vermag, gütliche Auswege und Vergleichung verſuchen zu laſſen, allermildeſt gemeynet ſeynd.

In ein oder des andern Entſtehung, wie auch in all anderen Rechts-Strittigkeiten, werden Ihro Kayſerl. Majeſtät Dero obriſt-Richterlichem Amte in Ertheilung einer unpartheyiſch, und gerad durchgehenden Juſtitz, nach Maaß ihrer beſchwornen Kayſerl. Wahl-Capitulation fernerhin vollſtändiges Genügen zu leiſten, Sich jederzeit beſtreben; hoffen auch andurch Sich das, bey geſammten höchſt-hoch- und löblichen Ständen des Reichs bereits erworbene Vertrauen vollkommen beyzubehalten, und anmit dasjenige, was durch obſtehendes Reichs-Gutachten Dero obriſt-richterlichen Verfügungen empfohlen worden, gänzlich zu erſchöſen.

Gleichwie nun die höchſte Reichs-Gerichte ohnehin ſich angelegen ſeyn laſſen, nach obhabenden theuren Pflichten, hierunter die allerhöchſte Kayſerl. Willens-Meynung zu erreichen, und bey der ihnen anvertrauten Juſtitz-Pflege die in denen bekannten Reichs-Satzungen vorgeſchriebene normam genau zu beobachten; Alſo werden Ihro Kayſerl. Majeſtät es an der fernern Erinnerung, daß ſie zum Troſt und Hülfe der beſchwerten Partheyen, in ſolchem Geſetzmäßigen Geleiſe fürſchreiten ſollen, nicht erwinden laſſen, auch die gerechteſte Vorſorge tragen, damit bey Anwendung Dero obriſt-Richterlichen Amts ſowohl auf dasjenige, was der ohnmittelbaren Reichs-Ritterſchaft, vermöge der Reichs-Satzungen, gebühret, als auch auf die Reichs-Ständiſche Befugniße, in ſo weit ſie denen Reichs-Satzungen gemäß, die Rückſicht genommen, mithin durchaus die Gottgefällige Juſtitz ohnpartheylich adminiſtriret werde.

Würden aber Ihre Kayſerl. Majeſtät künftighin in dieſen, wie in allen anderen dergleichen, auch ſonſten des gemeinſamen Reichs Beſte betreffenden Vorfällen, eine Dunkelheit oder Unzulänglichkeit der Reichs-Geſetze vorfinden oder wahrnehmen; So werden allerhöchſt-Dieſelbe zu folge Ihres Reichs-Oberhauptlichen Vorrechts und Kayſerl. Amtmäßiger Sorgfalt, niemahlen entſtehen, dem Reich das erforderliche vorlegen zu laſſen, und zu Behebung der obwaltenden Bedenken, von Churfürſten und Ständen des Reichs ein ſtandhaftes Gutachten zu erfordern." Vid. Moſers Staatsarchiv 1753. tom. 2. p. 609. ſq.

# LIB. II.
# DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS IMPERATORIS ET IMPERII RATIONE EXTERORVM SIVE EXTRA GERMANIAM.

§. 755. *Imperio Germanico extra proprios Germaniae fines* (§. 23.) *adhaerent* imperium Romanum, regnum Italiae, & quae ſuperſunt ex regno Arelatenſi & Lotharingico. Illa quidem ſic, vt quisque Rex Germaniae ipſo iure ſimul ſit rex, &, coronatus, Imperator Romanorum, atque rex Italiae; haec ipſi imperio Germanico incorporata.

## I. DE DIGNITATE CAESAREA.

§. 756. *Qua rex & Imperator Romanorum* quam olim habuit in ipſam *Romae* vrbem, eiusque acceſſoria, ſuperioritatem, & vel *intuitu aliarum gentium*, veluti in concedendo regio titulo, aliisque, *ſupremam auctoritatem, non amplius hodie* exercet rex Germaniae. Supereſt inde modo dignitas caeſarea, & quidquid ex ea obſeruantia & agnitio gentium adhuc vsque firmauit.

§. 757. In primis adhuc habetur Imperator, *aduocatus ac defenſor eccleſiae Romanae*, ſedis pontificiae & totius Chriſtianitatis (a), licet ex priori vtroque capite Euangelici proceres eum non amplius obſtringi velint (b), nec vniuerſa

 illa

illa aduocatia illis obeſſe, ſed aequalis cum catholicis protectio caeſarea eſſe debeat (c).

(a) CAPITVL. (1519.) art. 1. §. 1.: „Daß wir in Zeit ſolcher Unſerer Königlichen Würden, Amt, und Regierung, die Chriſtenheit, den Stuhl zu Rom, Päbſtliche Heiligkeit, und Chriſtliche Kirche, als derſelben Advocat, in gutem treulichen Schutz und Schirm halten ſollen und wollen.„

(b) CAPITVL. (1562.) art. 1. §. 10.: „So viel aber in dieſem Articul den Stuhl zu Rom, und Päbſtliche Heiligkeit betrifft, wollen die der Augspurgiſchen Confeſſion zugethane Churfürſten vor ſich und ihre Religions-Verwandte Fürſten und Stände (inſchlüßig derſelbigen Religion zugethaner freyen Reichs-Ritterſchaft) uns darmit nicht verbunden haben.„

(c) CAPITVL. (1654.) art. 1. §. 10.: „Geſtalten dann auch gedachte aduocatia dem Religions- und profan- auch dem Münſter- und Oßnabrückiſchen Friedens-Schluß zu Nachtheil nicht angezogen, noch gebrauchet, ſondern denen obgedachten Churfürſten, und ſämtlichen ihren Religions-Verwandten im Reiche gleicher Schutz geleiſtet werden ſolle.„

§. 758. Ceterum deriuanda inde potiſſimum denominatio imperii Romano Germanici *ſacri*, praecedentia Imperatoris prae omnibus Europae imperantibus, & protectio conciliorum vniuerſalium.

§. 759. Neque vero repetenda inde, quae nec ſoli Imperatori, ſed pluribus Europae regibus communia ſunt, varia alia iura, veluti dandi alicui *excluſiuam in electione papali*, proponendi quemdam ad dignitatem *cardinalatus*, ac demandandi cardinali cuidam *protectionem Germaniae* (a).

(a) CAPITVL. (1519.) art. 23. §. 4.: „S. u. w. auch -- unſere Kayſerliche und des Reichs Aemter am Hofe, (add. 1658.; und die

die wir ſonſten in und auſſerhalb Teutſchland zu vergeben und zu beſetzen haben, als da ſind protectio Germaniae - - u. d. g.) - - mit keiner andern Nation, denn gebohrnen Teutſchen - - beſetzen.„

## II. DE REGNO ITALIAE.

§. 760. *Qua rex Italiae* Imperator tamquam ſupremus imperans & dominus directus colendus eſt ab omnibus iis, qui olim regibus Longobardorum paruerunt, nec iuſto titulo exemti ſunt. Vti quidem agnoſcunt ſupremum illud imperium dominiumque directum domus Auſtriaca ratione terrarum Mediolanenſium, dux Mutinenſis, aliique complures Italiae principes ac proceres. Speciatim quoque inſtauratus anno 1718. tractatu Londinenſi magni ducatus Hetruriae ducatuumque Parmenſis & Placentiae cum imperio nexus (a). Negatur autem a rebuspublicis Venetia, Genua, Lucca, a papa qua poſſeſſore Comacli, a Sardiniae rege qua duce Pedemontii, aliisque. Imperator vi capitulationis adſtrictus eſt ad inuigilandum nexui feudorum Italicorum (b), & vindicanda, ſi qua fuerint, auulſa (c).

(a) Conf. *conſenſus imperii* „zu der in der Quadrupel-Allianz 1718. begriffenen Exſpectanz und Eventual-Belehnung des erſtgebohrnen Spaniſchen Prinzen zweyter Ehe - - mit den reſpective Groß- und Herzogthümern Florenz, Parma und Placentia, als unveränderlichen Reichsmannleben,„ in ſuffragio imperii ſignato Ratisbonae d. 9. Dec. 1722. SCHMAVSS *corp. iur. publ.* p. 1316.

(b) CAPITVL. (1612.) art. 10 §. 10.: „In alle Wege ſ. u. w. wir uns angelegen ſeyn laſſen, alle dem Römiſchen Reiche angehörige Lehen und Gerechtigkeiten, inn- und auſſerhalb Teutſchland, (add. in perpet. & 1711. und ſonderlich in Italien, (add. 1742.: unter andern, nach Maaßgab des Reichs-Schluſſes, vom 9. Dec. 1722.) aufrecht zu erhalten, und derentwegen zu verſü-

verfügen, daß ſie zu begebenden Fällen gebührlich empfangen, und renovirt, (add. 1658.: auch wider allen unbilligen Gewalt die Lehen und Lehen-Leute manuteniret und gehandhabet werden).„

(c) CAPITVL. (1612.) art. 10. §. 6.: „Vornehmlich auch, dieweil vorgekommen, daß etliche anſehnliche, dem Reich angehörige Herrſchaften und Lehen in Italien und ſonſten veräuſſert worden ſeyn ſollen, eigentliche Nachforſchung derentwegen anzuſtellen, wie es mit ſolchen Alienationen bewandt, (add. 1619.: und die eingeholte Berichte zur Churfürſtlichen Maynziſchen Canzley (add. 1654.: um ſolches zu der übrigen Churfürſten, (add. 1711.: Fürſten und Stände) Wiſſenſchaft zu bringen), in einer Jahrs-Friſt nach unſerer angetretener Königl. Regierung anzurechnen), ohnfehlbarlich einzuſchicken.„ Conf. litterae electorum collegiales ad Imp. d. d. 14. Febr. 1742. die wegen der Italiäniſchen Lande und Reichs-Lehen vorgekommene Vorſtellungen betreffend. SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* p. 1595. ſq. & quod ad regem Sardiniae attinet, CAPITVL. (1658., omiſſ. 1742., reſtit. 1745.) art. 26.

§. 761. Singularis quidem *Italiae archicancellariatus* penes archiepiſcopum Colonienſem eſt, ita vt auctoritate illius, quando Imperator in Italia commoratur, omnia & qualiacumque imperii negotia expediri proprie debeant. Quamdiu autem in Germania reſidet Imperator, cuncta, etiam Italica, negotia per cancellariam Moguntinam, expeditione modo Latina, atque ceterum ipſa negotia in conſilio imperiali aulico, tractantur; aut in ipſa Italia per commiſſarium generalem ac fiſcalem caeſareum (a).

(a) Vid. e. g. concluſum conſilii imp. aul. d. 28. Mai. 1751. puncto inſtructionis commiſſarii caeſarei per Italiam plenipotentiarii in Moſers Staatsarchive 1752. P. 3. p. 515. ſq.

§. 762. Ipſa, quae ſuperſunt, Imperatoris in Italiae proceres & ciues iura in primis conſiſtunt in ***nexu feudali,*** cuius renouatio quouis caſu fit in conſilio imperiali aulico, hoc dum-

dumtaxat a vaſallis Germanicis diſcrimine, vt genuflexum vaſallum Italicum eiusue procuratorem, ſedente praeſide, iusiurandum fidelitatis praeſtare oporteat.

§. 763. Omnia quoque reliqua non tantum nexus feudalis iura inter Imperatorem & Italiae proceres obtinent. Sed et *iurisdictionem* ille in proceres primae, in eorum ſubditos ſecundae inſtantiae exercet; priuilegia dat; dignitates ſuperiorum ordinum confert; tempore belli collectas exigit, & vel in bannum declarat.

## III. DE REGNI ARELATENSIS ET LOTHARINGIAE RELIQVIS.

§. 764. *Regni Arelatenſis* inſignior quidem pars, Heluetia, ad plenam libertatem peruenit, vti Delphinatus, comitatus Prouinciae, & comitatus Burgundiae in manus Galliae. Superſunt tamen, qui adhuc ad imperium Germanicum pertinent, ducatus Sabaudiae, epiſcopatus Baſileenſis, comitatus Montis Belicardi. Quin & alia in ipſa Heluetia ſuperſunt feuda imperii (a), nec in archiepiſcopatum Veſontinum Galliae vmquam ceſſa iura imperii ſunt.

(a) Vide litteras electorum collegiales d. d. 14. Febr. 1742. ad CAPITVL. art. 10 §. 6. Die gegen di Fürſtlich Coſtanziſche Reichslehenbare in dem Schweitzeriſchen Diſtricte gelegene Herrſchaften vorgehende Schweitzeriſche Eingriffe betreffend, in SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* p. 1494. ſq. Qua de re iam 1658. occurrit principum monitum, vt in CAPITVL. art. 10. §. 10. poſt verba: Lehen in Italien (vide ſupr. §. 760. not. b.) adderetur: auch in der Schweitz. MOSER *ad capit. Car. VII.* P. 2. p. 378.

§. 765.

§. 765. Ex *Lotharingiae* olim *inferioris* dictae terris pariter ad plenam libertatem peruenere ſeptem Belgii prouinciae (a); alia Gallia auulſit. Reliqua hodiernum *Burgundiae circulum* efficiunt, eiusque cum imperio adhuc ſuperſtes nexus ſingularibus normis definitus eſt (b).

(a) Inſtrum. pacis Hiſpano-Batauum 1648. art. 53. Cuius ratificationem caeſaream d. d. 16. Aug. 1653. vide apud Meiern in *actis comitial.* tom. 1. p. 407. ſq.

(b) Vid. der R. K. M. und Churf. F. und Stände des h. R. R. Vertrag wegen der Burgundiſchen und Nieder-Erb-Lande d. d. Augſpurg den 26. Jun. 1548. in Schmauß *corp. iur. publ.* p. 131. ſq.

§. 766. Ex *Lotharingia ſuperiore* poſt pacta de nexu eius cum imperio inter Carolum V. Imp. & Antonium Lotharingiae ducem anno 1542. condita (a), Rex Galliae initio tribus epiſcopatibus Metenſi, Tullenſi, & Verodunenſi potitus, eosque vna cum Landgrauiatu *Alſatiae*, item Suntgouia ac praefectura prouinciali decem ciuitatum imperialium in Alſatia ſitarum, reliq., per pacem Monaſterienſem adeptus fuit (b). *Argentoratum*, & quae reliqua ſupererant imperio in Alſatia trans Rhenum, omnia ſecuta ſunt (c). Hodieque *ipſa Lotharingia* Galliae ceſſa (d).

(a) Schmavss *corp. iur. publ.* p. 108. ſq.

(b) I. P. M. art. 11. Schmavss, *l. c.* p. 869. ſq.

(c) I. P. Rysw. d. 30. Oct. 1697. *ibid.* p. 1117. ſq. Conf. Moser *ad capitul. Car. VII.* P. 3. p. 295.

(d) Schmavss. *corp. iur. publ.* p. 1421. ſq.

§. 767. Reſeruatum modo archiepiſcopo *Treuirenſi* eſt *ius metropolitanum* in ceſſos Galliae epiſcopatus Lotharingicos

cos (a). Eidemque quidem etiam *archicancellariatus per Galliam & regnum Arelatenſe* ſupereſt, ſed non alia, quam Colonienſis per Italiam (§. 761.), ratione.

(a) I. P. M. art. 11. §. 70.: „reſeruato tamen iure Metro„politano ad archiepiſcopum pertinente.„

## IV. DE RELIQVO EXTERORVM NEXV.

§. 768. In *Daniam & Sleſuicum* (a), *Poloniam & Pruſſiam* (b), *Liuoniamque* (c), item in *Hungariam*, ſi qua vnquam fuerunt, certe hodienum amplius nulla ſuperſunt imperii iura. *Bohemia* nullum quidem ad circulum imperii, ad ipſum tamen imperium citra omnem controuerſiam pertinet. Sua quoque in *Sileſiam* iura non omitti, nouiſſime imperium voluit (d).

(a) Vid. Kurze und aus den hiſtoriſchen Acten gezogene Nachricht vom Herzogthum Schleswich (1728.) in Fabers Staatscanzley tom. 52. p. 735. ſq.

(b) Conf. R. I. 1500. §. 42., R. I. 1512. part. 2. §. 26.

(c) Conf. R. I. 1500. §. 43., R. I. 1559. §. 8. - 17., R. I. 1567. §. 107.

(d) Vid. Reichsgutachten zur Garantie des Dresdner Friedens ſub dato Regenſpurg den 14. May 1751., ibique inſerta verba: " mit Vor- und Beybehaltung der iurium imperii," in Moſers Staatsarchive 1751. P. 7. p. 86. ſq.

§. 769. In poſterum Imperator non tantum quidquam *alienare* ſine conſenſu imperii prohibitus (a), ſed & monitus eſt, vt abſtineat ab omnibus, quae *exemtioni* eiusmodi totali *anſam praebere* poſſent, in primis exorbitantibus priuilegiis

giis & immunitatibus (b). Nec *limites imperii* definiri ſine conſenſu imperii, eorumque, quorum intereſt, oportet (c).

(a) Capitvl. (1519.) art. 10. §. 1.: "S. u. w. wir dem H. R. R. und deſſen Zugehörungen (add. 1742.: inn- und außerhalb Teutſchlandes) nicht allein ohne Wiſſen, Willen und Zulaſſen der Churfürſten (add. in perpet. & 1711.: Fürſten und Stände) ſämtlich, nichts hingeben, verſchreiben, verpfänden, verſetzen, noch in andere Wege veräußeren oder beſchweren".

(b) Capitvl. (perpet. ex mon. princ. & 1711.) art. 10. §. 2.: "ſondern auch alles deſſen, was etwan zu Exemtion und Abreißung vom Reich Urſach geben könnte, inſonderheit der exorbitirenden Privilegien und Immunitäten, enthalten".

(c) Capitvl. (1742. ex mon. Treuir.) art. 10. §. 5.: "In vorkommenden Reichs-Grenzſcheidungen, auch, ohne des Reichs und darbey intereßirter Stände, Mit-Einwilligung nichts vornehmen zu laſſen".

§. 770. Contra iam dudum, licet fruſtra, actum fuit de *redintegrandis circulis* (a), cautumque legibus, vt *auulſa recuperari* (b), inter alia Ioannitarum ordini ademta reſtitui (c), curarent, ipſique, ſi qua poſſiderent, imperio redderent Imperatores (d).

(a) Capitvl. (1658.) art. 12. §. 1.: "Auch ſ. u. w. wir die Ergänzung der Reichskreyſe - - befördern, (add. 1742.: und nachdrücklichſt beſorgen, daß denenſelben keine vor alters einverleibt geweſene Stände und Lande entzogen und abgeriſſen werden, noch ſich davon eigenwillig ſelbſt entziehen; (§. 2.) Geſtalten wir wegen der Wiederherbeybringung auch Ergänzung der Reichs-Kreyſe bewandten Dingen nach, ein Reichs-Gutachten erforderen, und dahin ſehen wollen, daß die alſo reſtituirte Kreyſe und Stände bey ihrer wohlhergebrachten Freyheit und Reichs-Immedietät ungekränkt gelaſſen, fort alle attentirte Thätlichkeiten und Zumuthungen forderſamſt abgeſchafft werden), und zu dem Ende denen Kreys-ausſchreibenden Fürſten, und, wann es die Nothdurft

durfſt erfordert, denen andern hohen Kreyß-Aemtern, die würkliche Hand bieten". CAPITVL. (1711. ex mon. ciuitat.) art. 5. §. 10.: "vielmehr daran ſeyn, daß der punctus *redintegrationis circulorum*, moderationis matriculae & peraequationis, (add. 1742.: und überhaupt die Exemtions-Irrungen im Reiche) auf gemeinen Reichs- oder einem abſonderlichen Moderations-Tage rechtmäßig (add. 1742.: wo möglich innerhalb zwey Jahren), und förderlichſt vorgenommen und erörtert - - werde".

(b) CAPITVL. (1519.) art. 10. §. 3. "uns aufs höchſte bearbeiten, und allen möglichen Fleiß und Ernſt fürwenden, dasjenige, ſo davon (ſcil. vom Reiche) kommen, als verpfändete und verfallene Fürſtenthümer, Herrſchaften und Lande, auch confiſcirte merkliche Güter, die zum Theil in anderer fremden Nationen Hände ungebührlicher Weiſe erwachſen, zum förderlichſten wiederum darzu zu bringen, und zuzueignen".

(c) CAPITVL. (1658. ex mon, princ.) art. 10. §. 8: "Weil auch dem ritterlichen Johanniter-Orden inn- und außerhalb des Reichs inſonderheit bey denen hiebevorigen 80 jährigen Niederländiſchen Kriegen, ganz unverſchuldet anſehnliche Güther entzogen, und bishero vorenthalten worden; ſo ſollen wir ſolche Reſtitution durch gütliche Mittel zu befördern, uns angelegen ſeyn laſſen, jedoch dem Weſtphäliſchen Frieden ohnabbrüchig und einem jeden an ſeinen Rechten ohne Präjudiz".

(d) CAPITVL. (1519.) art. 10. §. 9.: "Und ob wir ſelbſt oder die unſerige etwas, ſo dem h. R. R. zuſtändig, und nicht verliehen, noch mit einem rechtmäßigen Titel bekommen wäre oder würde, inne hätten; das ſ. u. w. wir, bey unſeren ſchuldigen und gethanen Pflichten, demſelben Reiche ohne Verzug auf ihr, der Churfürſten, Geſinnen wieder zu Handen wenden".

§. 771. Singularis denique coronis *Galliae & Sueciae* eſt cuſtodia ſeu, quam vocant, *garantia* eorum, quae in *pace Weſtphalica* continentur, vi clauſulae tum Osnabrugenſi (a) tum Monaſterienſi (b) paci inſertae, verbis: "*Teneantur omnes & ſinguli huius transactionis conſortes,*

 *vni-*

„*vniuerſas & ſingulas huius pacis leges contra quem-* „*cumque ſine religionis diſtinctione tueri & protegere*". Quo nomine variis Germaniae domeſticis negotiis, quae quidem paci vtrique illi inſerta ſunt, ſeſe immiſcere exteri illi prohiberi nequeunt, modo limites garantiae ipſiusque pacis haud excedant.

(a) I. P. O. art. 17. §. 5. Conf. ſupra §. 136.

(b) I. P. M. art. 16. §. 115. Conf. *Salom.* NIGARDI diſquiſitio *iurium & obligationum, quae circa pacem Weſtphalicam in imperio R. G. competunt regi ac regno Galliarum.* Lugduni Bat. 1750. 4.

---

# LIB. III.
# DE INTERREGNO, ET ELECTIONE NOVI IMPERATORIS EIVSQVE IVRIBVS PERSONALIBVS.

---

## CAP. I.
## DE INTERREGNO, ET IVRIBVS VICARIORVM IMPERII.

---

§. 772. Quando deſinit eſſe Imperator, ſiue morte, ſiue reſignatione, ſiue quocumque alio modo; in imperio noſtro, quippe electitio (§. 95. 96.), *interregnum*, oritur.

§. 773.

§. 773. In caſum hunc interregni *duo* imperii prouiſores ſeu *vicarios* aurea bulla conſtituit, comitem Palatinum Rheni (a) & electorem Saxoniae (b).

(a) A. B. tit. 5. §. 1.: „Quoties - - ſacrum vacare contin„get imperium; illuſtris *Comes Palatinus Rheni*, ſacri imperii ar„chidapifer, ad munus futuri Regis Romanorum in partibus Rhe„ni & Sueuiae & in iure Franconico, ratione principatus ſeu co„mitatus Palatini priuilegii eſſe debet prouiſor ipſius imperii".

(b) A. B. tit. 5. §. 2.: "Et eodem iure prouiſionis illuſtrem „*Ducem Saxoniae*, ſacri imperii archimareſchallum, frui volu„mus in his locis, vbi Saxonica iura ſeruantur".

§. 774. *Palatini* quidem *vicariatum*, vna cum electoratu & archidapiferatu, bello tricennali ac pace Weſtphalica in ſe translatum diu contendit elector Bauariae (a). Sed, tentata prius incaſſum communione (b), tandem *alternatiuum* inter vtramque illam domum hunc vicariatum reddidit transactio (c), quam ex collegii electoralis primum (d), deinde & totius imperii ſuffragio Imperator ratam habuit (e).

(a) Pace Weſtphalica, in I. P. O. art. 4. §. 3., *translata* fuit in *domum Bauaricam* "*dignitas electoralis*, quam electores Pala„tini antehac habuerunt, *cum omnibus* regaliis, officiis, praece„dentiis, inſigniis, & *iuribus* quibuscunque ad hanc dignitatem „ſpectantibus, nullo prorſus excepto". Conf. decretum commiſſ. caeſ. d. 21. Febr. 1752. in Moſers Teutſchem Staatsarchive 1752., 5. Theile p. 774. ſq., vbi integra huius rei hiſtoria breuibus ex actis inſerta.

(b) CAPITVL. CAR. VII. art. 3. §. 18.: "Nachdem dermahlen wegen des Rheiniſchen Vicariats, und der darüber zwiſchen beyden Chur-Häuſern Bayern und Pfalz verglichenen Gemeinſchaft, die bekannte Umſtände ſich ereignet haben; Als wollen und ſollen wir daran ſeyn, daß ſo balden nach angetretener unſerer Kayſerlichen

 Regie-

Regierung dieſe Sache bey verſammletem Reiche vorgenommen, mithin zur gedeylichen Endſchaft baldeſt gebracht werden möge". Transactionem, cuius hic fit mentio, concluſam ſub dato München und Mannheim den 14. May 1724., vide in Moſers Teutſchem Staatsarchiv 1752. 5. Theile p. 788. ſq.

(c) Vide hanc transactionem ſub dato München und Mannheim den 26. März 1745. in Moſers Teutſchem Staatsarchiv 1752. 5. Theil. p. 782. ſq.

(d) CAPITVL. (1745.) art. 3. §. 18.: "Nachdem das Churfürſtliche Collegium den in an. 1745. zwiſchen beyden Chur-Häuſern Bayern und Pfalz, des Rheiniſchen Vicariats und deſſen Alternation halber, errichteten Vergleich, zu gänzlicher Aufhebung derer unter denenſelben alt-obgewalteten Irrungen, erſprießlich und zugleich zu Beförderung der heilſamen Juſtiz tempore interregni verträglich angeſehen; ſo ſollen und wollen wir daran ſeyn, daß ſothaner Vergleich gleich nach Antritt unſerer Kayſerlichen Regierung dem geſamten Reiche vorgeleget, und deſſen Genehmigung gedeylich befördert werde„.

(e) Vid. Kayſerl. Commiſſions-Decret ſub dato Regenſp. den 21. Febr. 1752., dict. den 26. Febr., in Moſers Teutſchem Staatsarchive 1752. 5. Theil. p. 774. ſq.; item das Chur-Bayriſche und Pfälziſche Schreiben an die Reichsverſammlung ſub dato München den 10. und Mannheim den 21. Jun. 1752. in Moſers Staatsarch. 1752. 9. Th. p. 421. ſq., deinde protocolla imperii *ibidem* p. 583. ſq. 605. ſq. & ſuffragium imperii ſub dato Regenſp. den 7. Aug. 1752., dict. den 11. Aug. *ibid.* p. 610., eiusque ratificationem caeſaream ſub dato Wien den 21. Aug. 1752., ibid. p. 923. ſq.

§. 775. *Duo* itaque *adhuc vicarii* ſunt, alter Saxoniae elector, alter aut Bauarus, aut Palatinus. Ambobus autem *haud coniunctum* vicariatum A. B. tribuit, ſed huic "in partibus Rheni & Sueuiae & in iure Franconico", illi "in his „locis, vbi Saxonica iura ſeruantur" (a). Nonnulli ab vtroque vicariatu immunes ſunt, ipſique illi *limites* nonnullis in partibus dubii & controuerſi (b).

(a) A. B.

(a) A. B. tit. 5. §. 1. 2. Vid. ſupr. §. 773. a. b.

(b) In decreto commiſſ. caeſ. d. 21. Febr. 1752. mentio facta transactionis ſuper limitibus vicariatus inter ſingulos vicarios initae & mox producendae. Vid. Moſers Staatsarch. 1752. 5. Th. p. 775. Sed nondum transactio illa adparuit.

§. 776. *Iura* vicariis imperii *in A. B. nominatim tributa* ſunt "poteſtas iudicia exercendi, ad beneficia eccleſiaſtica prae- „ſentandi, recolligendi reditus & prouentus, & inueſtiendi „de feudis, iuramenta fidelitatis vice & nomine ſacri imperii „recipiendi". Vti e contrario "omne genus alienationis ſeu „obligationis rerum imperialium expreſſe iis interdictum" (a).

(a) A. B. tit. 5. §. 1.

§. 777. In *modo exercendi haec iura* primum eſt, vt in ſuo quisque vicariatus tractu, quamprimum interregni initium conſtat, *litteras patentes* vicariatum adnunciantes vbique adfigi curet. Ex quo titulum vicarii vterque adſumit; ordinem ceterum inter ſtatus haud mutat.

§. 778. Prima ſimul cuiusque vicarii cura eſt, conſtituendi *iudicia vicariatus aulica.* Quorum quippe vnum quisque vicarius in aula ſua conſtituit in locum, immo & ad exemplar circiter, ſenatus imperialis aulici, vtpote cum perſona Imperatoris ceſſantis, non ad nouas tantum cauſſas, quibusve periculum morae ineſt, tractandas, ſed ad continuandas quoque antiquas, quarum acta proinde, ope Moguntini qua archicancellarii, ſumtibus partium, vicariis extradi oportet (a).

(a) CAPITVL. (1724.) art. 3. §. 16.: "Weil nach Inhalt der G. B. den Reichsverweſern die Gewalt, im Reiche Rechte zu ſprechen, zuſtehet; alſo ſoll berührte Befugniß der Reichs-Ver-

Verweſer nicht bloß auf neue, oder ſolche Rechts-Sachen, wobey periculum in mora, oder die Gefahr einer Unruhe, und Thätlichkeiten abzuwenden, eingeſchränkt ſeyn, ſondern ſich auch auf Fortſtellung derer vorhin bey dem Kayſerlichen Reichshofrath anhängig geweſenen Proceſſe und Rechts-Händel vor denen Vicariats-Hofgerichten allerdings erſtrecken; und zu ſolchem Ende an erwehnte Reichs-Vicariats-Gerichte die bey dem beſagten Reichshofrath vorhin verhandelte in der Reichs-Canzley vorhandene *acta* in originali gegen Beſcheinigung und Erklärung wegen deren ohnfehlbaren Reſtitution zu dem Reichs-Archive ſogleich nach geendigtem interregno, durch Anordnung des Churfürſten zu Maynz, als des Reichs Erz-Canzlern, auf Verlangen der Vicariaten und Koſten der Partheyen ohnweigerlich verabfolget werden."

§. 779. *Camerae* quoque *imperii*, quae quidem ceterum nullam cum perſona Imperatoris mutationem ſubit, ad continuandam in interregno auctoritatem iudiciariam, vicarii ſigillum ſuum per Moguntinum dari, titulumque vicariorum loco caeſarei adhiberi curant, & quidem, vi pacti inter Palatinum & Saxonem poſt mortem Rudolphi II. anno 1612. initi, haud diuiſum pro diuerſis vicariatuum tractibus, ſed vnitum coniunctumque.

§. 780. Ratione *inueſtiturae feudorum imperii* excepit aurea bulla a poteſtate vicariorum "feuda principum & „illa, quae *Vanleben* vulgariter appellantur, quorum inue„ſtituram & collationem ſoli Imperatori vel regi Romanorum „ſpecialiter reſeruauit" (a). Qua reſeruatione ſolum *feuda throni* comprehendi, ſtatuunt capitulationes nouiſſimae (b).

(a) A. B. cap. 5. §. 1.

(b) CAPITVL. (perpet. & 1711.) art. 11. §. 7.: "Denjenigen Lehen, welche die Reichs-Vicarien in Kraft der güldenen Bull (add. 1742.: als worinnen die von uns coram throno zu empfangende Lehen allein ausgenommen ſeynd) verleyhen können".

§. 781.

§. 781. *Reliquorum feudorum inueſtitura*, ſi terminus anni & diei, ſiue a mutatione inde, quae ex parte vaſalli accidit, ſiue a morte Imperatoris, in interregno elabitur, ante eum elapſum renouari coram vicariis, aut indultum ab iis peti debet. Renouata tamen inueſtitura coram nouo deinde Imperatore, vti quidem ex A. B. videri poterat (a), non amplius repetenda eſt (b).

(a) A. B. tit. 5. §. 1. verbis: - - "*iuramenta* fidelitatis reci„piendi, *quae tamen per regem Rom. poſtea electum ſuo tempore* „*omnia innouari, & de nouo ſibi iuramenta ipſa praeſtari de*„*bebunt*".

(b) CAPITVL. (perpet. 1711.) art. 11. §. 6. 7.: "S. u. w. wir ſie, minderjährige, nach erlangter Majorennität, zu anderweitiger Empfängniß ſolcher Lehen und Regalien - - nicht - - anhalten (vid. ſupr. § 731. a.); welche Meynung es dann auch haben ſoll mit denenjenigen Lehen, welche die Reichs-Vicarien - - verleyhen können." (vid. §. praeced. not. b.)

§. 782. *Ius colligendi reditus* & prouentus imperiales praxi fere non poteſt non deſtitui. Vix poteſtas quoque *praeſentandi ad beneficia eccleſiaſtica* alicuius momenti eſt, ſi praebendas modo regias (Königs-Pfründen) hac lege intellexeris. Vicarii hoc nomine *ius primariarum precum* exercere contendunt.

§. 783. Multo plura tum *ex ampliori legis interpretatione*, tum *ex obſeruantia* ſibi adſerunt vicarii, veluti *ius concedendi priuilegia* academiarum, impreſſoria, comitiuas, collationes dignitatum, veniam aetatis, item *ius conſtituendi iudicem camerae*, ſi in interregno vacauerit hoc munus, & quae ſunt reliqua. Quibus tamen omnibus adhuc

controuerſia mouetur, licet capitulationes iam dudum iuribus vicariorum proſpexiſſe videantur (a).

(a) CAPITVL. (1619.) art. 3. §. 15.: "auch nicht nachgeben, daß die Vicariaten und deren iura, ſamt was denſelben anhängig, von jemanden disputirt und beſtritten (add. 1742.: oder reſtringiret) werden".

§. 784. In primis iam aliquoties agitata fuit controuerſia: vtrum *conuentus imperii*, veluti deputationes, & vel comitia imperii vniuerſalia, auctoritate vicariorum *in interregno* continuari, aut plane indici poſſent? Quod quidem ſtatutum capitulationibus nouiſſimis (a), necdum tamen contradictio principum remota, nec proinde obſeruantia adhucdum legi acceſſit.

(a) CAPITVL. (1742.) art. 13. §. 9." Da nach Abſterben eines Kayſers, oder in deſſen Minderjährigkeit, und langwieriger Abweſenheit, auſſer Reichs, denen Reichs-Vicariis die Ausſchreib- und Haltung eines Reichstags, oder da dergleichen ſchon vorhanden, die Continuirung deſſelben, ſtatt eines Römiſchen Kayſers allerdings zukömmt; ſo ſollen dieſelbe ſolchenfalls mit Anſetzung eines neuen Reichstages, nach obiger Vorſchrift ſich gleichfalls zu achten ſchuldig, die ſtehende Comitia aber zu continuiren befugt ſeyn, und beyde Arten anderſt nicht, als unter deren *vicariorum* Autorität gehalten und fortgeſezt werden".

§. 785. *Abſente* diutius *Imperatore*, *vel* minorennitate, aliaue ratione *impedito*, an & quaenam ſint iura vicariorum, non ita expeditum legibus & obſeruantia priſtina fuit, donec capitulationes nouiſſimae etiam iſtiusmodi in euentus vicariorum iuribus proſpexerunt (a).

(a) CAPITVL. (1742.) art. 3. §. 15.: "Gleichergeſtalt wollen wir die Vicarien des Reichs bey ihren -- Rechten der Verweſung des

des Reichs, ſowohl nach Abſterben eines Röm. Kayſers oder Kö-
nigs, als auch bey deſſen langwierigen Abweſenheit außer
Reichs, oder wenn derſelbe, das Regiment ſelbſt zu führen durch
andere Umſtände gehindert werden ſollte, unbeeinträchtigt blei-
ben laſſen". Add. CAPITVL. (1742.) art. 13. § 9. verbis: "nach
Abſterben eines Kayſers, oder in deſſen Minderjährigkeit und
langwieriger Abweſenheit außer Reichs". Vid. §. praeced.
not. *a*.

§. 786. *In Italia* durante interregno Rex Sardiniae, qua dux Sabaudiae, titulo vicarii vtitur, eiusque iura vicariatus etiam capitulationes caeſareae firmant (a), licet, vltra ſuum ipſius territorium quousque ſe extendat iſte vicariatus, haud ita liqueat, nec Germaniae vicarii, Italiam ſibi non ſubeſſe, concedant.

(a) CAPITVL. (1658., omiſſ. in perpet. & 1742., reſtit. 1745.) art. 26. §. 4.: "So thun wir auch dasjenige, was das Churfürſtliche Collegium unterm 4. Jun. 1658. an damahligen Herzogen zu Mantua wegen Annullir- und Aufhebung des dem Hauſe Savoyen zum Nachtheil unterfangenen Kayſerl. Reichs-Vicariats und Generalats in Italien geſchrieben, hiermit allerdings beſtätigen, dergeſtalten, daß wir ob deſſelben Begriff feſtiglich halten, und den König von Sardinien, als Herzogen von Savoyen, bey (ihrer in Italien, loco cuius poſitum 1745.:) der habenden Vicariats-Gerechtigkeit und Privilegien gebührend ſchützen und handhaben wollen".

## CAP. II.
## DE ELECTIONE IMPERATORIS.

§. 787. Quamprimum vacare thronum imperialem conſtat, vi A. B. intra menſem (a) Moguntinus elector ſingulis coëlectoribus noui Imperatoris electionem per nuntios patenti-

bus debet litteris intimare (b), quibus *terminus electionis* intra tres menſes continuos a die in litteris expreſſa conſtituitur (c).

(a) A. B. tit. 1. §. 21.
(b) A. B. tit. 1. §. 18., tit. 4. §. 2.
(c) A. B. tit. 1. §. 18. & tit. 18.

§. 788. *Locus electionis* ordinarius ex obſeruantia & lege eſt ciuitas imperialis Francofurti ad Moenum (a), cuius propterea magiſtratui per litteras inſtantem electionem ſignificat Moguntinus. *Mareſchallus* quoque *imperii hereditarius* ante omnia communem cum illo curam habitationum, politiae, reliquorumque ad electionem eiusque conuentum neceſſariorum ſuscipit.

(a) A. B. tit. 1. §. 19., tit. 28. §. 5.

§. 789. Conuenire iubentur vi A. B. omnes & ſinguli *electores*, aut *ipſi, aut per nuntios* ſeu procuratores (a). Adhuc vsque vnus alterue elector, in primis Moguntinus, ipſe adeſſe, ac ſollenniter introire ciuitatem, conſueuit. Vſu tamen hodie deſtituuntur, quae de conductu & comitatu electorum ſtatuit A. B. tit. 1.

(a) A. B. tit. 1. §. 19., & tit. 18. §. 2.

§. 790. *Procuratores* cuiusque electoris admittit A. B. *vnum vel plures* (tit. 18. §. 2.), ſed *mandatum* ſufficiens requirit (tit. 18. §. 2.); cum plena & omnimoda poteſtate atque patentibus litteris, maiore cuiuslibet electoris ſigillo ſignatis ad

ad eligendum Imp. (tit. 1. §. 19.); & vel ex formula (tit. 1. §. 20.) praeſcripta in ipſa A. B. tit. 19.

§. 791. Ex obſeruantia cuiusque, qui non ipſe comparet, immo vel praeſentis quoque, electoris miniſtri plenipotentiarii ſemper plures, ad minimum duo, adeſſe ſolent; iique mandato procuratorio in litteris patentibus, ſaltem ex mente, ſi non verbis A. B. conceptis, inſtructi. Sollenniter quidem haud aeque, vt ipſi electores, intrant. Summis autem legatorum honoribus tamquam *legati primi ordinis* vtuntur (a).

(a) Compara den Vergleich der Churfürſtlichen Geſandtſchaften auf dem Wahltage 1711. wegen des Ceremoniels in Schmauß corp. iur. publ. p. 1173.

§. 792. Poſtquam electores eorumue nuntii ciuitatem Francofurtenſem ingreſſi fuerint; A. B. quidem *ſtatim ſequenti die* diluculo, in eccleſia S. Bartholomaei ibidem, in omnium ipſorum praeſentia vult miſſam decantari (tit. 2. §. 1.), peracta miſſa omnes eosdem ſingulari quodam praeſcripto electionis ſacramento adſtringi (tit. 2. §. 2. 3.), praeſtito denique hoc iuramento ad *electionem* procedi, nec tantum a dicta ciuitate haud ſecedi, niſi electio prius perfecta fuerit (tit. 2. §. 4.), ſed ita quoque, vt, ſi facere id diſtulerint *infra triginta dies* a die praeſtiti iuramenti continuo numerandos, ex tunc transactis iisdem triginta diebus, a modo panem manducent & aquam, & nullatenus ciuitatem exeant, niſi prius elegerint Imperatorem (tit. 2. §. 5.).

§. 793. Antequam autem haec ſollennis in A. B. praeſcripta electio peragatur; primum *in aulis electorum* hodie tractari potiſſimum ſolet, quis eligendus ſit. Et in ipſo conuentu electionis, ex quo in vſum venere *capitulationes* caeſareae, his quid in ea, quam eligendus iuret, addendum, detrahendum, mutandum ſit, prius deliberandum eſt.

§. 794. *Initium* itaque conuentus electionis *hodie fit conferentiis*, quae *ſuper capitulatione* potiſſimum instituuntur, quibusque alia etiam, quae durante conuentu accidunt, negotia tractantur, primum praeliminaribus, deinde principalibus. Quae tam diu durant, donec finito negotio capitulationis, atque electione interim in aulis ſatis praeparata, ſollenniter ſecundum A. B. ea peragi poſſit.

§. 795. "*Per omne illud tempus*, quo ſuper electio„ne tractari ac agi contigerit", A. B. (tit. 1. §. 25. 26.) ſancit, vt "ciues Francofurtenſes *neminem*, cuiuscumque digni„tatis, conditionis vel ſtatus exſtiterit, *in ciuitatem intro„mittant*, vel intrare quouis modo permittant, *exceptis „dumtaxat electoribus* eorumue procuratoribus & comi„tatu illorum; &", ſi poſt electorum introitum, ſeu „in ipſorum praeſentia, in praefata ciuitate aliquem re„periri contigerit, illius exitum ciues absque mora, & cum „effectu protinus ordinent, ſub omnibus poenis contra i„pſos ſuperius promulgatis", nempe (tit. 1. §. 24.) "vt alio„quin periurii reatum incurrant, & bannum imperiale in„cidant".

§. 796.

§. 796. *Nihilominus* dudum iam *inualuit, vt adveniant* ad coetum electionis tum quicumque vel circa negotium capitulationis, vel aliud deſiderii quidpiam habent, tum ſpeciatim *legati ab exteris* eo *miſſi*, ſiue primi ordinis, qui & ſollenniter ciuitatem ingredi ſolent, ſiue ſecundi tantum ordinis, ambo litteris credentialibus vniuerſo collegio electorali ſcriptis inſtructi.

§. 797. Vtplurimum inter alios quoque *nuntius pontificis Romani* adeſt, qui litteras credentiales modo catholicis electoribus ſcriptas, ſubinde varias etiam proteſtationes adfert, ſed non tam facile amplius, quam olim, nec honoribus, quos quidem optat, admittitur.

§. 798. Omnes hi, qui citra collegium electorale durante conuentu electionis commorantur Francofurti, *tolerantur quidem ex nouiore obſeruantia, ſed tantum per modum diſpenſationis*, & quidem eo dumtaxat vsque, *donec adpropinquet dies electionis ſollennis*, quo exire iterum monentur omnes (a). *In futurum ſtrictius* obſeruari ſanctionem A. B., ſtatuit collegium electorale (b).

(a) Vid. des Churfürſtlichen Wahl-collegii Decret wegen derer währender Wahl-Conſultationen in der Wahlſtadt zu duldenden Fremden, vom 26. Aug 1745. in SCHMAUSS. *corp. iur. publ.* adpend. p. 64. vbi inter alia: - - "wären von Reichs-Erbmarſchall-Amts wegen zu ermeldeten ſich jetzt alhier aufhaltenden Päbſtlichen nuntio, Geſandten, Standes-Perſonen, Deputirten und Räthen, ſich zu begeben, - - und zu bedeuten, - - - es habe ein höchſtlöbliches Churfürſtliches Collegium für diesmahl annoch - - in ſo weit diſpenſiren wollen, daß ſie bis auf weitere Anſage in hieſiger Stadt verbleiben, immittelſt aber ſich gefaßt machen und halten

halten mögen, um, ſo bald ihnen fernere Ankündigung geſchehen wird, denen Reichs-Grund-Geſetzen und altüblichem Herkommen gemäß ſich ohnfehlbar zu bequemen, und alsdenn bis nach verrichteter Wahl aus hieſiger Stadt ſich zu begeben".

(b) Vid. Decretum ſaluatorium wegen der währenden Wahlconſultationen in der Wahlſtadt geduldeten Fremden, vom 10. Sept. 1745., apud SCHMAVSS. *l. c.* p. 65., vbi: " - - Geſtalten dann der Rath, Bürgerſchaft, und ganze Stadt Frankfurt ſo wohl, als auch andere Reichs-Städte, bey welchen in inſtehendem Fall hinfüro Wahl-Täge angeſtellt und gehalten werden mögen, hiermit alles Ernſtes und ausdrücklich bey Vermeidung der diesfalls in der güldenen Bull geſetzten Strafe und Pön, erinnert und verwarnet werden, daß ſie ins künftige, wenn ein Wahltag ausgeſchrieben ſeyn wird, außerhalb die Herren Churfürſten, und welche ſich in Deroſelben Suiten zu würklichen Dienſten befinden werden, keine perſonas publicas, ſie ſeyen, wer ſie wollen, auswärtige oder zum Heil. Römiſchen Reich gehörige, einlaſſen, noch ihnen bey annahendem Wahl-Termine Aufenthalt verſtatten ſollen".

§. 799. Ante ipſum electionis terminum die quadam praecedente *iusiurandum* in A. B. praeſcriptum (a), quod vocant, *ſecuritatis* (der Securitäts-Eyd) praeſtatur collegio electorali a magiſtratu ciuibusque & milite praeſidiario ciuitatis, vbi electio peragitur.

(a) A. B. tit. 1. §. 24.: "Iniungimus *ciuibus de Frankenford*, „& mandamus, *vt* ipſi *vniuerſos principes electores* in genere, & „quemlibet eorum, *ab inuaſione* alterius, ſi quid inter eos, ad„uerſitatis emergeret, & etiam ab omni homine, cum omnibus „eorum hominibus, quos ipſi & eorum quilibet in praefato du„centorum equorum ſuorum numero ad praefatam duxerint ci„uitatem in virtute *iuramenti*, quod *ſuper hoc* ipſos ad ſancta „praeſtare ſtatuimus, fideli ſtudio & ſolerti diligentia *protegant* „*ac defendant*".

§. 800.

§. 800. In ipſa *ſollenni electionis die* praeſcripta aureae bullae, priſtinique mores, quantum fieri poteſt, adhuc obſervantur. Hinc *initium* fit *ſollenni proceſſione*, qua electores veſtitu electorali induti, & abſentium primi legati, pariter ſollenniter ſuo modo veſtiti, equitantes a curia *ad eccleſiam S. Bartholomaei* transeunt (§. 792.).

§. 801 *In eccleſia*, praeſentibus in choro electoribus, vel qui eos repraeſentant, primum *miſſa* celebratur (a), qua durante modo ſecedere ſolent electores legatiue Euangelici.

(a) A. B. tit. 2. §. 1.: "*In eccleſia ſancti Bartholomaei* apoſtoli ibidem, in omnium ipſorum praeſentia, *miſſam de ſancto ſpiritu* faciant decantari ad finem, vt ipſe Sanctus Spiritus corda ipſorum illuſtret, & eorum ſenſibus lumen ſuae virtutis infundat, quatenus ipſi ſuo fulti praeſidio hominem iuſtum, bonum & vtilem eligere valeant, in regem Romanorum futurumque caeſarem, ac pro ſalute populi Chriſtiani".

§. 802. Peracta miſſa ſinguli electuri coram altari iurant *iusiurandum*, quod vocant, *electionis* (den Wahl-Eyd) (a) ſecundum formulam in A. B. praeſcriptam (b), modo Germanice hodie, & paullulum aliter electores ipſi (c), aliter legati abſentium (d); praeſentibus ſemper duobus notariis, quos requirit Moguntinus nomine collegii electoralis, vt notent actum huius praeſtiti iurisiurandi.

(a) A. B. tit. 2. §. 2.: "Peracta miſſa, *omnes electores* ſeu nuntii accedant *ad altare*, in quo miſſa eadem extitit celebrata, vbi principes electores eccleſiaſtici *coram Euangelio beati Ioannis:* In principio erat verbum, quod illic ante ipſos poni debebit, manus ſuas pectori cum reuerentia ſuperponant; Seculares vero principes electores dictum euangelium corporaliter manibus ſuis tangant, qui omnes cum tota ſua familia tunc ibi debe-

 „bunt

„bunt inermes aſſiſtere. Et archiepiſcopus Moguntinenſis for-
„mam iuramenti eis dabit, & vna cum ipſis, & ipſi, vel abſen-
„tium nuncii, vna cum eo *iuramentum praeſtabunt* vulgariter in
„hunc modum".

(b) A. B. tit. 2. §. 3.: "Ego N. archiepiſcopus Maguntinen-
„ſis ſacri imperii per Germaniam archicancellarius ac princeps
„elector, *iuro ad ſancta Dei euangelia*, hic praeſentialiter coram
„me poſita, *quod* ego per fidem, qua Deo & ſacro Romano Im-
„perio ſum adſtrictus, *ſecundum omnem diſcretionem & intelle-*
„*ctum meum*, cum Dei adiutorio *eligere volo* temporale caput po-
„pulo Chriſtiano, id eſt, *Regem Romanorum* in caeſarem promo-
„vendum, *qui* ad hoc *exſiſtat idoneus*, in quantum diſcretio &
„ſenſus mei me dirigunt, & ſecundum fidem praedictam; vo-
„cemque meam & votum, ſeu electionem praefatam, dabo *abs-*
„*que omni pacto, ſtipendio, pretio vel promiſſo*, ſeu quocunque
„modo talia valeant appellari, *ſic me Deus adiuuet & omnes*
„*ſancti*".

(c) Electores ipſi iurant ſequentem in modum: "Ich N. N.
ſchwöre zu den heil. Evangelien hier gegenwärtig vor mich ge-
legt, daß ich, durch den Glauben oder Treu, damit Gott und dem
Heil. R. verſtrickt und verbunden bin, nach aller meiner Ver-
nunft und Verſtändniß, mit Gottes Hülfe wählen will, ein
weltlich Haupt dem Chriſtlichen Volke, daß iſt: einen Römiſchen
König, in künftigen Kayſer zu erheben, und zu machen, der darzu
geſchickt und tauglich ſeye, ſo viel mich meine Vernunft und Sinn
weiſen, und nach dem berührten meinen Sinn und Glauben, oder
Treu, meine Stimme, Votum und Wahl, geben wolle, ohne al-
le Geding, Sold, Lohn, oder Verheiſch, oder welcherley
Maaß die genannt werden mögten; als mir Gott helfe und ſein
heiliges Evangelium".

(d) Abſentium electorum legati iurant: "Ich N. N. als ge-
walthabende Bottſchaft des N. N. ſchwöre in meine und deſ-
ſen Seele, von dem ich geſchickt und gevollmächtiget bin, zu
den heiligen Evangelien hier gegenwärtig vor mich gelegt, daß ich
nach aller meiner Vernunft und Verſtändniß mit Gottes Hülfe wäh-
len will ein weltlich Haupt dem Chriſtlichen Volke, das iſt, einen Rö-
miſchen König in künftigen Kayſer zu erheben, der dazu geſchickt
und tauglich ſeye, ſo viel mich meine Vernunft und Sinn weiſen,
und

und nach dem berührtem meinem gethanen Eyd, meine Stimme, Votum und Wahl geben will, ohne alle Geding, Sold, Lohn, und Verheiſch, oder welcher maßen die genannt werden mögten: als mir Gott helfe, und ſein heiliges Evangelium".

§. 803. Praeſtito iureiurando *tranſeunt in conclaue* electioni deſtinatum, ita vt praeſentes electores praecedant abſentium legatis. Quo ordine quoque *conſident*, atque, facta coram notario & teſtibus promiſſione agnoſcendi maiora vota, *obſerari oſtium* curant.

§. 804. *Suffragia* Moguntinus colligit (a), & quidem eo ordine, qui inter omnes electores praeſentes locum haberet (b). Ipſe Moguntinus ſententiam ſuam declarat poſtremus (c).

(a) A. B. tit. 4. §. 3.: "Archiepiſcopus *Maguntinenſis* & non al„ter, eorumdem coelectorum ſuorum *vota* ſingulariter *habebit* „*inquirere*".

(b) A. B. tit. 4. §. 4.: "*Primo* interrogabit a *Treuerenſi* ar„chiepiſcopo, cui *primam vocem* competere declaramus, ſicut „inuenimus hactenus competiiſſe. *Secundo*, a *Colonienſi* archi„epiſcopo, cui competit dignitas, nec non officium Romanorum „Regi primum diademo regium imponendi. *Tertio* a *Rege Bo„hemiae*, qui inter electores laicos ex regiae dignitatis faſtigio „iure & merito obtinet primatiam. *Quarto* a *Comite Palatino* „*Rheni*. *Quinto* a *Duce Saxoniae*. *Sexto* a *Marchione Branden„burgenſi*".

(c) A. B. tit. 4. §. 4.: "*Horum omnium vota*, praemiſſo iam „ordine, dictus archiepiſcopus *Moguntinenſis perquiret*. *Quo* „*facto dicti principes*, ſui conſortes, *ipſum vice verſa requirent*, „vt & ipſe intentionem ſuam exprimat, & ipſis aperiat votum „ſuum".

§. 805. *Vnanimia* omnium ad eligendum Imperatorem ſuffragia *haud requiruntur.* Verum cui maior tantum electorum numerus fauet, eius electio perfecta eſt (a). Ipſiusque electi ſuffragium adnumerari oportet (b). Reliqui, qui eumdem ſuffragiis ſuis numero minoribus haud nominarunt, ſiue diſſentientes, ſiue abſentes, electum illum agnoſcere debent. Qui ſerius reliquis adueniunt, admittendi quidem adhuc re integra, ſed in eo ſtatu, in quo aduentus tempore conſiſtebat electio (c).

(a) A. B. tit. 2. §. 6.: "Poſtquam in eodem loco ipſi (ele-„ctores) *vel pars eorum maior* elegerit, talis electio *perinde* ha-„beri & reputari debebit, *ac ſi* foret *ab ipſis omnibus, nemine dis-„crepanté concorditer* celebrata".

(a) A. B. tit. 2. §. 10.: "In caſu, quo tres principes electo-„res, praeſentes, ſeu abſentium nuncii, quartum ex ſe ſeu ipſo-„rum conſortio, videlicet principem electorem praeſentem vel „abſentem in Regem Romanorum eligerent; *vocem illius electi*, „ſi praeſens affuerit, aut nunciorum ipſius, ſi eum abeſſe con-„tingeret, *plenum vigorem habere*, & eligentium augere nume-„rum, partemque maiorem decernimus conſtituere, ad inſtar ce-„terorum principum electorum".

(c) A. B. tit. 2. §. 7.: "Si *per tempus aliquod morari, abeſſe & „tardare* contingeret aliquem de electoribus ſeu nunciis ante-„dictis, *dum tamen veniret, antequam* praedicta eſſet *electio cele-„brata*, hunc ad electionem ipſam *in eo ſtatu admitti* debere de-„cernimus, *in quo* ipſa *aduentus ſui tempore conſiſtebat*".

§. 806. *Electus* Imperator ſiue ſtatim ipſe, ſi adeſt, ſive per eum eosue, quem vel quos ea mente mandato procuratorio iam inſtruxit, primum *in conclaui* confeſtim *iurat capitulationem* prius confectam, coram notario iterum & teſtibus.

§. 807.

§. 807. Iurata capitulatione *in conclaui* primum *electio publicatur*, atque *congratulationes* fiunt. Deinde *proclamatur* electus *in eccleſia*, &, ſi praeſens eſt, in altari ſiſtitur populo. Quo facto, ſollenni iterum *proceſſione* ex eccleſia *reuertuntur*.

§. 808. Conficiunt poſthaec electores *decretum*, quod vocant, *electionis* (Wahl-Decret). Idque electo, ſi praeſens eſt, traditur *erga* tot ab Imperatore ſubſcripta *exemplaria capitulationis*, quot electores ſunt.

§. 809. Sin *abſens electus*, confeſtim certior redditur de facta electione. Mox ex ordine principum mittitur, qui ſollenniter ei factam electionem ſignificet, & decretum electionis adferat erga reuerſum, cui capitulatio inſerta, inuitet quoque electum ad ſuſcipiendam coronam.

§. 810. *Aduenienti* electo *obuiam procedunt* extra vrbem electores, eumque comitantur in eccleſiam primum, vbi nunc ipſe iureiurando firmat capitulationem, deinde in domum.

§. 811. *Quem* ſic *eligant* electores, nullis aurea bulla limitibus eorum arbitrium circumſcribit, "*hominem iuſtum*, „*bonum et vtilem*" modo eligendum commendans (a). Neque aliis legibus magis, quam obſeruantia definitum, cuius aetatis, nationis, ordinis, potentiae cet., eſſe debeat.

(a) A. B. tit. 2. §. 1. Vid. ſupr. §. 801. not. a.

# CAP. III.

## DE AVSPICIO REGIMINIS, TITVLIS, INSIGNI, ATQVE EXTERIS CORONATIONIBVS IMPERATORIS.

§. 812. Electus in Imperatorem *auſpicari regimen* ſtatim poteſt, ſed ex mente tamen electorum, & vi capitulationum nouiorum haud prius, quam ipſe in capitulationem iurauerit (a).

(a) CAPITVL. (1711.) art. 3. §. 10.: - - "Zeit der Vacanz, und bis wir die Wahlcapitulation in Perſon beſchworen, folglich das Regiment würklich angetreten" ꝛc. CAPITVL. (1711.) art. 30. §. 5. 6.: "Wir verſprechen - - ſothane Beſchwörung der Capitulation noch vor Empfangung der Krone in eigner Perſon ſelbſt zu leiſten - -, auch, ehe wir ſolches gethan, Uns der Regierung nicht zu unterziehen, ſondern geſchehen zu laſſen, daß die in der G. B. benahmte Vicarii indeſſen an ſtatt Unſer die Adminiſtration des Reichs continuiren".

§. 813. Eo vsque igitur durat adminiſtratio vicariorum, qui tunc, *refigi litteras vicariatus* patentes, retradi a camera ſigillum vicariatus, & ad minimum intra 6. menſes Imperatori per Moguntinum dari *acta vicariatus* (a), curant, quorum ratihabitio & confirmatio iam in capitulatione ab electo promittitur (b).

(a) CAPITVL. (1742.) art. 3. §. 17.: "Da hingegen ſeynd die Reichs-Vicariaten gehalten, ſollen mithin keineswegs unterlaſſen, ſobalden nach geendigtem interregno, und zwar längſtens innerhalb ſechs Monathen, die vor ihnen verhandelte *Acta* jedesmahl an den neu erwählten Kayſer einzuſchicken, um zu erwehnter

ter Reichs-Canzley durch Chur-Maynz als den Erz-Canzlern, oder den deſſelben Stelle vertretenden Reichs-Hof-Vice-Canzlern, zur nothwendigen Ergänzung des Reichs-Archivs gebührend hinterlegt zu werden".

(b) CAPITVL. (1711. 1745.) art. 3. §. 19. 20.: "S. u. w. wir die während dieſes letzt-vorgeweſenen interregni bey dem Rheiniſchen Vicariat - - vorgegangene Handlungen und Verleyhungen eben ſo als dasjenige, was von Sächſiſchen Vicariats wegen in mittler Zeit der Vacanz - - laut der G. B., und vermöge der Reichs-Ordnungen, gehandelt und verliehen worden, (add. 1742.: es ſey in Juſtiz-oder Gnaden-Sachen), in der allerbeſtändigſten Form genehm halten confirmiren, und ratificiren, wie ſich daſſelbe geziemet und gebühret, immaßen wir ſolches hiermit confirmiren und ratificiren".

§. 814. Titulis electus Germaniae Rex, qua ſimul Rex Romanorum, & Imperator (§. 756.), vtitur hunc in modum, vt in ſuis ipſius litteris nominetur: *Dei gratia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Germaniae Rex;* (Von Gottes Gnaden Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, König in Germanien); in tertia perſona: *Sacra Caeſarea Maieſtas* (Ihro Römiſch Kayſerliche Majeſtät). A ciuibus imperii eius allocutio fit: *Auguſtiſſime, Inuictiſſime* (Allerdurchlauchtigſter, Großmächtigſter, Unüberwindlichſter Kayſer). Exterorum regum in litteris, tantum non omnibus, allocutione: *Inuictiſſimi & domini fratris,* honoratur.

§. 815. *Inſigne Imperatoris,* quo in ſigillis, monetis, cet vtitur, conſiſtit in *aquila bicipiti nigra,* expanſis alis, ſub corona caeſarea, in campo aureo.

§. 816.

§. 816. Requiritur autem ex priſtina obſeruantia, vt triplicem prius coronationem, Germanicam, Longobardicam & Romanam, ſusceperit, quam plenis iſtis titulis atque inſignibus vti poſſit. *Romanorum Imperator* itaque non niſi Romae coronatus dicitur, ſed *electi Romanorum Imperatoris* titulo (erwehlter Römiſcher Kayſer) vtuntur a Maximiliano I. inde, modo in Germania coronati (a). Nondum in Germania coronati tantum *reges Romanorum* (Römiſcher König) vocantur. Regisque Romanorum inſigne etiam vnius tantum capitis aquila proprie eſt.

(a) Vide litteras, quas Maximilianus I. ea de re ſtatibus dedit d. 8. Febr. 1508. in SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* p. 48. ſq.

§. 817. Ipſa *corona Longobardica & Romana*, quam olim perquam ſollenni expeditione in Italiam petebant Germaniae & Romanorum reges, poſtremum Carolo V. impoſita, & porro adhuc aliquamdiu quidem in capitulationibus commendata fuit (a), ſed hodie nec in his quidem eius mentio amplius iniicitur (b). Vnde nec titulus hodie alter, quam electi Rom. Imp. obſeruatur.

(a) Quae a Carolo V. inde in ſingulis capitulationibus occurrit, poſtremum in capitulatione Ferdinandi IV. art. 37. reperitur formula: "Wenigers auch nicht zu Empfahung der Königlichen Krone uns befördern". omiſſa poſthaec in Leopoldina & ſequentibus.

(b) Vid. CAPITVL. art. 3. §. 8.

CAP.

# CAP. IV.
# DE CORONATIONE IMPERATORIS GERMANICA.

VBI SIMVL DE
## INSIGNIBVS IMPERII
AGITVR, ET DE
## ARCHIOFFICIIS ELECTORVM
EORVMQVE SVBOFFICIIS.

ITEM DE
## IVRIBVS PAPAE CIRCA
ELECTIONEM ET CORONATIONEM IMP.

### I. DE TEMPORE AC LOCO CORONATIONIS, ET A QVO PERAGATVR.

§. 818. *Coronationem Germanicam* vt electus Rex Romanorum, futurus Imperator, *quamprimum fieri poteſt*, ſuſcipiat, & A. B. (a), & antiquiori obſeruantiae, & nouioribus legibus (b), vſuique hodierno conuenit; licet *diem* ipſe *electus definiat*, qui & perſonas ad coronationem neceſſarias conuocari curat (c).

(a) A. B. tit. 28. §. 5.: "Inuenimus ex clariſſimis relationibus & traditionibus antiquorum, illud a tempore, cuius con-


"trarii

„trarii iam non habetur memoria, per eos, qui nos praeceſſe„runt feliciter, eſſe iugiter obſeruatum, vt Regis Romanorum, „futuri imperatoris, in ciuitate Frankenfordiae celebraretur ele„ctio, & *prima coronatio Aquisgrani*, & in oppido Nürnberg „prima ſua regalis curia haberetur. Quapropter certis ex cauſ„ſis etiam futuris praemiſſa ſeruari debere temporibus declara„mus, *niſi* praemiſſis omnibus, ſeu eorum alicui, *impedimentum* „*legitimum* obuiaret".

(b) CAPITVL. (1519.) art. 3. §. 8.: "Als auch uns geziemen will, und wir hiermit verſprechen, die Römiſche Königliche Krone förderlichſt zu empfangen; ſo ſollen und wollen wir alles dasjenige darbey thun, ſo ſich derenthalben gebühret."

(c) CAPITVL. (1558.) art. 3. §. 8.: - - "auch (alle und jede, loco cuius poſitum 1742.: die) Churfürſten, um ihr Amt zu verſehen, zu ſolcher Krönung erfordern." Quae quidem poſtrema verba initio 1558. ad coronationem Romanam, in capitulatione Leopoldi autem & ſequentium ab anno 1658. inde ad Germanicam relata. Conf. MOSER. *ad cap. Car. VII.* part. 2. p. 115. §. 2.

§. 819. *Locum* Germanicae *coronationis* A. B. ex antiquiore obſeruantia nominat *Aquisgranum* (a). Vbi tamen a Ferdinando I. inde coronatio haud peracta, ſed adhuc vsque, erga reuerſum modo Aquisgranenſia iura ſaluantem, in loco electionis ea fieri ſolet.

(a) A. B. tit. 28. §. 5. Vid. praeced. §. 818. not. a.

§. 820. Coronationem ex antiquo ritu *conſecratio per vnctionem* comitatur, hac modo inter regum & pontificum vnctionem differentia, vt caput pontificis chriſmate conſecretur, principum vnctio autem a capite ad bracchium translata ſit, hinc regis dumtaxat bracchium deliniatur oleo (a). *Vnde* vel ex ea ratione ſecundum principia iuris Canonici tamquam

actus

actus ordinis epiſcopalis *haud aliter, quam ab epiſcopo pontifice*, fieri poteſt; ex priſtina Germaniae obſeruantia primorum eius archiepiſcoporum aliquis eam peregit.

(a) Cap. VII. §. 5. X. *de ſacra vnctione.*

§. 821. A. B. quidem *ius coronandi* ſoli electori Colonienſi tribuit (a). Enimuero quum id tantum, ſi Aquisgrani, quippe intra dioeceſin Colonienſem, coronatio fieret, concedere, alioquin ſibi illud vindicare Moguntinus elector vellet; tandem inter vtrumque per transactionem d. 16. Iun. 1657. conuenit: vt in poſterum in ſua cuiusque propria dioeceſi alteruter ſolus, vbicumque alibi alteruter alterna vice actum coronationis perageret (b). Quae transactio, capitulationibus caeſareis firmata (c), in praxi quoque viget; niſi forte alteruter ipſe nondum conſecratus pontifex fuerit, vel quando alia ratione vltro alter alteri ceſſerit.

(a) A. B. tit. 4.: "*Colonienſi* archiepiſcopo, cui *competit* dignitas, nec non officium, Romanorum regi *primum diadema regium* imponendi".

(b) Vide ipſam transactionem d. 16. Iun. 1657. in SCHMAVSS. *corp. iur. publ.* p. 1048. ſq., vbi inter alia: "Daß beyden ihren Churf. Gnaden und Durchl. zu Maynz und Cölln die Würde und das Amt zu krönen, in ihren Erz-Bißthumen undisputirlich, und zwar jedem in ſeinem Erz-Bißthum und ſeiner propria dioeceſi, allezeit alleine und priuatiue zukommen ſolle. Ob aber außerhalb dieſer beyden obgedachten Erz-Bißthumen Maynz, und Cölln, die Crönung in einigen deren unterhabenden Suffraganeaten, oder in andern außer denen Erzbiſchöflichen Maynz- und Cöllniſchen Provinzen gelegenen Erz- und Bißthumen geſchehen würde; alsdenn ſoll dieſelbe *alternatiue* von beyden Herren Churfürſten, Maynz und Cölln, verrichtet; und alſo außer Aachen, und denen von beyden Churfürſten ſich vorbehaltenen ihren

ren eigenen Diöceſen und Erz-Biſsthümern, im ganzen heiligen Römiſchen Reich zwiſchen ihnen der Krönung halber, eine durchgehende Gleichheit ins künftige gehalten werden".

(c) CAPITVL. (1658.) art. 3. §. 9.: "Was zwiſchen beyden Churfürſten zu Mayntz und Cölln wegen der unter ihnen der Krönung halber entſtandener Irrungen gütlich beygelegt und verglichen worden; das wollen Wir hiermit gleichfalls confirmiret und beſtätiget haben".

§. 822. Is, qui ipſum conſecrationis & vnctionis actum committit, *conſecrator* dicitur. In *corona imponenda* omnes tres, ſi adſunt, archiepiſcopi concurrunt. Et ad actum conſecrationis *adſiſtentes* adhibentur *quatuor epiſcopi*, vtplurimum in partibus infidelium, item *quinque abbates*, presbyter aliquis, director chori, diaconus, ſubdiaconus, aliaeque perſonae eccleſiaſticae, ordinarie canonici eccleſiarum cathedralium.

## II. DE INSIGNIBVS IMPERII.

§. 823. Ad actum coronationis adhibentur, quae ex antiquitate ſuperſunt, *inſignia regalia:* corona aurea, ſceptrum argenteum, & globus aureus (Reichsapfel), item *veſtimenta* & *ornamenta regalia:* Dalmatica, alba, ſtola, pluuiale, tibialia, ſandalia, chirothecae, zona, annulus & gladius, denique *reliquiae:* capſula, in qua ſanguis S. Stephani, liber Euangeliorum in ſepulcro Caroli M. inuentus, dens Ioannis Baptiſtae, pars mappae, in qua ſaluator ſacram coenam inſtituit, & pars crucis Chriſti, cet.

§. 824. Ex his liber Euangeliorum, capſula & gladius Caroli M. *Aquisgrani;* reliqua, quae quidem pariter Aquisgranenſes

granenſes ſibi vindicare ſtudent, *Norimbergae* adſeruantur. Vtramque ciuitatem, imminente coronatione, collegium electorale iubet adferre, quae cuſtodit, in locum coronationis; ad quam certo ſub conductu transferuntur.

## III. DE ARCHIOFFICIIS ELECTORALIBVS EORVMQVE SVBOFFICIIS HEREDITARIIS.

§. 825. In primis actum coronationis ex perantiqua obſeruantia & ex A. B. ſanctione illuſtrem reddit ſollennis *archiofficiorum adminiſtratio*. Quamobrem & *electores* eorumue nuntii, & hereditarii eorum *ſubofficiales* ante omnia adeſſe coronationi iubentur.

§. 826. Erant eiusmodi *archiofficiales* ex priſtino more & *ſecundum A. B.* quatuor: archipincerna, Rex Bohemiae; archidapifer, comes Palatinus Rheni; archimarſchallus, elector Saxoniae; archicamerarius, Marchio Brandenburgicus (a). Eorumque *ſubofficiales* eo tempore: ſubcamerarius de Falkenſtein; magiſter coquinae ſiue vicedapifer de Nortenberg; vicepincerna de Limburg; vicemarſchallus de Pappenheim (b).

(a) A. B. tit. 27. §. 1-6.

(b) A. B. tit. 27. §. 7.

§. 827. Singulis archiofficiis *in ſollenni* cum Imperatore *proceſſione* primum *inſignia deportanda* committit A. B., ita vt "*dux Saxoniae* imperialem ſeu regalem *enſem* defe„rens Imperatorem ſeu regem immediate praecedat (A. B. tit. 22. §. 1.); comes *Palatinus pomum* imperiale portans a la-

 tere

„tere dextro (ibid. §. 2.) & marchio *Brandenburgenſis ſce-*
„*ptrum* deferens a ſiniſtro latere ipſius ducis Saxoniae lineа-
„liter gradiantur (ibid. §. 3.), *Rex* autem *Bobemiae Impe-*
„*ratorem* ſeu regem ipſum *immediate*, nullo interueniente
„*ſequatur*" (ibid. §. 4.).

I. Vtuntur inde ſinguli hi electores non tantum *titulo* ſui cu-
iusque archiofficii, ſed & *inſignium gentilitiorum* primo loco Sa-
xoniae elector enſe duplici, Palatinus pomo, Brandenburgicus
ſceptro.

§. 828. Deinde *ſingulis* A. B. (tit. 4. §. 5.) *baec officia* tribuit, vt "marchio *Brandenburgenſis* aquam lauandis Im-
„peratoris vel Regis Romanorum manibus miniſtret; primum
„vero potum *Rex Bohemiae*, quem tamen ſub corona rega-
„li, iuxta priuilegiorum ſuorum continentiam, niſi libera vo-
„luntate voluerit, non tenetur miniſtrare; *Comes* etiam *Pa-*
„*latinus* cibum afferat. Et *Dux Saxoniae* Mareſchallatus
„officium exerceat, vt ſolitum fieri ab antiquo".

§. 829. Sigillatim *dux Saxoniae*, vi A. B. tit. 27. §. 2.,
„Imperatore vel rege ipſo in ſede regia ſiue ſolio imperia-
„li ſedente, officium ſuum agit hoc modo: Ponitur ante aedi-
„ficium ſeſſionis imperialis vel regiae, *aceruus auenae* tan-
„tae altitudinis, quod pertingat vsque ad pectus vel antelam
„equi, ſuper quo ſedet ipſe dux, & habet manu baculum ar-
„genteum, & menſuram argenteam, quae ſimul faciunt in
„pondere duodecim marcas argenti; & ſedens ſuper equo, pri-
„mo menſuram eandem de auena plenam accipit, & famulo

„pri-

„primitus venienti miniſtrat eamdem. Quo facto, figendo „baculum in auenam recedit, & Vicemareſchallus eius, puta „de Pappenheim, accedit, vel eo abſente Mareſchallus Curiae, „vlterius auenam ipſam diſtribuit".

§. 830. "*Marchio Brandenburgenſis, archicame-„rarius*", ſecundum A. B. tit. 27. §. 3. 3. 4., "accedit ſu-„per equo, habens *argenteas pelues cum aqua* in manibus, „ponderis duodecim marcarum argenti, & pulcrum manuter-„gium, & deſcendens ab equo dat aquam domino Imperatori „vel Regi Romanorum manibus abluendis".

§. 831. "*Comes Palatinus Rheni* (vi A. B. tit. 27. §. 5.) "intrat ſimiliter ſuper equo, habens in manibus *quatuor „ſcutellas argenteas, cibis impletas*, quarum quaelibet „tres marcas habet in ſtatera, & deſcendens ab equo portat, & „ponit ante Imperatorem vel Regem in menſa".

§. 832. "Poſt hoc (inquit A. B. tit 27. §. 6.)" *Rex Bo-„hemiae*, archipincerna, veniat ſimiliter ſuper equo, portans „in manibus cuppam ſeu *ſcyphum argenteum*, ponderis duo-„decim marcarum, coopertum *vino & aqua permixtum*, „impletum, & deſcendens de equo ſcyphum ipſum Imperatori „vel Regi Romanorum porriget ad bibendum".

§. 833. Sic, porro ſtatuit A. B. tit. 27 §. 7., "*peractis* „per principes electores ſeculares, praedictis eorum *officiis*; „ille de Falkenſtein, *ſubcamerarius, equum & pelues* „Marchionis Brandenburgenſis pro ſe recipiat; *magiſter co-*

„*quine*

„*quinae* de Nortemberg *equum & ſcutellas* Comitis Palatini,
„*Vicepincerna* de Limburg, *equum & ſcyphum* Regis Bo-
„hemiae; *Vicemareſchallus* de Pappenheim *equum, bacu-
„lum & menſuram*, praedictam Ducis Saxoniae".

§. 834. "*Si* tamen ipſi" *ſubofficiales*, demum inquit A. B. tit. 27. §. 8., "*praeſentes* exſiſtant; & eorum quilibet „in officio ſuo miniſtret. *Si* vero ipſi, vel eorum aliqui a „praefata curia ſe duxerint *abſentandos*; ex tunc *imperia-„lis* vel regalis *curiae quotidiani miniſtri*, vice abſentium, „puta quilibet in loco eius abſentis, cui in vocabulo, ſeu offi-„cio communicat, ſicut geret officium, ſic *tollat* in prae-„miſſis & *fructum*".

§. 835. Eſt etiam, quod in A. B. quidem haud nominatur, ſed ſi non antiquius, haud multo iunius tamen, officium *Ianitorum imperii* (Reichs-Erbthürhüter-Amt), quo adhuc a prima inueſtitura inde potiuntur comites de Werthern, qui eo nomine varias ianuarum eccleſiae, chori, conclauis cet. in die coronationis curas habent.

§. 836. *Omnia* quidem *haec* in honorem antiquitatis & A. B., quantum fieri poteſt, adhuc hodie in die coronationis *obſeruantur; niſi quod* non ſolum *in perſonis*, quibus commiſſa archiofficia & ſubofficia, ſed *in ipſis etiam officiis* illis nouiore aeuo *mutatum* nonnihil.

§. 837. Ex *ſubofficiis*, vti tempore A. B. fuerunt, ſupereſt modo adhuc *ſubmarſchallatus* penes eamdem familiam Pappen-

Pappenheimenſem. *In pincernatu* familiae Limburgenſi anno 1713. exſtinctae, ex inueſtitura Imperatoris Caroli VI. qua regis Bohemiae ſucceſſit familia comitum de Althann. *In dapiferatu* familiae de Nortenberg ſucceſſit primum alia de Seldeneck, & huic vi exſpectatiuae a Ludouico electore Palatino anno 1528. conceſſae, atque ex inueſtitura electoris Friederici poſt exſtinctos Seldeneccios a. 1594., familia baronum, nunc comitum Truchſes de Waldburg. Officium *ſubcamerarii* poſt Falkenſteinenſem, primum Weinsbergenſis, deinde iam ab initio ſeculi XVI. familia comitum, nunc principum de Hohenzollern obtinuit.

§. 838. *In ipſis archiofficiis* mutatio perſonarum primum haec contigit, vt cum electoratu Palatino etiam *archidapiferatus* transferretur *in ducem Bauariae* durante bello tricennali, ſicque firmaretur pace Weſtphalica (a). Qua quidem *nouus* ſimul *Palatino electoratus octauus* concedebatur, ſed nulla facta noui archiofficii mentione (b). Vnde receſſu exſecutionis 1650. primum reſeruabatur Palatino titulus & inſigne archiofficii ſui priſtini, donec nouum conderetur (c). Idque demum ſtatutum feliciter *archiofficium theſaurarii* (d).

(a) I. P. O. art. 4. §. 3.: "*Dignitas electoralis*, quam *electores Palatini antehac habuerunt*, *cum omnibus* regaliis, officiis, „praecedentiis, inſigniis, & *iuribus* quibuscunque ad hanc di„gnitatem ſpectantibus nullo prorſus excepto - - - ſicut haſte„nus, ita & *impoſterum maneant penes* dominum Maximilianum, „Comitem Palatinum Rheni, *Bauariae Ducem*, eiusque libe„ros, totamque lineam Guilhelmianam, quamdiu maſculi ex „ea ſuperſtites fuerint".

 (b) I. P.

(b) I. P. O. art. 4. §. 5.: "Imperator cum imperio - - conſentit, vt vigore praeſentis conuentionis inſtitutus ſit *electoratus octauus*, *quo* dominus Carolus Ludouicus, *Comes Palatinus Rheni eiusque heredes* & agnati totius lineae Rudolphinae, iuxta ordinem ſuccedendi in aurea bulla expreſſum *deinceps fruantur*".

(c) Friedens-Execution-Haupt-Receß d. 16. Iun. 1650. §. 25.: „Daß des Herrn Churfürſten Pfalzgrafen Liebden immittelſt, und bis Jhro Kayſerl. Majeſt. Deroſelben ein anders neues der Churfürſtlichen Würde gemäßes Erz-Amt, Titul und Wappen, auch was dem anhängig, werden conferirt haben, vermöge des Herrn Churfürſten in Bayern Liebden ausgelieferter Declaration, ſich des Erz-Truchſeſſen-Tituls und Wappens auf die darinn begriffene Maaß und Bedingniß gebrauchen mögen". Schmauß *corp. iur. publ.* p. 900.

(d) Ex actis conſtat, propoſitum fuiſſe architheſaurarii officium primum menſe Iunio 1649. legatis Caeſareis, deinde literis ex parte totius imperii ad Imperatorem ſcriptis ſub dato Norimb. d. 11. Nov. 1649. MEIERN *act. exſec. pacis Weſtph.* tom. 1. p. 703. ſq. Quo facto probauit illud Imperator anno 1650. MEIERN *l. c.* tom. 2. p. 107. ſq. p. 726., p. 827., remque ſic porro ſtabiliuit collegium electorale. LONDORP. tom. 6. p. 621. 637. ſq., tom. 7. p. 364.

§. 839. Nouo huic *architheſaurarii* officio *functiones* deſtinatae ſunt hae, vt in proceſſione *coronam portet imperialem*, eamque propterea etiam inſignibus ſuis inſerat, ceterum *miſſilia ſpargat* peracta coronatione.

§. 840. Amplexus hoc archiofficium *architheſaurarii ſubofficio* familiam comitum *de Sinzendorf* anno 1653. inveſtiuit elector Palatinus. Iique adhuc hoc munere hereditario fruuntur.

§. 841.

§. 841. *In ipſis* vero *archiofficiis* iterum *noua* accidit *mutatio*, quum, d. 29. Apr. 1706. proſcripto electore Bauariae, d. 23. Iun. 1708. Palatinus priſtinum ſuum electoratum atque archidapiferatum recuperaret, deinde nouus interim d. 7. Sept. 1708. introductus *nonus elector Brunſuico-Lüneburgicus* d. 12. Apr. 1710. inueſtiretur architheſaurarii officio (a). Sed reſtituto pace Badenſi Bauaro, nouum illud archiofficium ſibi reuindicauit Palatinus. Id quod nouis quidem alius denuo inueniendi archiofficii curis anſam praebuit; At incaſſum huc vsque, licet haud negligenter, haec res tractata, atque nouiſſimis iterum capitulationibus commendata (b). Interim & nonus elector & octauus eodem architheſaurarii titulo vtuntur (c). Ille tribus poſtremis in coronationibus officium exercuit.

(a) Fabers Staatscanzley tom. 15. p. 834. ſq., Schmauß *corp. iur. publ.* p. 1169. ſq.

(b) CAPITVL. (1742.) art. 3. §. 5.: -- "im übrigen aber ſofort nach angetretener unſerer Kayſerlichen Regierung daran ſeyn und beym Reichs-Convent nachdrücklich befördern, daß dieſe Chur mit einem convenablen und anſtändigen Erzamte verſehen werde".

(c) Conf. prooemium CAPITVL. CAR. VII., vbi enumeratio fit des "Erzmarſchalls, Erzcämmerers und (derer) Erzſchatzmeiſtern". Schmauß *corp. iur. publ.* p. 1436.

§. 842. Obſeruantiae quidem conuenit, vt *per legatos* quoque *archiofficiorum functiones* peragere electores poſſint. Neque dubitatur amplius, etiam *feminae electricis*, veluti reginae Bohemiae, legatos ad coronationem pariter ac

ad electionem admitti poſſe. Enimuero *ipſius Imperatoris* nomine archiofficium, quo ceu elector forte ceterum inſignitus eſt, haud exercetur. *Neque plura archiofficia penes vnam perſonam* eſſe poſſe, ſtatuitur.

§. 843. *Eccleſiaſticis electoribus* non tales publicae ac ſollennes ſunt archiofficiorum functiones, quales ſecularibus. Vti vero archicancellariatibus ſinguli tres ſunt praediti (§. 206. 761. 767.); ita nec eorum in coronandi Imperatoris ſollennitatibus mentionem omittit A. B., quippe modum *benedicendi Imperatori pranſuro*, & *recipiendi ſigilla ac typaria* imperialia ſollenniter praeſcribens (a).

(a) A. B. tit. 27. §. 3.: "*Ingreſſo Imperatore* vel rege *ad menſam*, principes *electores eccleſiaſtici*, videlicet archiepiſcopi, ſtantes ante menſam cum ceteris praelatis, *benedicent* eamdem, ſecundum ordinem, qui circa haec eis in ſuperioribus eſt praeſcriptus, *& benedictione completa*, iidem archiepiſcopi omnes, ſi adſunt, alioquin duo, vel vnus, *ſigilla & typaria imperialia* ſiue regalia *a cancellario curiae recipient*, eoque, in cuius archicancellariatu curiam ipſam celebrari continget, in medio procedente, & aliis duobus ex alterutro latere ſibi iunctis ſigilla & typaria ipſa, *omnes quidem baculum, in quo ſuſpenſa fuerint, manibus contingentes, ea portabunt, & ante Imperatorem* vel Regem reuerenter *ponant in menſa. Imperator* vero, ſiue Rex, *eadem ipſis ſtatim reſtituet, & in cuius archicancellariatu hoc fuerit*, vt praefertur, *is maius ſigillum collo appenſum vsque ad finem menſae geſtabit*, & deinceps, donec ad hoſpitium ſuum perueniat ab imperiali, ſiue regali curia equitando. *Baculus* vero, de quo praemittitur, eſſe debebit *argenteus, duodecim marcas argenti* habens in pondere; *cuius* tam argenti quam pretii *partem tertiam vnusquisque archiepiſcoporum* ipſorum *perſoluet.* Et *baculus ipſe* protinus *vna cum ſigillis & typariis* debet *cancellario imperialis curiae aſſignari in vſus ſuos* beneplacitos conuertendos. Poſtquam autem is, quem ordo tetigerit, portando ſigillum maius ab imperiali curia ad hoſpitium

„tium ſuum redierit, vt praefertur, ſtatim *ſigillum ipſum* per „aliquem de ſuis familiaribus, praedicto *imperialis curiae cancel-„lario remittet ſuper equo, quem* iuxta propriae dignitatis decenti-„am, & amorem, quem ad cancellarium curiae geſſerit, ipſi *can-„cellario tenebitur elargiri*".

§. 844. Ipſum ſollenne *prandium imperiale* ſic ordinat A. B. tit. 28., vt *vna menſa* altitudine ſex pedum eleuata *ſoli Imperatori* praeparetur (tit. 28. §. 1.), *altera* trium pedum, ſi qua adfuerit, *Imperatrici*, (ibid. §. 2.); praeterea *ſua cuique ſingulo electori* in vna eademque altitudine; ita vt pro ordine electorum alioquin definito pars menſarum electoralium ad dextram Imperatoris, pars ad ſiniſtram, vna directe verſus faciem Imperatoris collocetur (ibid. §. 3.); *ſed ita* porro, *vt* 1) "*non liceat alicui ſecularium electorum*, peracto „officio ſuo, *ſe locare ad menſam* ſibi paratam, *donec alicui* „ſuorum conprincipum electorum eius *officium reſtat a-„gendum*; Sed quum aliquis eorum vel aliqui miniſterium „ſuum expleuerint, ad praeparatas ſibi menſas transeant, & „iuxta illas ſtando exſpectent, donec ceteri miniſteria ſua ex-„pleuerint ſupradicta, & tunc demum omnes & ſinguli pari-„ter ad menſas ſibi paratas ſe locent" (a); deinde 2) vt, „*quandocunque aliquis elector* eccleſiaſticus, vel etiam ſe-„cularis, iuſto impedimento detentus, ad imperialem curiam „vocatus venire non valens, *nuncium vel procuratorem* „cuiuscunque dignitatis vel ſtatus *transmiſerit, miſſus ipſe* „licet loco mittentis iuxta datum ſibi ab eo mandatum ad-„mitti debeat, *in menſa* tamen vel ſede, quae illi, qui i-„pſum transmittit, deputata fuit, *non ſedeat*" (b).

 (a) A.

(a) A. B. tit. 28. §. 4.

(b) A. B. tit. 28. §. 6.

## IV. DE RELIQVIS CIRCA CORONATIONEM OBSERVANDIS.

§. 845. *Praeter electores* eorumque ſubofficiales, non aeque ac in electione (§. 798.), hic arcentur alii. Sed *admittuntur* potius *tum exteri* quicunque, *tum* ſpeciatim quoque *principes imperii* quilibet, *quibus* vel *menſa ſingularis* tempore ſollennis prandii imperialis *praeparatur*, atque *comites imperii*, *qui dapes adferre* ad menſam imperialem *ſolent*, item *deputati ciuitatum imperialium*, qui pariter in conclaui ſeparato prandent.

§. 846. *Nobiles* quoque adeſſe ſolent, qui, ſub finem peractae coronationis imperialis, ex antiquo more, ipſa Imperatoris manu, *gladio Caroli M.* feriantur, ſicque ſingulari *dignitatis equeſtris* honore condecorentur. Quem in finem & ipſe Imperator quosdam ſic feriendos denominat, & ſinguli electores ei praeſentant reliquos. *Primus* vi antiqui priuilegii ſemper eſt ex familia baronum *de Dalberg*.

§. 847. Supereſt denique ſingularis obſeruantia priſtina, vt coronatus modo Imperator *eccleſiae* beatae Mariae *Aquisgranenſis canonicus* recipiatur, eoque nomine *iusiurandum* praeſtet (a), ac nonnulla *vtilia* illi cedat (b), cuius propterea deputati decanus & cantor adeſſe ſolent.

(a) *Iuriſiurandi* haecce *formula* eſt: "*Nos* N. N. diuina fauen„te clementia *Romanorum Rex*, *eccleſiae* noſtrae Beatae Mariae „*Aquisgranenſis canonicus* ad haec ſancta Dei Euangelia *iu*„*ramus eidem eccleſiae fidelitatem*, & *quod ipſam*, iura & bona „eiusdem, ab iniuriis & violentiis *defenſabimus*, *& faciemus de*„*fenſari*, *eiusque priuilegia* omnia & ſingula, & conſuetudines, „ratificamus, approbamus & de nouo *confirmamus*". Moſers Staatsrecht tom. 2. p. 482. §. 54.

(b) Iura, quae eccleſiae Aquisgranenſi de coronatione regia cedere conſueuerunt, haec ſunt: "*Pannus*, *cum puluinariis*, „*ſuper quo Rex eccleſiam* Aquisgranenſem *ingreſſus* primum ſuas „Deo preculas fundit; item: *pannus ſtratus ſuper ſcamnum*, in „in quo ante coronationem ſuam orare conſueuit; item: *Tra*„*bea* ſeu *chlamys*, *veſtis* item, in qua Rex coronatur; item: duo „*tapetes aurei*, vnus ſtratus ſuper ſedem ante altare beatae Mariae „Virginis, alter, quo ſolium regale in alto monaſterio ornatur; „Soluuntur item *pro iuribus eccleſiae* more praelatorum *quinqua*„*ginta ſex florenorum auri*; item *tres carratae vini optimi*, qua„rum duae eccleſiae Diuae Virginis, tertia Collegio diui Adal„berti Aquisgranenſ. cedere conſueuerunt." Moſers Staatsrecht tom. 2. p. 482. §. 55.

§. 848. *In prandio* coronationis ſollemni quos cibos Imperatori Palatinus offerat, A. B. quidem haud definit (§. 831.). Solet autem ex priſtino more in ſingulari eum in finem exſtructa culina *integer bos*, loco lardi feris minoribus variisque volatilibus traiectus, aſſari, isque deinde vna cum culina ad diripiendum populo concedi.

§. 849. Similiter praeter *nummos* populo ſparſos, aliaque *miſſilia* eiecta, *vinum* ex fonte praeparato *ſaliens*, item *pannus* lignumque, in quo proceſſit Imperator, *populo in praedam* datur.

V. DE

## V. DE ORDINE, QVI IN VNIVERSA CORONATIONIS IMPERIALIS SOLLENNITATE OBSERVATVR.

§. 850. *Imminente coronatione* ante omnia in loco coronationis *praeparanda* tempeſtiue ſunt omnia eam in rem neceſſaria, veluti *locus* ſollennis *prandii*, aliaque *conclauia in curia*, item *eccleſia*, *via panno ſtrata*, *culina* ad aſſandum bouem, & quae ſunt reliqua.

§. 851. Adpropinquante tum die, quem ipſe coronandus rex definiuit (§. 818.), *praecedente die*, iuſſu eius ex cancellaria Moguntina accepto *ſubmarſchallus* imperii hereditarius electoribus reliquisque, qui adſunt, principibus *indicit* ad actum coronationis ſequenti die peragendum. Metator imperii deputatos Aquisgranenſes & Norimbergenſes inſignia tempeſtiue adferre monet.

§. 852. Ipſa coronationis die, donec finita coronatio, *clauduntur vrbis portae*; ciues militesque ſub armis ſe ſiſtunt. *Conueniunt* primum *in eccleſia* ſtatim *electores eccleſiaſtici*, eorumque adſiſtentes. Illisque mox *deputati Aquisgranenſes & Norimbergenſes* inſignia adferunt, quae partim mittunt coronando in aedes eius, partim retinent in eccleſia.

§. 853. *Seculares electores* abſentiumue primi legati, poſteaquam in curia conuenere, equitantes ad coronandi aedes accedunt, ſollennique proceſſione, ſua quisque inſignia portans

tans (§. 827.) *Imperatorem in eccleſiam deducunt*, vbi obuiam ei veniunt electores eccleſiaſtici.

§. 854. Initium in eccleſia fit *precibus & miſſa*. Quibus peractis conſecratori, interroganti *varias quaeſtiones* caeſareum regimen concernentes, reſpondet, ac reſponſionem firmat iureiurando (a).

(a) Quaeſtiones ſunt: 1) "Vis *ſanctam fidem Catholicam* & „Apoſtolicam tenere & operibus iuſtis *ſeruare*? 2) Vis ſanctis „*eccleſiis*, eccleſiarumque *miniſtris* fidelis eſſe *tutor ac defenſor*? „ 3) Vis *regnum* a Deo tibi conceſſum *ſecundum iuſtitiam prae-„deceſſorum* tuorum *regere & efficaciter defendere*? 4) Vis *iura* „*regni & imperii*, *bona* eiusdem iniuſte *diſperſa recuperare &* „*conſeruare*, & fideliter *in vſus regni* & imperii *diſpenſare*? Vis „*pauperum & diuitum*, *viduarum & orphanorum aequus* eſſe *iu-„dex &* pius *defenſor*? 5) Vis ſanctiſſimo in Chriſto patri & do-„mino *Romano pontifici &* ſanctae *Romanae eccleſiae ſubiectionem* „*debitam & fidem reuerenter exhibere*"? Quibus ſingulis reſpon-„det coronandus: "*volo*", additque demum hanc *iurisiurandi formulam*: "*Omnia praemiſſa*, in quantum diuino fultus fuero „adiutorio, fideliter *adimplebo*, *ſic me Deus adiuuet* & ſancta Dei „Euangelia". Moſers Staatsrecht tom. 2. p. 467.

§. 855. Viciſſim *circumſtantes* rogati a conſecratore, *ſe parituros* coronando, *ſpondent* (a), eique tunc *benedicit* conſecrator.

(a) Interrogat conſecrator: "*Vultis tali principi* & rectori *vos* „*ſubiicere*, ipſiusque regnum firmare, fide ſtabilire, *atque iuſſio-„nibus illius obtemperare*, iuxta apoſtolum: Omnis anima pote-„ſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ſiue regi tanquam praecel-„lenti"? Reſpondent: "*Fiat, fiat, fiat*". Moſer l. c.

§. 856. Benedictione facta, *unctioni praeparatur* coronandus ope Brandenburgici, *vngiturque a conſecratore* in vertice, pectore, dorſo, humeris, bracchio (a) & manibus (b).

(a) Pronunciat ſimul conſecrator haec verba: "*Vngo te in Regem de oleo ſanctificato, in Nomine Patris † & Filii † & Spiritus Sancti † Amen.*"

(b) Porro tunc ait conſecrator: "*Vngantur manus iſtae* de oleo ſanctificato, vnde vncti fuerunt reges & prophetae; & *ſicut vnxit Samuel Dauid in Regem*, vt ſis benedictus & conſtitutus Rex in regno iſto ſuper populum, quem Dominus Deus tuus dederit tibi ad regendum & gubernandum, quod ipſe praeſtare dignetur, qui viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum. Amen".

§. 857. *Vnctus*, ab electoribus, excepto conſecratore, qui apud altare remanet, deducitur in conclaue, vbi veſtimentis, quae ex antiquitate ſuperſunt (§. 823.), *indutus*, redux, coram altari, poſt iteratam benedictionem, *enſe Carolino cingitur*, annulum, ſceptrum globumque accipit, iisque redditis in manus circumſtantium archi- & ſubofficialium, *corona* ei imponitur a conſecratore ac reliquis archiepiſcopis electoribus. Conſecrator ſingula adlocutione ad Imperatorem comitatur (a).

(a) E. g. *coronam* hoc modo: "*Accipe coronam regni*, quae, licet *ab indignis*, *epiſcoporum* tamen *manibus* capiti tuo imponitur, quamque *ſanctitatis gloriam* & *opus fortitudinis* expreſſe *ſignificare* intelligas, & per hanc te *participem miniſterii* noſtri non ignores; Ita, vt *ſicut nos in interioribus* paſtores, recto-

res-

„resque animarum intelligimur, *ita & tu in exterioribus* verus „Dei cultor, ſtrenuisque contra omnes aduerſitates eccleſiae „Chriſti defenſor aſſiſtas, regnique a Deo tibi dati, & per „officium noſtrae benedictionis vice apoſtolorum, omniumque „ſanctorum ſuffragio tuo regimini commiſſi *vtilis exſecutor*, „*regnatorque proficuus* ſemper appareas, vt inter glorioſos ath„letas, virtutum gemmis ornatus & praemio ſempiternae feli„citatis coronatus, cum redemtore ac ſaluatore, Domino no„ſtro Ieſu Chriſto, cuius nomen vicemque geſtare crederis, ſi„ne fine glorieris. Qui viuit & imperat, Deus cum Deo Patre, „& vnitate Spiritus Sancti, per omnia ſecula ſeculorum. A„men". Moſers Staatsrecht. tom. 2. p. 475. §. 41.

§. 858. *Coronatus* denuo Latine primum, dein Germanice *iurat* ſequentem in modum: "Profiteor & *promitto* „coram Deo & angelis eius, a modo, & deinceps *legem &* „*iuſtitiam, pacemque ſanctae Dei eccleſiae ſeruare, po*„*puloque* ſubiecto *prodeſſe*, *& iuſtitiam facere, conſer*„*vare iura regni*, ſaluo condigno diuinae miſericordiae re„ſpectu, ſicut cum conſilio principum & fidelium regni, at„que meorum melius inuenire potero, ſanctiſſimo *Romano* „*Pontifici & eccleſiae Romanae, ceterisque pontifici*„*bus & eccleſiis Dei, condignum & canonicum hono*„*rem volo exhibere*, *ea etiam, quae* ab Imperatoribus & „regibus *eccleſiae*, *& eccleſiaſticis viris*, *collata* ſunt, & „erogata, inuiolabiliter ipſis *conſeruabo*, & faciam conſer„vari; *Abbatibus & ordinibus & vaſallis regni, ho*„*norem congruum volo praeſtare* & exhibere, Domino „noſtro Ieſu Chriſto mihi praeſtante auxilium, fortitudinem „& decorem". (a).

(a) Moſers Staatsr. tom. 2. p. 475. ſq. §. 42.

§. 859. Praeſtito ſecundo hoc iureiurando continuatur *miſſa*, & ſepoſita corona Imperator epulo ſacro, *boſtia vinoque* paſcitur. Dein reimpoſita corona a cunctis electoribus *in thronum*, eum in finem prope altare conſtructum, *deducitur*, atque *congratulationes* collegii electoralis per Moguntinum accipit.

§. 860. Cantatur denique: *Te Deum laudamus.* Subque omnibus publici plauſus ſignis Imperator in throno conſidens ſollenniter *equites creat* (§. 846.), & in oratorium regreſſus, a deputatis *eccleſiae* B. Mariae *Aquisgranenſis* rogatus iurat tamquam *canonicus* eius eccleſiae (§. 847.).

§. 861. Quibus omnibus in eccleſia peractis, Imperator, impoſita capiti corona, amictus veſtitu caeſareo antiquo, & ſinguli quoque electores eorumue nuntii, omnesque eorum comites, pedibus ex eccleſia *ad curiam reuertuntur*; panno lignoque, in quo proceſſum, ſtatim populo ad diripiendum commiſſo.

§. 862. In curia, poſt aliquam requiem, Imperator, adſtantibus electoribus, ex feneſtra intuetur peragendas nunc *functiones archiofficiorum ſollennes*, archimarſchalli, archidapiferi, archicamerarii & architheſaurarii (§. 828. ſq.).

§. 863.

§. 863. Poſthaec *ſollenne prandium* ſumitur, vbi ſimul eccleſiaſtici electores benedictionem & reliqua iis praeſcripta peragunt, comites dapes adferunt, reliqui quoque archiofficiales nonnulla Imperatori ſeruitia praeſtant. Ipſi etiam praeſentes electores eodem tempore & loco, reliqui ſeorſum prandent (§. 843. ſq. 848. ſq.).

§. 864. Tandem *ex curia*, ſollenni adhuc veſtitu indutum, *ad aedes ſuas Imperatorem* in rhedis *comitantur* iterum electores eorumue legati, ibique redduntur deputatis Aquisgranenſibus & Norimbergenſibus inſignia.

§. 865. Sic *tranſacta coronationis die* in loco coronationis ſollenne *feſtum gratiarum* Deo agendarum celebratur. Electores Imperatorem viſunt, hic illos. Legatos quoque ſollenniter audit. Conuiuia celebrat. Aliquando, ſi res ita fert, ſenatum imperialem aulicum aperiri iubet. Et ordinarie homagium adhuc magiſtratus & ciuium loci coronationis Imperator recipit (§ 129.). Demum egreditur vrbe, eodem, quo ingreſſus, comitatu ac ſollennitate.

## VI. DE IVRIBVS PAPAE CIRCA ELECTIONEM ET CORONATIONEM IMP.

§. 866. Ex variis, quae olim circa nouiter electos Germaniae reges & vel in ipſam eorum electionem ſibi *papa* vindicauit, iuribus hodie ſupereſt modo, vt praeter formulam

ſam, qua in actu coronationis ille promittit, "Romano pon-
„tifici & ſanctae Romanae eccleſiae ſubiectionem debitam &
„fidem reuerenter exhibere" (§. 854.), *legationem*, quam
vocant, *obedientiae* Romam mittat, quae certiorem papam
de facta electione reddat, eique reuerentiam electi polli-
ceatur.

## CAP. V.

## DE IMPERATRICE.

§. 867. Imperatrix dignitatis mariti adeo particeps eſt, vt non eodem ſolum *maieſtatis* titulo vtatur, ſed vocetur quoque *Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta*, (Römiſche Kayſerinn, allezeit Mehrerinn des Reichs), aliquando etiam: *Regina Germaniae* (in Germanien Königinn). Tantum a pontifice Romano adpellatur: *in Romanorum Imperatricem electa*.

§. 868. Ex priſtino more etiam *archiofficiales Imperatricis* ſunt: *archicancellarius* abbas, hodie epiſcopus, Fuldenſis, vi renouationis 1358. a Carolo IV. factae; *archimarſchallus* abbas Campidunenſis ex renouatione Leopoldi a. 1683.; *archi-*

*archicapellanus* abbas S. Maximini ex renouatione Ferdinandi II. a. 1626.

§. 869. Aliis hodierno more *officiis aulicis* vtitur, veluti Oberſthofmeiſter, Oberſthofmeiſterinn, Cammer-Fräulein, Hof-Dames ꝛc. Quorum vel plura quoque vidua, ſed cedens tum in ordine regenti Imperatrici, retinet.

§. 870. *Iurium mariti* particeps ceterum haud eſt Imperatrix, niſi quod ſingularia quaedam exempla exerciti ab Auguſtabus *iuris primariarum precum* conſtent.

§. 871. Auguſtas quoque *coronari*, haud repugnat obſeruantiae noſtrae; licet nec neceſſe ſit, nec vel iura, vel honores earum augeat immutetue coronatio peracta, ſiue omiſſa.

§. 872. *In ipſa coronatione* eaedem fere *ſollennitates*, quae in coronatione Imperatoris, obſeruantur; niſi quod enſis Auguſtae haud praebeatur, nec eodem omnino modo vngatur, nec iuret ea, nec equites creet, nec functionibus archiofficiorum imperialium honoretur. Contra ſingulares hic quaedam ſunt functiones Fuldenſis & Campidunenſis; Ipſeque Imperator Auguſtam deducere ad altare ſolet.

Cap. VI.

## CAP. VI.

## DE REGE ROMANORVM.

§. 873. Ex obſeruantia perantiqua, eaque poſt A. B., licet illa quidem ea de re taceret, continuata, nonnumquam praeter regentem adhuc Imperatorem eligitur, qui in defectum eius imperio praeſit, qui ſpeciali ſenſu *Rex Romanorum* vocatur.

§. 874. Eligi Regem Romanorum, non minus ac ipſum Imperatorem, *a ſolis electoribus*, vix fuit vmquam dubitatum. Et *vel inuito Caeſare* id fieri poſſe, cautum pridem capitulationibus (a).

(a) CAPITVL. (1612.) art. 3. §. 11.: "mit oder ohne des regierenden Röm. Kayſers Conſens, wenn derſelbe auf angelegte Bitte ohne erhebliche Urſache verweigert werden ſollte".

§. 875. *An* vero, *& quando*, *ſuperſtite Imperatore*, Rex Romanorum eligi poſſit, dubitari coepit in primis in tractatibus pacis Weſtphalicae, qua tamen ad futura comitia ea res remiſſa fuit (a).

(a) I. P. O. art. 8. §. 3.: "In proximis comitiis - - de ele„ctione Romanorum regum, certa conſtantique caeſarea capitu„latione concipienda - - ex communi ſtatuum conſenſu agatur „& ſtatuatur".

§. 876.

§. 876. Tandem in comitiis conuenere electores & principes in ſingulari *conſtitutione de electione Regis Romanorum*, vt non facile in poſterum haec fiat, niſi ob abſentiam vel ſenectutem valetudinemue Imperatoris, vel ſi quando ſalutis publicae ſpeciatim intereſſe videatur. Quae conſtitutio abhinc capitulationibus caeſareis inſerta fuit (a).

(a) CAPITVL. (1711.) art. 3. §. 11.: "Nachdem von Churfürſten und Fürſten zu Regenſpurg, nach Anleitung articuli 8. Inſtrumenti pacis, von der Wahl eines Römiſchen Königs bey Lebzeiten eines erwählten Römiſchen Kayſers, gehandelt und verglichen worden, daß die Churfürſten nicht leichtlich zur Wahl eines Römiſchen Königs, viuente Imperatore ſchreiten, es wäre dann, daß entweder der erwählte und regierende Römiſche Kayſer ſich aus dem Römiſchen Reich begeben, und beſtändig oder allzulang aufhalten wollte, oder derſelbe wegen ſeines hohen Alters, oder beharrlichen Unpäßlichkeit, der Regierung nicht mehr vorſtehen könnte, oder ſonſten eine anderwärtige hohe Nothdurft, daran des heiligen Römiſchen Reichs Conſervation und Wohlfahrt gelegen, erforderte, einen Römiſchen König noch bey Lebzeiten des regierenden Kayſers zu erwehlen, und dann, daß in ſolchem ein- und andern angeregten, wie auch erſtgedachtem Nothfall, die Wahl eines Römiſchen Königs durch die Churfürſten, mit oder ohne des regierenden Römiſchen Kayſers Conſens, wann derſelbe auf angelegte Bitte ohne erhebliche Urſache verweigert werden ſollte, vorgenommen, und darmit der güldenen Bulle, auch ihrem von dem heil. Röm. Reich tragenden Amt und Pflichten nach, von ihnen allerdings frey und ohngehindert verfahren werden ſolle; ſo wollen und ſollen wir dieſen der Churfürſten und Fürſten unter einander verabfaßten Schluß, wie hiermit beſchiehet, für genehm und Uns demſelben gemäß und conform halten".

§. 877. Nihilominus *noua* nuper electoribus *controverſia* mota, an ſolis iis ſit arbitrium committendum, *vtrum iuſta cauſſa* eligendi regem Romanorum *adſit*, *nec ne*. Qua

quidem in re tamen obſeruantia non tantum pro illis militat, ſed nec noui quid continet illa conſtitutio, quae cognitionem ſuper neceſſitate electionis in ſingulari caſu haud definit, ideoque obſeruantiae priſtinae, i. e. electoribus committit; tantum abeſt, vt principibus aliquid tribuiſſe dici queat.

§. 878. Ipſa regis Romanorum electio inſtituitur vel rogante electores Imperatore, vel vltro meditantibus illam electoribus; qui primum conuentu collegiali quaeſtionem: *an* electio inſtituenda ſit? diſcutiant, eamque ſecundum maiora vel vnanimia definiant, fas eſt.

§. 879. Quodſi placet inſtituere electionem, terminus eius iterum per vnanimia vel maiora definiendus. Et vel ſtatim electio continuanda decernitur, quae tunc ſine noua conuocatione eodem conuentu peragitur; vel alio tempore, quo tunc noua per Moguntinum *conuocatio* fit, vti ad eligendum Imperatorem (§. 787.).

§. 880. *In conuentu electionis* omnia fere, vti in electione Imperatoris, ſecundum A. B. & obſeruantiam peraguntur; *capitulatio* etiam eligendo praeſcribitur. Tantum, ſi filius Imperatoris eligitur, eius conſenſus requiri ſolet. *Coronatio* quoque ſimilis caeſareae locum habet; tantum vt Imperator, non electus rex Romanorum, archiofficiales conuocari curet.

§. 881. Titulo electus, & vel coronatus, *regis Romanorum* vtitur, item *ſemper Auguſti*, atque *maieſtatis*; inſigni *aquila vnius capitis*; ordine immediate ſequens Imperatorem praecedentiam prae reliquis contendit regibus.

§. 882. *Quando regit Imperator*, iuribus maieſtaticis nullis pollet rex Romanorum, & vel capitulatione adſtringitur ad abſtinendum illis (a); licet ex mandato Imperatoris eum varia peragere poſſe, obſeruantia, exemplo Caroli V. Imp. & Ferdinandi I. Regis Rom., doceat.

(a) E. g. CAPITVL. IOSEPH. (1690.) art. 47.: "Wir ſ. u. w. uns auch keiner Regierung oder Adminiſtration im h. R. R. ſo lange Ihre Kayſ. Maj. im Leben - - unterziehen".

§. 883. *Abſente vel impedito Imperatore*, eius loco regit rex Romanorum. Mortuo illo, aut reſignante, alioue modo regnare ceſſante, ipſo iure adminiſtrationem imperii, & de nouo tantum coronationem caeſaream Germanicam ſuſcipit; capitulationem ordinarie nouam haud iurat.

§. 884. *Quis* in regem Romanorum eligi poſſit, non magis, quam quis in Imperatorem (§. 811.), definitum eſt. Ex obſeruantia tamen, minorem quoque eligi poſſe, exemplo Ioſephi, iam conſtat, quem tamen, ſi mors Imperatoris intra minorem illius aetatem contigiſſet, adſtrinxerat capitulatio, vt ad annum aetatis XVIII. vsque adminiſtrationem imperii ſuo nomine vicariis imperii relinquere debuiſſet (a). Eum-

demque in caſum noviſſimis quoque capitulationibus iam quodammodo iuribus vicariorum proſpectum eſt (b).

(a) CAPITVL. IOSEPH. (1690.) art. 47.: "Wir ſ. u. m. uns auch keiner Regierung oder Adminiſtration im Heiligen Römiſchen Reich, ſo lange Ihre Kayſerliche Majeſtät im Leben, oder nach Dero Tod (welchen Gott lange verhüten wolle,) zu Präjudiz der Reichs-Vicarien, welche immittelſt die Reichs-Adminiſtration führen, die Expedition aber in unſerm Namen verfügen ſollen, unterziehen, bis wir das achtzehende Jahr Unſers Alters erreicht und angefangen haben".

(b) CAPITVL. (1742.) art. 13. §. 9. verbis: "nach Abſterben eines Kayſers, oder in deſſen Minderjährigkeit." Vid. ſupr. §. 784. not. a. Item in eadem CAPITVL. (1742.) art. 3. §. 15. verbis: "oder wenn derſelbe, das Regiment ſelbſt zu führen, durch andere Umſtände gehindert werden ſollte". Vid. ſupr. §. 785. not. a.

INDEX

# INDEX.


## A.

*Academiae*, §. 565. ſq.
*Academicae dignitates*, earum fons Imp. 621. ſq.
*Adcapitulandi ius*, 743.
*Adoptio*, 627.
*Aduocatia*, 144. ſq.
*Aduocatia* eccleſiae Romanae Caeſarea, 757.
*Alienatio* Imperatori prohibita, 769.
*Analogia* iuris publici, 114.
*Annatae*, 650.
*Annus decretorius*, 87. 665. ſq.
Anſage, Anſage-Zettel, 235.
*Apanagium*, 585. ſq.
*Appellationis* proceſſus, 423.
*Appellationum tribunalia*, 343.
*Aquila biceps*, Imperatoris inſigne, 815.
*Aquisgranenſis eccleſiae* Canonicus Imp. 847.
*Aquisgranum*, coronationis caeſ. locus, 819. inſignium imperii partem cuſtodiens, 824.
*Archicancellariatus* Germaniae, 206. Italiae, 761. Galliae & regni Arelatenſis, 767.
*Archiepiſcopi*, non electores, 65. I. 1.
*Archiofficia imperii*, 39. 825. ſq. 838. ſq.

*Arelatenſe regnum.* Eius reliquiae, 764. ſq.
*Aſſeſſorum* in cam. numerus, 379.
*Aſſociationes* circulorum, 184. ſq.
*Audientia* in camera imp. 376.
Aufruf-Zettel, 290.
*Aurea bulla*, quaenam electoribus praecipua tribuat? 740. ſq.
*Auſtraegae* conuentionales 346. 352.
- - - legales, 346.
*Auſtraegarum ius*, 330. 346. ſq.

B.

*Belli* ius 468. ſq.
*Bibliotheca* iuris publici, 22.
*Bohemiae* nexus cum imperio, 768.
Bürgerrecht, 161.
Burgfrieden, 181.
*Burgundiae* nexus cum imperio, 764. ſq.

C.

*Caeſarea dignitas.* Eius iura, 756. ſq.
*Camerae* imperialis iudicium, 331. ſq. Eius ſtatus in interregno ſub vicariis, 779. 783.
*Camerae* ſtatuum (Rent-Cammern), 307.
*Cancellaria imperialis aulica*, 207. Quaenam ei praeſtanda in inveſtituris imperii, 728.
*Cancellariae* ſtatuum, 307.
*Cancelliſtae*, 221.
*Capitulatio* 104. Conferentiae ſuper illa in electione Imp. 793. quomodo iuretur ab Imp. 806. 810.
*Capitulationes epiſcoporum*, 652.
*Capitula* ſede vacante, 651. & non vacante, 652. Eorum membra quomodo denominentur? 653. Eorum ſtatuta, 655.
*Cardinalatus* dignitas, ab Imp. propoſita, 759.
*Cauſſae* exemtae a iurisdictione caeſarea, 371.
*Cerae rubrae* ius, 610.
*Ceremoniale* comitiorum, 223. 230. 296.
*Circuli* Germaniae 80. ſq. redintegrandi, 770. Eorum ſtatus internus, 289.
*Circuli* correſpondentes, 186.
- - - - anteriores, 186.
*Circuli* pure euangelici, 88. II.
- - - pure catholici, 88. II.
- - - mixti, 88. II.
*Circulares* conuentus (Kreystag), 290. ſq.
*Ciuici* 41. ſq. 48.
*Ciuitates*, earum diuiſio, 74. conventus, 303. iudicia, 338. magiſtratus, 313. iura eccleſiaſtica, 687.

Ciui-

*Ciuitates* imperii pure euangelicae, 88. I.
- - - vtrique religioni addictae, 88. I.
*Clauſula* iuſtificatoria, 415. ſq.
*Collectae* imperii, 490.
*Collectandi ius*, 494.
*Collegia imperii ſuperiora*, 241.
*Collegiales* conuentus (Collegial-Tage), 299.
*Collegium ciuitatenſe*, 244.
*Comites*, 29. 71. ſq. eorum vota, 72. I.
*Comites*, originarie tales, 67. 79.
- - - dynaſtae origine tenus, 67. ſq.
*Comitia imperii* vniuerſalia, 53. 212. ſq. 254. modus in iis deliberandi, 231. 237. in interregno, 784.
*Comitia* corporis catholicorum & euangelicorum, 255.
*Comitia perpetua*, 252.
*Comitia* prouincialia, 310.
*Comitiales* legati, eorum legitimatio, 227.
*Comitum diaetae*, 302.
*Commerciorum* libertas, 510.
*Commiſſiones* camerales, 425.
*Conceptum ordinationis cameralis*, 106. I.
*Conciliorum* protectio caeſarea, 758.
*Concluſum* commune duorum ſuperiorum collegiorum, 293.
*Concluſum commune* trium collegiorum, 244.
*Concluſum* imperii, 250.
*Concommiſſarius*, 214. eius legitimatio, 225.
*Concordata nationis Germ.* 648. 656.
*Conferentiae* Euang. & Cathol. 258.
*Coniugalia* illuſtrium *iura*, 623 ſq.
*Connexitas cauſſae*, 362.
*Conſiliarii* imperiales aulici, 205. & intimi, 211. item camerales, bellici, cet. 211.
*Conſilium imperiale aulicum*, 333. 398. ſq. 4[illegible]
*Conſuetudo*, 108. I. 1.
*Continentia cauſſae*, 260. in feudalibus, 735.
*Coronatio* Imperatoris Germanica, 818. ſq. Longobardica & Romana, 816. ſq. Imperatricis, 872.
*Coronandi* Imp. *ius*, 821.
*Corpus* Euangelicorum Catholicorum, 189. ſq. modus agendi de corpore ad corpus, 276. ſq. ius intercedendi in grauaminibus relig. 696.
*Correferens* in camera, 395.
*Curiae* prouinciales, (Hofgerichte) quando inſtitutae ſint, 335.

D.

D.

*Daniae* nexus cum imperio, 768.
*Decimae* nouales, 528.
*Decreta* commiſſionis, 231. 249.
*Deputationes* imperii, ordinariae 279. ſq. extraordinariae 284. ſq.
*Deuotio domeſtica*, 672. 677.
*Dictatura* in comitiis imp. 233. 257. in circulis, 293.
*Dignitatum fons* Imp. 608. Earum collationes, 609. ſq.
*Directoria* circulorum, 82. ſq. 291., comitiorum, 216. corporis Euang. & cathol. 192.
*Dioeceſana* epiſcoporum iura, 644.
*Domania*, 488.
*Domini* territoriales 335.
*Duces*, 29.

E.

*Eccleſia* Chriſtiana, 634. ſq. Romano-Catholica, 638. ſq. Euangelica, 658.
*Eccleſia*, 629. Eius ad remp. habitus, 629. ſq.
*Effectus ſuſpenſiuus* reuiſionis, 447. ſq. recurſuum ad comitia, 465. ſq.
*Electio Imperatoris*, 787. ſq.
*Electorales*, eorum ordo ſuffragiorum, 239.
*Electoratus* octauus, 838. nonus, 841. an porro nouus condi poſſit? 619. III.
*Electores*, eccleſiaſtici, 64. ſeculares, 64. Eorum archiofficia, 825. ſq. 838. ſq. iura ſingularia, 739. ſq. ius eligendi Imperatorem, 57. tutela & maior aetas, 628.
*Electrix* ad electionem & coronationem Imp. admittenda, 842
*Emancipatio*, 626.
*Emigratio* ſubditorum diuerſae religionis, 678.
*Epiſcopi*, 634. ſq. Eorum iura dioeceſana, 644. duplex perſona, 646. electio & inueſtitura, 647. capitulationes, 652.
*Epiſcopi*, immediati, 65. I. 2.
*Equites*, qui ab Imp. in actu coronationis feriuntur, 846.
Erbhuldigungs-Eyd, 149.
Erbverbrüderungen, 182.
Erbvereinigungen, 182.
*Euangelici ſtatus*. Eorum in ſubditos ſacrorum iura, 661.
*Exceptio* ſub & obreptionis, 419.
*Excluſiua* in electione papae, 759.
*Exemtio*, 177. ſq.
*Exemtiones* prohibitae, 769.
*Exemtus*, 177.
*Exercitium religionis*, 672. ſq.
*Eximere* quis dicatur, 177.
*Exſecutio* ſententiarum, 433. ſq.

*Exſpectatiuae* in feuda imperii, 738.
*Exterorum* nexus cum imperio, 768. ſq.

F.

*Feuda imperii.* Eorum inueſtitura ceteraque iura, 711. ſq. quidſi aperiantur? 736. ſq.
*Feuda*, quorum domini directi ciues imperii, 709. 711. ſq.
*Feuda throni*, 714.
*Feudalis iurisdictio Imperatoris*, 733. ſq.
*Feudalis nexus*, in imperio duplex, eiusque iura, 707. ſq. eius origo, 33. ſq.
*Fiſcales* cauſſae, 359.
*Foederis* ius, 479.
*Fortalitia* imperii, 474.
Fräulein-Steuer, 624.
Fürſtenmäßige 56.
*Fundationes ecclesiaſticae*, inter catholicos, 645. ſq. Earum mutationes poſt reform. Luth. 89. ſq. 665. ſq.

G.

*Garantia* pacis Weſtph. 771.
Gefürſtete Grafen oder Prälaten, 56.
*Generales* belli officiales, 473.
*Germania* dupliciter conſideratur, 40. Eius deſcriptio, 23. 49. 93. eius diuiſio in circulos, 80.
*Grauamina religionis*, 688. ſq.

H.

*Heluetiae* feuda imperii, 764.
*Hierarchia* Rom. 638. ſq.
*Hiſtoria iuris publici*, 14.
*Hiſtoria litteraria* iuris publ. 13. ſq.
*Homagium*, 129. 160.
*Hungariae* nexus cum imperio, 768.

I.

*Illuſtres*, 45. 48.
*Immediati*, 51. ſq. vel naſcuntur vel fiunt, 166.
*Immediati non ſtatus*, 75. ſq.
*Immediatus* ſimul & mediatus quis eſſe poteſt, 165.
*Immunes* a vectigali, quinam ſint, 511.
*Imperator.* Eius terrae hereditariae, harumque nexus feudalis, 732.
*Imperator* in perſona quid agat?

402. eius consiliarii & officiales, 403. ſq.
*Imperator* quando regere deſinat? 771. vel abſentia, minorennitate aliaue ratione impediatur, 788.
*Imperator*, quis eligi poſſit? 811. quando regimen auſpicetur? 812. Eius tituli, 814. & inſigne, 815.
*Imperatoris* electio, 787. ſq.
*Imperatrix*, eiusque archiofficia, & reliqua iura, 867. ſq.
*Imperium* germanicum, eius forma regendi, 96.
*Indultum* feudale, 720.
*Ingenui*, 27. 48. 69.
*Inſigne* Imperatoris, 815. ſq.
*Inſignia imperii*, 823. ſq.
*Inſignium* conceſſiones, 610.
*Inſpectionis ſupremae ius*, 529. 563. ſq.
*Interlocutoriae*, 394.
*Interpretatio* authentica, quando locum habeat, 322. I. doctrinalis & iudicialis, 322. II.
*Interregnum*, quomodo oriatur, 772 eiusque iura, 772 ſq.
*Introductio* nouorum votorum in comitiis, 619.
*Inueſtitura* feudorum imperii, 723. ſq. feudorum throni, 724. feudorum minorum 725., Italicorum, 762.
*Inueſtiturae* in interregno, 780 ſq.
*Italiae* regnum, eiusque iura, 760. ſq. vicariatus, 786.
*Iudaei*, incolae, 32.
*Iudex* ſupremus, 327. ſq.
*Iudicia* inferiora, 410.
*Iudicia prouincialia caeſarea*, 354. ſq.
*Iudicia vicariatus aulica*, 778.
*Iudiciaria* poteſtas, 327. ſq.
*Iudiciorum* Germaniae interna conſtitutio, 374.
*Iudicium* camerae imperialis, 331. ſq.
*Iura maieſtatica*, 154.
*Iurisdictio*, 327. Eius fons in imperio, 327. ſq.
*Iurisdictio eccleſiaſtica* ex principiis iuris canonici, 644. haud nimis extendenda, 657. in Euangelicos ſuspenſa, 659. ſq. 663. ſq. in ſubditos diuerſae religionis, 682. ſq.
*Iurisdictio Imperatoris feudalis*, 733. ſq.
*Iurisdictio ſuperioris inſtantiae*, 370.
*Iurisdictio ſupremorum imperii tribunalium*, 356. ſq.
*Iurisdictio voluntaria*, 369.


*Ius*

*Ius camerale*, 8. 18.
*Ius Canonicum*, 10.
*Ius circa ſacra*, 629. ſq. 661.
*Ius eundi in partes*, 1263. ſq.
*Ius feudale*, 10.
*Ius gentium*, 1. 1.
*Ius Germanicum* priuatum, 10.
*Ius primariarum precum*, 654. in fundationes Euangelicas, immediatas, 667. & mediatas, 669. mixtas, 668.
*Ius priuatum*, 1. 1.
*Ius priuatum* perſonarum illuſtrium, 569. ſq.
*Ius priuatum principum*, 7.
*Ius publicum* quid ſit, 1. vniuerſale vel particulare, 2. Germanicum, 3. generale vel ſpeciale, 4.
*Ius publicum eccleſiaſticum*, 629. ſq.
*Ius publicum hiſtoricum*, 9.
*Ius Romanum*. Eius vſus in iure publico, 10.
*Iuſtitium*, 372.

K.

Kreys-ausſchreibende Fürſten, 291.
Kreys-Oberſter, 84

L.

*Landſaſſius*, 154.
*Laudemium*, 722. 728. 730.
*Legati exterorum*, eorum legitimatio, 228.
*Legati*, quinam mittantur ad comitia, 219. ſq.
*Legatio obedientiae*, 866.
*Legationum* ius, 4. 6.
*Legatus Moguntinus directorialis*, eius legitimatio, 226.
*Leges* fundamentales generales, 105.
*Leges fundamentales* ſpeciales, 107.
*Leges* Germaniae, 98.
*Leges* imperii vniuerſales, quis poteſtatem eas ferendi habeat, 315.
*Leges* mutare, abrogare, authentice interpretari, quis poſſit, 322.
*Leges* particulares, penes quem poteſtas eas ferendi ſit. 316. ſq.
*Leges poſitiuae*, a quibus latae, 115.
*Leges* vniuerſales, 106.
– – particulares, 106.
*Legitimatio* in comitiis, 223. ſq. 256.
*Liberti*, 28.
*Limites imperii* naturales, 194.
– – arbitrarii, 194. ſq.
*Limites imperii* ſine conſenſu ſtatuum haud definiendi, 769.
*Limites* iuris publ. 12.

*Liuoniae* nexus cum imperio, 768.
*Lotharingiae* nexus cum imperio & reliquiae, 765. ſq.

M.

*Mandati* proceſſus, 420. ſq.
*Mareſchallatus*, eius functiones in comitiis, 217.
*Matricula* imperii, 470. 490.
*Matrimonium ad morganaticam*, 617. II.
*Mediati*, 51. 78. ſq.
*Menſes papales*, 653.
*Metallifodinae*, 527.
*Miniſteriales*, 38.
*Minorennitas* illuſtrium, 628.
*Miſerabilium perſonarum* beneficium, 363.
*Monetae* regale, 536. ſq.
*Monetariae* rei deſcriptio, 536. ſq.

N.

*Nobiles*, 29. 48.
*Nobiles immediati*, 154. Eorum iura & controuerſiae cum ſtatibus, 746. ſq. in cauſſis religionis pace Weſtph. comprehenſi, 686.
*Nobilitas*, 43. ſq. inferior. 43. 46. auita. 43. 47. codicillaris, 44. 47. perſonalis, 44. 47. gentilitia, 47.
*Norimberga* inſignium imperii tutelaris, 824.
*Notitia reipublicae*, 6.
*Nullitatis* querela, 424.

O.

*Obſeruantia*, 108. ſq.
*Officia aulica hereditaria*, 39. eorum iura in comitiis prouincialibus, 312.
*Onera* imperii, quinam ea ferant 137.
*Ordinationes camerales*, 106. I. 332. cancellariae, 106. III. conſilii imperialis aulici, 106. III. politiae, 106. IV. monetariae 106. IV.
*Ordines* imperii, eorum iura, 95.
*Ordines perſonarum*, 27. ſq. 92. I. Iura Imp. circa eos, 603. ſq.
*Ordines* prouinciales (Landſtände), 310.

P.

*Pacis* ius. 478. 486.
*Pacta ſucceſſoria* ſuper feudis imperii inita, eorumque concurſus cum exſpectatiuis, 738.
*Pagi* immediati, 77.
*Pallium*, 650.
Panis-Briefe, 654. I.
*Papa Rom.* Eius in electionem &

coron.

coron. Imp. iura, 866. menſes papales, 653.
*Paragium*, 588.
*Paritas religionis*, vbi obſeruetur, 88.
*Patria poteſtas* inter illuſtres, 625
*Patriciatus*, 44.
*Pax Badenſis*, eius ſtatus in cauſſis relig. 699. ſq.
*Pax publica*, 132. eius fractae poena, 135.
*Pax religioſa*, 132.
*Pax Weſtphalica* 132. 136. Eius garantia Gallica & Suecica, 771.
*Pecunia ſuccumbentiae*, 446.
*Plenum* in camera imp. 387.
*Politica*. 6.
*Politiae* ius, 529. ſq. 563. ſq.
*Poloniae* nexus cum imperio, 768.
*Poſtae*, 512. ſq. imperiales vel territoriales, 522.
*Poſtgeniti*, non regentes. 62.
*Praecedentiae* lites inter ſtatus, 620.
*Praecedentia* Imperatoris, 758. electorum, 741.
*Praelati* eorum diſtinctio, 73. conuentus, 302. duplex perſona, 646.
*Praelati*, dignitate principali decorati, 65. l. 2. ſq.
*Praeſentandi ius* in camera, 332 378.
*Prandium coronationis caeſ.* 843. 848. 863.
*Primogeniti*, regentes. 62.
*Primogenitura*, 584. ſq.
*Primogeniturae ius*, eius introductio. 62.
*Principalis commiſſarius*, in comitiis, 214. eius legitimatio, 224.
*Principes*, 29. 72. eccleſiaſtici, 65. ſeculares, 65. ſq. ſeculares antiqui, eorumque conventus, 301.
*Priuilegia* de non appellando, 342. limitata vel illimitata, 342.
*Priuilegia*, ius ea concedendi. 323. ſq.
*Priuilegia*, quae exemtioni anſam dare poſſent, prohibita, 769.
*Priuilegium* electionis fori, 372.
*Procancellarius* imperii, 207
*Proceſſus* citationis, 414.
*Proceſſus* iudiciorum territorialium, 432.
*Proceſſus* ſupremorum imperii tribunalium, 411. ſq.
*Prorogatio* fori. 373
*Protectio Germaniae*, 759.
*Protractae iuſtitiae* querela, 424.
*Pruſſiae* nexus cum imperio, 768.

R.

*Receſſus circuli* (Kreys-Abſchied,) 295.
*Receſſus deputationis*, 103.
*Receſſus imperii*; 101 ſq. 251.
*Recurſus* ad comitia, 454. ſq. eius effectus ſuspenſ. 465. ſq.
*Re- & correlatio.* 243. ſq.
Re- und Correlations-Saal, 237.
*Referens* in camera, extraiudicialis. 392.
*Referens iudicialis*, 395.
*Reformandi ius*, 673. ſq.
*Reformati.* Eorum iura, 703. ſq.
*Reformatio* Lutheri. Eius effectus, 658. ſq. 665. ſq.
*Regalia.* 154.
*Regalia vtilia.* 501.
*Reges* vel non reges, diuiſio ſtatuum. 91.
*Regimina*, 307. 337.
*Regnum Francicum*, eius nexus feudalis cum Germania. 34. ſq.
*Regnum ſucceſſiuum Germanicum*, mutatur in electitium. 95.
Reichs-Gutachten, 246. ſq.
*Religio*, 629. Eius ad rempubl. habitus, 629 ſq.
*Religionis exercitium*, 672. ſq.
*Religionis grauamina*, 688. ſq.
*Remedia* contra ſententias ſummorum imp. trib. 438. ſq.
*Repreſſalia* in cauſſis relig. 696.
*Reſcripta*, 430.
*Reſcripti* proceſſus, 431.
*Reſeruata*, 196. 2.
*Res iudiciaria*, quid ſit, 327. 334.
*Res iudiciaria prouincialis*, 334.
*Respublicae* Germaniae ſpeciales, 97. 122. 304. non liberae, 97. ſubordinatae Imperatori, 97.
*Reuiſio* camerae, 440. ſq.
*Reuiſio* conſilii imperialis aulici, 451.
*Rex Romanorum*, 873. Eius electio, 874. ſq. & iura, 881. ſq.
*Roma.* In eam Caeſaris iura, 756.
*Romanae eccleſiae* defenſor Imp. 757.
*Ruſtici*, 42. 48.
*Ryswicenſis clauſula*, 699.

S.

*Sacri* Romani imperii titulus, 758.
*Salinae.* 527.
*Secretarii* legationum comitialium, 221. eorum legitimatio, 229. 259.
*Seculariſationes* pacis Weſtph. 665. ſq. impoſterum vetitae, 670.

Senatus

*Senatus* camerae, 376. 388. ſq.
*Senatus* principum. 240.
*Serui.* 28. 48.
*Seruitutes iuris publici,* 170.
*Seſſionis ordo* inter ſtatus & de eo lites, 620.
*Sileſiae* nexus cum imperio, 768.
*Simultaneum,* 680.
*Slesvici* nexus cum imperio, 768.
*Sollicitatura,* 396.
Standes-Erhöhungen, 609. ſq.
*Status imperii,* 52. ſq.
*Status,* eccleſiaſtici, 54. ſeculares. 55. 58.
*Status,* claſſibus diſtincti, 63.
*Status* participes imperii, ſ. coimperantes, in coimperio conſtituti. 200.
*Statuta* familiarum illuſtrium, 592 ſq.
*Subditus* mediatus, 153. plurium dominorum, 164.
*Subcolligendi* ius, 496.
*Subfeuda,* 143. 710.
*Subiectio* territorialis, 140. in quo conſiſtat, 153.
*Subofficia imperii,* 39. 825. ſq. 833. ſq.
*Subordinatio* dominica ſeu patrimonialis, 146. 151. feudalis, 140. ſq.
*Subſidia charitatiua,* 495.
*Succeſſio* familiarum illuſtrium, 570. ſq.
*Summa appellabilis,* 341.
*Superioritas* territorialis, 154.
*Superioritatis territorialis* limites, 197.
*Suſtentatio* cameralis, 332.
*Syndicatus,* 440. 450.

T.

*Taxa* feudorum imperii, 728.
*Termini* camerae legales, 393.
*Territoria*, eorum diſtinctio in clauſa & non clauſa, 176.
*Territorii* euectio ad ſuperiorem gradum, 612.
*Tituli* Imperatoris, 814. 816.
*Titulorum* conceſſiones, 610.
*Tolerantia* ſubditorum diuerſae religionis, 677.
*Transmiſſio* actorum, 467.
*Tributa* ciuitatum imperialium, 489.
*Tutela* illuſtrium, 628.

V.

*Vaſalli imperii*, quinam? 708. In eos iurisdictio, 733. ſq.
*Vaſallus minorennis.* Eius inueſtitura, 731.

Vicli-

*Vectigal.* 504. ſq.
*Venatio.* 524.
*Vicarii imperii*, 773. ſq. eorumque iura, 776. ſq. quando & quomodo regere deſinant? 813.
*Viſitationes camerales*, 332 439. 445.
*Vnctio* Imp. 820. 856.
*Vniones*, electorum, principum, cet. 183. ſq.
*Vota noua* in comitiis, 619.
*Votum* ad Imperatorem, 406.
*Votum commune*, 266. ſq.

---

## ERRATA.

Pag. 21. §. 31. loco: archiepiſcoporum, abbatum, lege: *archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum.*

p. 37. n. 9. loco: Binneburg, lege: Virneburg.

p. 49. lin. 3. loco 1552. lege: 1555.

p. 49. §. 89. II. lin. 6. loco: Halberſtadienſem, Suerinenſem, lege: *Halberſtadienſem, Mindenſem, Suerinenſem.*

p. 54. §. 100. lin. 2. loco: *vel* ſtatuum, lege: *&* ſtatuum.

p. 147. §. 347. lin. 5. loco: iis mediatis, lege: *iis immediatis.*

RELIQ.